BALDAXARIS DE ANGELIS ... ADDITIONES, SIUE REPORTATA AD PRACTICAM...

Baldassarre De Angelis,
Giovanni Battista Coccini



BALDAXARIS DE ANGELIS I. C. NEAPOLITANI,

OLIM S. C. ADVOCATI,

BARENSIS PROVINCIÆ AVDITORIS,
& Hydruntinæ, Luceriæ expediti, & nunc
denuò eiuſdem Barenſis.

ADDITIONES, SIVE REPORTATA AD PRACTICAM CRIMINALEM PETRI FOLLERII.

VTILIA ADMODVM, ET NECESSARIA
omnibus Iuris peritis pręcipuè in criminali paleſtra verſantibus,
etiam in toto Orbe terrarum.

CVM INDICE MORE SOLITO LOCVPLETISSIMO.



TRANI, Ex Typographia Laurentij Valerij, M.DC.XXXII.
SVPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISS.^MO ET EXCELL.^MO PRINCIPI

D. EMANVELI ASTVNICA, ET FONSECA

MONTIS REGIS, AC FONTIVM

COMITI,

INVICTISSIMI HISPANIARVM PHILIPPI QVARTI

CVBICVLARIO.

A Consilijs Status, & Belli supremi Italiæ Senatus dignissimo Præsidi, atque apud Summum Pontificem Vrbanum VIII. Regio Legato, & in hoc Regno Viceregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali dignissimo.

BALDAXAR DE ANGELIS I.C. NEAPOLITANVS

S. F. P.



VO beneficio factum (Illustrissime, & Excellentissime Princeps) vt Additiones ad Practicam Follerij ante aliquot annos à me inchoatas, absoluerem. Missus enim ad delati muneris exequutionem in Hydruntinam Prouinciam, continuò lucubrari intermisi, negotiorum mole (penè dicam) obrutus. Est enim Prouincia illa cum primis negotiosa. Quare, etsi alioqui libens laborarem, dolebam tamen, nihil mihi superesse temporis, quod affectis studijs insumerem. Cum verò tuo iussu in hanc Prouinciam Tranensem transmissus sum, plus otij nactus, statim subcisiuis horis intermissum laborem resumere cœpi, & ad exitum per-

duxi. Iure igitur tibi debitum, ad te mitto: quamuis (si tuam magnitudinem spectem) parum te dignum, fateor. Is enim es, qui Hispaniæ tuæ, velut clarissimum sidus, vberrimis ingenij iudicijq; dotibus, nobilitate stirpis, opum splendore, magnum lumen affundis; non Regno solùm, sed Orbi gubernando natus. Sed hæc vt ita se habeant, non ingratum tamen me tibi facturum, existimo. Noui, bonos Principes, idest, tui similes, lętari eorum industria, quos administros sibi deligunt, & oneris socios. Quando ita illos non sibi tantùm, sed alijs viuere cernant. Superioribus annis aliud volumen haud absimilis farinæ edidi, quod gratissimum, ac ferè ab omnibus, non Italis solùm, sed exteris receptum fuisse audio. Idem spero de hoc euenturum. Sed quicquid sit de muneris pretio, ab animo certè commendatum iri, confido, & cum eo simul me totum tibi velut in manum trado, dedico, consecro. Vale Illustrissime, & Excellentissime Princeps, Trani, &c.



FVL-

FVLVIVS LANARIVS
ADVOCATVS PRIMARIVS
SACRI NEAPOLITANI CONSILII.
BENEVOLO LECTORI.



Ingula quidem studia Litterarum (Amice Lector) homine libero digna sunt, & ad vitam cum laude traducendam maximoperè deseruiunt, vt ne suprema quidem hora vacare ab ipsis debere videatur. Id quod iam agnoscens ingeniosissimus Dominus Balthasar de Angelis assiduo studio sudans vacare non prætermittit. Ecce quòd post diuulgatas lucuslentas lucubrationes ad Consiliarij Gizzarelli Decisiones iam è suo comprehensorio viridarioquè nouos legalis scientiæ elargitur fructus, typis floridissimas ad Petri Follerij praxim Criminalem obseruationes mandando. In quibus, si modum in scribendo spectes, peritissimum; si doctrinam, sapientissimum; si methodum ad aliorum eruditionem nō inter secundos ætatis suæ Iureconsultos ipsum adnumeres præstantissimum. Norunt eius eximiam facundiam suprema nostra Regia Tribunalia, in quibus iamdiù Aduocationis munere maximo omnium applausu functus est, Admirantur eiusdem iustitiam, Doctrinamq; Prouinciæ Hydrunti, & Barij, in quibus vti Regius Auditor, & Consiliarius per plurium annorum curricula ita prudenter, humaniter, & integerrimè se gessit, vt à quolibet ametur, desideretur, colaturque; ita quòd gestire quodāmodo visi sint parietes Inclitæ Ciuitatis Trani, dum secunda vice in illius Sacro Auditorio sedere eum post expeditionem in Prouincias Luceriæ aspexerit. Fruere igitur tāti Auctoris laboribus, eiusq; viuè memor, dū & ego ipsius Iuris prudentiam eximiam, raramque inter præclarissimos, famigeratosq; scriptores virtutem, exornatamque scientiam finiens prædico. Vale, & in dies expecta meliora.



BALDA-

BALDAXAR DE ANGELIS
I. C. NEAPOLITANVS
AD LECTOREM.





N, Lettor, promissis maneo. In editione voluminis, quod iam ad Decisiones Gizzarelli cōscripsi, recepi, me alias Additiones editurum ad Practicam Criminalem Follerij: & profectò affectas iam habebam. Sed mei muneris occupationes, quo minus adhuc meam fidem non liberauerim, impedimento fuerunt. Nunc molestijs iudicialibus nō planè exolutus, sed aliquantulum relaxatus, rursum ad mea studia reuersus, ecce tuo commodo seruiens, perfeci, & iam prælo committo, ac diuulgo. Illas priores gratissimas tibi fuisse ex eo perspexi, quòd non modò Neapoli, sed in alijs partibus impressas vidi. Quòd si & istas tibi placere cognouero, alia & fortasse vtiliora dabo, ac intra paucos dies Prati super Codicem Primam Partem in lucem emittam, si Deus & otium & vitam præstiterit. Tu interim, Lector, fruere, & me ama tui boni amantem. Vale.



ADMO

ADMODVM ILLVSTRI DOMINO
BALDAXARI DE ANGELIS
I. C. INTERPRETI LAVREATO,
ATQVE SACRARVM LEGVM ORACVLO.
Ac in pluribus Prouincijs apud Catholicam Maiestatem Auditori integerrimo.

R. D. LVCÆ PALVMBI CANONICI PIACENTINI
EPIGRAMMA.

SYdera transcendis clarøque inuentus Olympo,
Inspicis æterna iura superna gratus.
Inde petis terras cœlo spatiatus aperto.
Inde doces Orbem iusque piumque polis.
Nec mirum miranda ales miracula minis,
Efficis, & miris millia monstra modis.
Lumina luminibusque addis, quin maxima magnis,
Plusquam notante notans plusquam iuuante iuuans.

IN ADDITIONIBVS
BALDAXARIS DE ANGELIS
I. C. CLARISSIMI,
Et in pluribus Prouincijs apud Cathol. Maiestatem Auditoris ornatissimi
AD PRACT. CRIMIN. D. PETRI FOLLERII.

IO. FRANCISCI LETII V. I. D. CVPERTINESIS
EPIGRAMMA.

DIsceptant Reus, & fiscus de crimine, Iudex
Criminibus. ratio, quæ sit habenda docet,
Follerius conscripsit opus, Baldaßar adauget.
Vindice vtroq; omnis statue, cadirue reus.
Addere iam scitè qui possit non erit vllus,
Tam benè qui possit scribere nullus erit.

EXCELLENTISSIME PRINCEPS.

MAndatis mihi iniuntis obediens perlegi omnes Additiones ad Follerij Criminalem Practicam, Auctoris Vtriusque Iuris doctissimi viri Baldaxaris de Angelis Auditoris Hydruntinæ Prouinciæ meritissimi mei colleghę; nec quicquam inuenio, quod ille ne typis tradantur impediant. Imò non sine magna eruditione multa scitù digna, quæ non passim cognita sunt. Diligenter, & luculentissimè declarata. Vale. Licij primo Iulij 1631.

Excellentiæ Suæ

Seruus deditissimus

Don Iacintus Ramirez.

Imprimatur.

Tapia Regens. Enriquez Regens. Rouitus Regens.

INDEX LOCVPLETISSIMVS.

A

B

C

Confi-

Confitens

D

E

quam

Fideius-

G

H

I

Male-

ex

N

Nota-

O

Plura

Puniri

T

XVII
F.

V

FINIS.

BALDAXARIS DE ANGELIS

I. C. NEAPOLITANI

ADDITIONES INCIPIVNT AD D. PETRI FOLLERII Practicam criminalem, quæ singulis partibus, & titulis referuntur.

AD TITVLVM

STVDEAT SE ORNARE BENE VIVENDI MORIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet cauere à iocosis conuersationibus cum ampl. nu. 2.*
3 *Iudex debet esse scientificus.*
4 *Iudex quæ requisita debet habere.*
5 *Iudex male iudicans ad quid teneatur.*
6 *Iudex debet esse fidelis.*
7 *Iudex debet esse mitus, & placidus.*
8 *Iudex non debet esse crudelis.*
9 *Subditi non debent corrigi ex odio.*
10 *Subditi benignè sunt ascultandi.*
11 *Accusationes omnes non sunt admittendæ.*
12 *Subditi non debent affici ab officialibus iniurijs.*
13 *Iudices non debent componere reos per metum.*
14 *Concussio quomodo fiat.*
15 *Allegationes partium Iudex debet audire.*
16 *Iudex an semper sit requirendus prætextu iustitiæ.*
17 *Iudex temere litigantibus imponit silentium.*
18 *Curia censetur iniuriata si fuerit iniuriatus eius famulus.*
19 *Iudicandi munus publicum est.*
20 *Delicta sunt punienda.*
21 *Iudex debet vti seueritate.*
22 *Accusationes seruatis seruandis recipi debent.*
23 *Iudex in quibus casibus possit ex officio procedere.*
24 *Iudices pro obuiandis maleficijs debent occurrere rixis etiam cum armorum terrore.*
25 *Calumniosè petens non est audiendus.*
26 *Calumniator quomodo conuincatur.*
27 *Iudices debent inuestigare veritatem.*
28 *Iudices debent audire iura vtriusque partis.*
29 *Iudex non debet se extendere vltra petita.*
30 *Iudex bonus controuersiam debet dirimere per sententiam vel concordiam.*
31 *Iudex debet iudicare secundum allegata & probata.*
32 *Conscientiæ alicuius commissum intelligitur*

NVm.1.2, & 3.] Criminalista meus si vis scire requisita Iu-
1 dicum primo dic vt auctoritatẽ seruent debere cauere à iocosis conuersationibus ludis etiã non prohibitis, & similibus Bouad.politic.lib.3,c.3,nu.40. cũ seq. D.R. Tapia in princip. iur. regni n. 30, & 31, & à spectaculis publicis Caualc.de brachio regio nu.221.p.p. fol. 29. licet aliquando ob publicam popu-
2 li lætitiam interesse conueniat Simanc. de republ.lib.8,c.39. nec ridere, sed maturitatem seruare & Marta de tribunali c.6,nu.20.
3 Et scientificos esse firmat vulgare dictum, quia debent hab.re salem sciẽtię
4 & conscientię, ac notitiam boni & ęqui quia sine conscientia esset diabolus, & sine scientia insipidus l.1.C.de cond.in publ.horreis lib.10, Boer.decis.153,n. 31. Michael vlcur de regim. mundi p. 4.q.1.nu.3, Peguer.in pract.c.7, num. 11, & Ceruant.in l.2.thaur. nu.3, & 4. Hinc Bald.in add't.ad Speculat.tit.de posit.§.7, vers.13, non oport t quod sit Iudex, sed quod sit Iurisperitus cum sublata scientia deest bonum, vt in prouerb.19, & prouerb.28, & de larga tractatione dixi in p. p. prati ad l. neminem la prima §. Iuris peritis C. de Aduocat.diuers.iudic.& in l.2, C. de postulando, & dicam annuente Deo sequendo ordinẽ d. Prati si in in matura morte non fuero preuentus in §.illi autem Auth.de Iudicibus, & in Auth. vt nulli Iudicum, vt ample discurrerunt Greg.Tholos.Sintagm.iuris p.3.lib 47 c.10, Barg.de pax.in l.2,thaur.nu.53 Mart.in d.tract.num 6, inde ignorãtia Iudicis calamitas est innocentis, vt dixit D.Aug. de ciuitate Dei lib.19,c.6. R. de Põte de potest.proregis tit.de elect. offic.§.5,nu.11, & admonet Cassiod. Varo lib.8.c.12. Magistratus non solũ doctos, sed debere esse doctissimos, & id.Burg. de pax in d.l.2.thaur.nu.99, & vide Thes in præfat.decis.nu.25, & refert Mastrill.de magistrat.lib.2,c.3, nu.22. Alfonsum Regem ad petitioẽ totius Regni Siciliæ ita statuisse, & adde etiam Iudices villarum debere esse doctos, & iurisperitos §.1. auth. de Iudicibus Otthom.libr. qq.illustr. q.23, Simanc.de republ.lib.9,c.10.nu.7.&

debere

debere habere experientiam l.1, §. sed cũ c.de inst.C.confirmando inde Bald. in l.æmilius ff.de minoribus practicam esse scientiam digestiuam nam peritia appellatur plenitudo scientiæ,& prudẽtiæ,vel artis professor Corrad.in tẽpl. iudic.lib.1,c.1.verf.22, nu.8, Rendin. de m uest.principum nu.59. Auiles c.4 prætor in verbo (que los diere) nu.11, & Burg.de pax in d.l.nu.65. cum seq. & vide Bouadill.p.lib.c.6.nu.28.dicentem supplere experientiam defectũ sciẽtiæ,quia docet,& probat Specul.tit. de iudic.deleg.§.fin.nã experientia est rerum magistra, & propria scientia,& experientia coniuncta perfectum faciunt Iudicem Angel.conf.100. Rol.conf.2, nu.8,vol.2.Corrad.in templ.iudic.lib. 1,c.1,§.3,verf.22,nu.8,& Anton.Gomez in l.2,taur.nu.3.

Nec deficiat, quod debeãt officiales habere bonam vitam,quia si bona vita in ipsis deficiat fide carebunt mastrill. d.tract.de magistr.lib.2.c.2, nu.3, vbi latè de huiusmodi requisitis in Iudicibus,& Plato li.3,de repub. quod is qui singulis ætatibus semper pueritia adolescentia,ac matura ætate probatus est & immaculatus existit iustus, & Iudex Ciuitatis constituendus est, nihil enim vtilius est reipublicę, quam prudentes pios,& sanctos habere consiliarios,nec sufficit doctos esse viros sed pariter Deũ pertimescant Mastr.d.lib.2,c.1, nu.11 Sed quid vacamus in meritis,& vita cũ exclamando cum eod. Mastrillo in num.75,dicamus hodie nil sibi dignitas, nil industria vindicat totum auri profanus obtinet amor hodie, honor, vitia indefesse remunerat, & in locum vultoris,seu Iudicis is qui fuerat puniẽdus adicitur c.fertur p.q. p. hodie non morum honestas,sed verborum honustas attenditur,non scientiæ visus, sed stultitiæ risus non puritas manuum,sed quantitas munernm confouetur,& non virtutes,sed vestes ad insignes honores & vtilitatis officio promouẽtur ex Auile c.4.prętorum verbo(por ruego.) verum sub sãctissimis nostris principibus hæc non audiuntur.

Num.4,5,& 6.] Pro alijs istis qualitatibus Iudicis adde quia se eximere debẽt officiales ab omnibus passionibus animi, & proinde nõ debent esse acceptores personarũ Simãc. de republ.li. 6,c.12. D.R.Tappia tit.de offic. cõst. n.33,li.2,in const.regni,& veritates amatores, vt D. August. in sermone de assumptione cum equa lãcea iustitiam ministrare debent D.R. Tapp. nu. 25, 53,& 34,d.loco relato c.nouit.de iudicijs n. 22,nec faciẽda est distinctio personarum, sed oportet magistratum omissis amore, & odio quibus forte litigantem prosequeretur summa cum equitate iudicare,ac suum,quod vnicuique est tribuere Mart. in tract. de tribunali Vrbis c.6, nu. 30, & seq.& Peguer.in pract.c.2,nu.20,& 21, Borrel. de præstant. Regis c.21,nu.53,& sic iusta nostrum authorem non habere interesse in Iudicijs, & nõ esse partiales Michael Vlchur.de regimine mundi p. 4.q.2,nu.16, Fr. Ioannes de torres in philosoph.morali lib 8,c.7.

5 Num.7.] De Iudice rectè iudicante) adde à cõtrario de Iudice male iudicante ad quid teneatur, &c. Bouadill. lib.1,politic.c.6,num.34. Inde multas qualitates debent habere officiales, vt rectè iudicent Peguer. in pract. cap. 8, num.8.cum seq. Mart. tract. de tribunali c.6,num.17, & sequenti Thes. in præfat.decis.nu.28, & ibi addit. Gaspar,& Borrell. c.21,per totum de pręstantia Regis.

6 Num.8.] Quod debeat Iudex esse fidelis Afflict. in const. vt vniuersis nu. 49,Mastrill.de magist.lib.2,c.3,n.110

7 Num.9,& 10.] Iudicem debere esse mitum,& placidum de Põte in tract. de potestate proregis tit. de elect. official.nu.1,vbi post Bart.in l.1, in fine ff.de his qui sunt sui, vel alieni iuris subdit quod poterit talis officialis ob nimiam seueritatem officio priuari , & in decis. 17,num. 34, Paris de Put. tract.de iudic.verbo crudelitas officialis Caldas q. Forens.31,nu.17,Mut. super cap.Iacobi 63,nu.13, & seq.medices 3,dialog.relat.c.62,& est præceptũ in Ecclesiast.c.4,ibi in iudicando esse populi misericordẽ,vt patet,& pro viro matri illorum, & eris tu velut filius altissimi Burgh. de pax. in l. 2. thaur. num. 44. Cicero libr. primo de offic. laudabilis est nihil magno, & præclaro viro dignius placabilitate ,

& cle-

& clementia Simãc.de republ. lib. 5. c. 17,& lib.6.c.10.

8 Num.11.]Non nimis crudelem Iudicem de Ponte de potestate proregis tit.de elect.official.§.1.nu.1.vbi post Bart.in l.1.in fine ff. de his qui sunt sui vel al.iur. subdit quod poterit talis officialis ob nimiam seueritatem officio priuari,& in decis.17.num.33.Et aduerte Iudicem nõ crudelem esse ex eo, quod malos iugulat. Palma in diuersor. fol. 134,num.19.

9 Num.12,& 13.] Corrigendos esse subditos nõ ex odio, nec escandescere aduersus eos,quos malos putet dixi supra nec odio,nec amore in præcedentibus numeris,inde patientes sint Iudices l.fin.ff.de his quæ in testam. delentur l. ne quidquam §.vbi decretum ff.de officio procõsulis Villad.in polit.c.5,num. 63. Marta de tribunali Vrbis c.6. nu. 23.Thes.in addit.ad procem.decis.nu. 24,& ex hac patientia iustitię Iudicis optima pars cõsistit, & fuit dictum Plinij lib.6,epistol.2.Simãc. de republ.li. 5,c.8,& sic caueant,ne in iustitia administranda in iracundiam, ac passionem incidãt Strabo.in Geograf.lib. 15.a ratione debent seipsos dominari facere c. illa c. ira c.cum apud Thesalonicã c. sum nopere 11.q.3. c. si quid 86. dist.

10 Num.14.]Benignè ascultandos subditos dixi in præcedenti num. quia debent esse patientes, sed non per hoc debent esse Iudices valde timidi,& pusillanimes, quia tales nõ sunt obseruandi l.obseruandum ff.de off.presid. Borrel. de prestãt.Regis c.21.nu.6. Marta c.6 de tribunali nu.21.

11 Num.15.] Nõ admittendas omnes accusationes de facili, nec eis nimis credẽdum habetur potest exemplificari secũdum d. Bartol.in l.2, C.vt nemo priuatus quãdo accusationes ipsæ nõ sunt validæ, & in casu Francisci Marci in decis. 655, & 656. quãdo qui accusat est capitalis inimicus, & quando accusatur ardore vindictæ Menoch.de arb. cas.482. vbi pulchrè quãdo quis dicatur accusare ardore vindictæ, de qua materia Clar. & ibi Baiard. in practic. crim q.15.per totum.

Sed hodie aduertas omnes accusationes recipi,quãdo fiũt ab his,qui suã, vel suorũ iniuriam prosequũtur D.R.Rouit.in pragm.1.de accusat.vbi pulchrè declarat,qui appellatione suorum contineãtur,& Maringus in decis.1.quãdo delictum,de quo accusatur est tale,pro quo potest ex officio inquiri in quo casu nota etiam inhabilem admitti ad accusandum vti promotorem inquisitionis, & subingredi in locum habilis accusatoris arg.l.1.c.si tutor.vel curat. non gesserit.

Sed quid dicendum si esset legitimus accusator,an permittatur accusare, dũ reperitur prescripta ipsa accusatio saltim per remedium inquisitionis, & sic admittatur sub nomine accusatoris,tãquam promotor latè Caball. resolut. 5,& 6.

Num.16.] Nomẽ,& cognomen accusantis in actis describi debere, tu addas,& inquisiti si cognitum est Natta consf.422.lib.2,num. 9, & 10. Boss. in tit.de accusat.nu. 33. Clar. in pract. crimin.§.fin. q.4, & Farinac. in pract. criminal. §. fi. quæst. 3, vers. limita 2, & sublimitur num. 10.& locum, & tempus delict. Misinger. obseruat. 32, cent.2,ad intellect.l.libellorum ff. de accusat.Ricc.collec.1199, & facit nouissima decis.Dolani Senatus teste Criuello in decis.43.fol.mihi 129. & quid in accusatione falsi Fachin.lib.9.cõtrouers.cap.14,& de mater.Iason. inst. de actionibus in §. sequẽs vers.ex maleficijs num.68.& seqq.

12 Num. 18.] Quod iniuria affici non debent subditi ab officialibus, Gramatic.decis.37. Carabb. in singul. sindicat.M.C 105. cum declaratione etiam si iniuria esset vera si tamẽ illud scire reipublicę nõ intererat ex multis quos cumulat Thorus in compend. decis.Neapol.in verbo prouocatus vltra Parid.de sindicat.in verbo Iudices c.6, fol.107.Thesaur.decis. Peden õt.229. Reg.de Põte in tract. de potestate proregis tit.3.§.6,num.6,& id.Carabb.in singul. 163. (officialis) Farinaci in prac.crim.q.105.nu.131.

13 Num.18.] Quod caueãt Iudices à componendis reis per metum alios tenẽtur de cõcussione)Paris in verbo Iudices c.7,& Farinacc.in pract.crim.tit. de var.ac diuers.q.111. ꝙ preter alios

ad hanc

ad hanc materiam omnino addendus est referēs officialē per metum extorquētem pecuniam teneri actione repetundarum ex Menoch. de arbitrar. caſ.342, nu. 12.

Sed quando compoſitus poſſit prætextu metus ab officiali in ſindicat. repetere Ioan. de Amic. cōſ.49, proinde ad validitatem compoſitionum reuideāt Iudices Farinac. in q. 5, & pragm. 7, de offic. magiſtr. iuſtitiar.

14 Fit autem huiuſmodi concuſſio per minas, per carcerem, & per verba incarcerationis Muſcatell. in prax. tit. de cognitione delictorum nu. 28, 29, & 30, fol. 45, Gram. cōſ. 51, & Guid. Papa in ſing. 436, quæ cōcuſſio nō ſolum facto, ſed verbo committitur Muſcat. cit. loc. cuius q̄ ſit pœna Menoch. de arbitr. caſ. 342, nu. 12, centur. 4, lib. 2.

15 Num. 19.] Allegationes partium Iudicem debere audire Matſil. in §. ſucceſſiuè nu. 4, Blanc. in tract. de indit. & tortur. num. 145, Bald. in tract. de ſindicatu num. 10, & Carabb. in ſingul. ſindicat. M.C.V. 103. (Iudex) & ad annotationem, quæ poteſt deſeruire loco num. 13, & 14, ſupra relatorum ſecus faciens admittit iuriſdictionem.

16 Sed an ſemper requirendus ſit Iudex pro iuſtitiæ miniſtrāda Gaill. obſeruat. 28, lib. 1 Hinc facit litem ſuam licet ex negligentia fecerit Gramatic. deciſ. 40, nu. 19, & Iaſon de actionibus §. præter nu. 12, 16, & 21.

17 Nu. 20.] Quod bonus Iudex temerè allegātibus imponat ſilētium) amplia, vt in expēſis cōdemnet Bart. in auth. generaliter C. de epiſc. & cler. q in l. properādum §. fin autē C. de iudicijs q bene declarat temeritatem, & quādo ipſe debeat ad materiā Rebuff. in tract. de expēſ. damnis, & intereſſe art. 2, gloſ. 1 & tex. in l. cū q̄ 79, ff. de iudicijs Natt. conſ. 332, to. 1, & in theſaurerio indebitè litigāte Papo. li. 28, tit. 2, arreſt. 7.

Ad hanc num. 21. poſſunt applicari dicta ſupra in nu. 17, circa iniuriam nō inferēdam ab officialibus ſuis ſubditis, vt hic etiam ſi fuerint appellātes) ad litteras Bonifac. Vitalin. in tit. de iniurijs num. 30, niſi animo corrigendi iniurauerit Oldrad. conſil. 53, Natt. cōſ. 462, nu. 1, & Feli. in c. cum te col. fi. in fine de ſentent. & re iudicat. vt ſequitur Baiard. ad Clar. in §. iniuria num. 26, qui plura ad ornatum materiæ iniuriæ extollit, & hāc iniuriam adeo grauem conſidero, vt vix iniuriæ quæ fit ipſis officialibus, vel in eorum præſentia parificētur cum verum ſit dicere fieri in-
18 tuitu officij etiam : Hinc eſt quod quando offenditur, vel iniuratur famulus curiæ cenſetur iniuriata ipſa curia, & officialis Boer. in tract. de ſeditioſis quæſt. 7, num. 36, & in terminis reſiſtētiæ factę alguzerijs M.C.V. de Franch. deciſ. 722, ſic cum iniuriatur ſubditus ab officiali deſtinato à Rege cenſetur ipſe Rex iniuriatus Iacob. de beluis in prax. criminal. rubr. de iniurijs verſ. iuxta pręmiſſa ad cuius tractationis ornatum non diſpliceat habere iniuriam factam coram officialibus, vel in perſonam eorum ſubditorum, vel ſeruientium grauem fuiſſe reputatam ad tex. in l. prætor edixit §. atrocem ff. de iniurijs §. atrox inſt. eodem Anton. de ball. lib. 7, q. 6, num. 6, qui ſubdit in Regno Siciliæ pœnam ſeruatam fuiſſe aduerſus delinquētes, ſed ego ſemper dubitarem maximè ſi accidētaliter eueniret Couar. var. reſol. c. 10, num. 6, verſ. tertium, ſed cum ſit ſubditis, ſeruiētibus, vel alguzerijs præcipuè in iuſtitiæ exequtionem vide Boer. in tract. de ſedit. ſupra cit. & de Franch. deciſ. cit. & meminit mihi de anno 1619. de m ēſe Ianuarij in cauſa P. de tanſo nobilis de Ciuitate Sueſſæ inquiſiti, quod cum de mandato Excellentiſsimi proregis contingiſſet fieri iuſtitiæ exequtionem in dicta Ciuitate cuiuſdam rei ſuſpendēdi ob inciſionem monetarum, & duceretur, vt moris eſt in omnibus tribunalibus ꝑ pręconē publicari nomen, & cognomē rei, atq; cauſā delicti, paſſim & pluries repetēdo, q fit, vt crimē detegēt, & vt alij deterreātur, vt tradit ſing. Mar. Mātua. in apoth. 83, incip. in l. fuſtib. in 2, p. alias 583, vbi alia notatu digna de hoc, ꝓſequitur, & cum pręco nomē inquiſiti, & cognomē promulgaſſet & ex errore forte dixiſſet eſſet de Sueſſa, q in rei veritate erat Siculus im ꝓbā do nationis errorē dixiſſet preconi Palā tu mētiris, qm̄ nūq̄ gētes Sueſſanæ cōſimilia ꝑ patrāt ob ꝑcapta informatione

& in carcerem coniectus seruatis seruandis fuit per biennium relegatus in insulam declarandam per suam Excellentiam, & facta relatione in Collaterali Cōsilio per benemeritum olim Iudicem Franciscum Cesarem causarum criminalium.

19 Num.22.] Iudicare munus esse publicum, vt præsens potest summari numerus adde adeo publicum, quod ex Ciceron. 3, de legibus est opus sine quorum prudentia, ac diligentia Ciuitas esse nō potest descriptione quorum omnis Reipublicæ moderatio cōtinetur, vt Dionis. Halicarnus lib. 6, ad q nota iudicare periculosum esse Summa Armilla in verbo Iudex nu. 2, & glos. in l. rem non nouam c. de iudicijs in verbo presidio.

20 Num.23.] Delicta esse puniendam) adde quia interest reipublicę árg. l. licitatio §. sed quod illicitè ff. de publicani, & vectigalib. Gomez de delict.c.1, num.10, Rōdinell. in tract. de sindicat. num.139, & Cumia in sua prax. c. 13, num.13, ex ratione quia quando delinquentes nō puniuntur publica lætitia turbatur, & ira Dei in nos prouocatur à quorum delictorum punitione venia speratur, & populi incolumitas prouocatur teste Grammatic. decis. 39, idcirco impunita remanere nō debent arg. l. ita vulneratus ff. ad l. aquiliam Bart. in l.18. §. si filius ff. de iudicijs, & c. vt fi nę 35, extr. de sentētia excommunicationis, maximè quādo agitur de puniēdis frequētātibus delicta, quia tunc iura trāsgrediūtur, & plus puniūtur Gramat. decis. 36, & Hyppolit. singul. 378, vbi delinquendi cōsuetudo auget pę ā.

21 Num.24, & 25.] Iudicem debere vti seueritate in enormibus) pēdet à d. sup. in num. 10,] & recta via debere cōdemnare vel absoluere, nec vti gratificatione, & in arbitrarijs nō esse nimis fauorabilem Sot. lib. 1, de iustit. & iure q.2, art.2, in fine, & D. Ambros. sermone 8, in Psalmo 118, vbi nec precibus, nec lacrimis commiserationis vllo ue modo virgam iustitiæ rectitudine deflectendam, &c. alioquin in iustitia esset misericordia ad tex. in c. est iniusta 23.q.3, & vide scriptum in Deuter. 19, & in arbitrarijs, quod nō debeat esse nimis fauorabilis plenè disputat Menoch. de arbitr. q.85, lib. 1, per totum, & quando Iudex in arbitrarijs possit quem ad mortem ponere Marant. in aur. specul. p.4, tit. an sit iudicium criminal. vel ciuile dist. 1, nu. 59, & 60, & sequētibus Cassan. in cōsuet. Burgund. tit. des iustices rub. 1, §.5. glos. 10, & Menoch. eodem tract. q.86, & multa traduntur cū exemplis sua ætate per Regent. de Ponte in tractat. de potestate Proregis tit. 1, §.2, à nu. 16, vsque ad finē Petr. Caball. var. resolut. crimin. casu 92, & Thomas in compend. decis. Regni qui plura cumulat in verb. pęna fol 390, & in verb. tortura fol. 555, & in causis arbitrarijs quod non sit sindicandus Menoch. de arbitr. cas. 176, cēt. 4, num 5, Gramat. decis. 34, num. 47, & Carabb. in singul. sindicat. official. 97. (Iudex)

22 Num.26.] Accusationes seruatis seruādis recipi debere, nec ipsi soli accusationi Iudicem stare debere aliter litem suam faceret adde pulchrum collect. Riccij 1219, ad. ornat l.2, C. de accus. adde dicta supra in num. 16, & Clar. in pract. crimi. §. fin. q. 12, num, 45, & ij Marsil. in rubr. de falsis nu. 16. Afflict. in const. tit. de falsar. nu. 6. Duen. regul. 27.

Hinc est quod in Curia Archiepiscopali recipiūtur accusationes prestita obligatione de probādo sub certa pęna Baiard. ad Clar. q. 81, num. 6, per rit. Curię Archiepiscopalis 6, in ordine: De cuius querelæ, & accusationis sollēnibus Carauit. rit. 202, nu. 6, Et quod soli accusationi Iudex stare nō debeat souet communis maxima iuris, quia in probationibus cōsistit credulitas iuxta illud actore nō probante reus absoluitur, de quo per Purpurat. in l. qui accusare C. de edendo Marsil. in l. de minore §. tormēta ff. de quæstionibus Mascard. de probationibus concl. 36, vol. 1, cum actor in criminalibus loco accusatoris habetur Gallup. in prax. S. C. p.p.c.6, nu.80, fol. 39. Declarando tamen in saltuarij accusatione, vel alterius publicum officium habētis pręuio iuramento facta Natt. cons. 550. vol. 3. quem obserua.

23 Num. 27.] In hoc numero subdit auctor

auctor in casibus, in quibus Iudex potest procedere ex officio quod debeat omni cum diligētia vacare alias tenetur de negligentia tu addas ab illa Iudic. s debere precauere tanquam maximū delictum Cardin. in clem. 2, §. p. de sepultur. Put. de sindicat. in verbo negligentia Auendan. de exeq. mandac. c. 1, prętor nu. 3, vers. decima causa Afflict. in cōst. vt vniuersis num. 55, & D. Reg. Tapp. loco supra citato nu. 30, & d. supra in nu. 10, & 11.) Casus autē in quibus potest procedi ex officio per Nigrum in c. Regni ad cōsultat. nu. 20, & in c. vt pridem, & in c. vt delatas nu. 16, & Carau. in rit. 203. num. 1, ex Parid. in tract. sindicat. verbo accusatio col. 1, vers. quod est verum vbi venit imponēda reo mortis pęna, vel ciuilis, aut abscissionis membri,) & in iniurijs illatis viduis, vel alijs miserabilibus personis, vt sunt ecclesiasticæ, &c. idem Carauit. tit. 68, nu. 2, & cum delictum est notorium, Aut. infr. in verb. quod est notorius delinquens num. 3, fol. 118, & testātur prag. in rub. de causis ciuilibus & criminalibus Niger in c. Regni ab illo inchoandum Arnon. in commert. 155, & in crimine vsurarum parte desistente ex pragm. 4, sub tit. de vsurarijs additis Mynadoio in decis. 39, & de Franch decis. 213, nu. 37, ad quod nota ex officio Iudicem posse impedire exequtionem instrumenti vsurarij secundum Capic. decis. 175, & Viuium decis. 304, Maxill. in cōsuet. Bar. rub. de iure prothomis. §. in permutationibus num. 10, & Carocc. in suis decis. cas. 133, num. 8.

24 Num. 28.] Iudices pro obuiādis maleficijs debere occurrere rixis etiam cū armorum terroribus) amplia etiam si verberauerit eos Carrab. singul. sindicat. official. 163, idem Carrab. in singulari 185, officialis in fin. ex Paride de sindicat. in verb. iudices c. 6, nu. 7, de qua materia vt supra tetigi num. 21, vide Farinac. in pract. crim. q. 103, nu. 131, & 132, ad iniuriæ tractatum, &c.

25 Num. 29.] Quod calumniosè petentes nō sint audiēdi amplia vt nō solum nō sint audiendi, sed incidant in pęnam Senat. cōsult. turpilliani, & Iudicem posse procedere ex officio aduersus eos si euidenter fuerint Bart. in l. 1, ff. ad Senatuscōsult. turpill. in princip. tāquam delictum de per se D. R. Rouit. in prag. 1, de sindicat. official. num. 68, de cuius delicti pęnis, vide latissime relata per Farinac. in q. 16, & per addentes ad Bertazz. in cōns. 212, vol 1.

Hinc inter alias pęnas tradit idem Bertazz. in cōs. 362, per totum per hęredes ipsius calūniatoris q; debētur expēsæ, & interesse calumniosè accusato si lis fuerit cōtestata cum ipso defūcto seruato iure ciuili nō autem canonico secūdum quod etiam lite nō contestata debetur.

Et aduerte, quod si viuus fuerit calumniator nō solum ad expēsas teneretur, sed ad ipsam quoque pęnam calumniæ pro interesse publico Boss. de accusat. num. 27, & Laurēt. tēni caus. p. nu. 12, & seq. & si Iudex nō cōdemnaret puniretur ipse pęna infamiæ, & duarum librarum auri purissimi, vt in c. Regni Regis Roberti quod incipit accusatorū temeritas, & Afflict. in cōst. pęnam calumniæ nu. 6. quod quomodo hodie habeas, attende practices.

26 Cōuincitur autem de calumnia accusator eo ipso quod defuit in probādo Petr. de Benintē. decis. 46, quod etiam in delatore extēditur secūdum dictum Gram nat. in decis. 39, num. 9, nisi habeat pro se aliqua euidētia indicia Abbas cōs. 78, p. p. de quibus excusationibus à pęna calumniæ, ne quis incidat in turpillianum Franc. Marc. q. 940, p. 2, & Menoch. de arbitr. cas. 321, num 27, quod quidem interdictum etiam respectu supponētiū accusationes, & instigatorum trāsire affirmat Guid. Papa in singul. 362, & pulchrè Ricc. in collect. decis. 1218, ad intellect. l. 1, ff. ad Sen. cōsult. turpillianum, & calumniatorem haberi etiam eū, qui nō probat quod cōtra testem opposuit, vbi, & habuisse pariter animum iniuriādi: Affirmat nouissimè Criuell. in Senat. Dolan. 100, num. 5, ad quam tractationem nō displiceat habere calumniatorem, seu instigatorem non posse declinare iurisdictionem Iudicis coram quo fuit agitatum iudicium calumniosum accusationis secundum Papon. lib. 7. tit. 7. arrest. 46.

Num.

27 Num. 30.] Veritatem inuestigare debere Iudices præter alios latè discurrit Carau.in rit.M.C.288, à num. 13, vsque ad 16, vbi de ratione, & ad materiam, quia veritas semper sectari debet iuxta posita per D. Garziam Mastrill. decis.282, nu.7, fol.275, tom. 3, & proinde ait Giurba in decis. Siciliæ 85, nu.6, ipsam coadiuuādam nō coangustādam maximè coram Principe D. R.Rouit.in cons.79, nu.57, fol.414, & in fene illius cognitionem magis præsumi testātur Menoch. de præsumpt. 47, nu.2, & Alba cons.790.nu.3.

28 Num.31.] Debere Iudicem iura vtriusque partis audire ipsis præsentibus, vel cōtumaciter absentibus pēdet à d. supra in num. 19, vbi allegationes partium sunt audiēdæ cit. singul. Carabb.103, (Iudex) ad quod inferas pro inde Iudices expedire citationes partibus ad finem, vt audiātur iura ipsarum quia aliter sentētia esset nulla D.meus Ludouisius Sum. Pōtifex Gregorius xv in vna Mercurij 28, Mēsis Iunij 1600, num.1, vt in decis.4.

29 Num.32.] Quod Iudex nō se extēdat vltra petita fouēt dicta Decian. in cōs.3, lib.3, nu.1, & D. Rouit. in cōsil. 64, num.1, vbi sentētia recipit interpretationem à libello, & sic in eo petitis, & cōformis eo esse debet Afflict. decis. 364.in fi. Ozasc. decis. 146, & Grammat.decis.19, & firmat Marc. q. 13, Crauett.cōsil.271, nu. 6, & de limitat Bart. in l.si pacto nu.8, c. de pactis Gramat.decis.15, & 19, vera decis.126, p. 3, Menoch. de arbitr. q. 31, & Natta cons. 617.

Ad quod aduerte nō proinde nullam esse sentētiam si fuerit lata 6, vel vltra petita Muscatell. in prax. S.C. part. p. glos.petitur nu.15, Māgrell.ad Bartol. in l.si cum inter C.quādo prouocare nō est necesse, dummodo nō fuerit illata nullitas 6, ius vniuersale Borgn. Caualcan.decis.Fiuizzanēs.19, nu.14, p.p., & nu.21, Peregr.decis.patauiæ 97, nu. 6, ad quorum limitationem vide omnino decisionem Domini nostri Pōtificis Ludouisij olim Gregorij XV. primam in ordine vbi sentētia nō iustificata ex actis notoriè iniusta dicitur tanquam vltra petita, & nūquam trāsijt in rem iudicatam cum nulla sit, & proinde ab ea nō appellatur, vt facit pulchra ad ipsam additio in vna de scapuuijs 15, Martij 1572, coram Biriarino, & ibi Pōtifex auctor num.4, in vna veneris 9 Mēsis Iunij 1600. Secūdum iura meræ iustitiæ, & quandoque iuris rigorē, vel etiam equitatē, prout persona, locus, causa, & tempus desiderāt Bart. in suo tract.de quisit. venial.coram Domino.

30 Num.34.] Quod bonus Iudex debeat cōtrouersiam dirimere per sentētiam, vel cōcordiam secundum regulas legis cōstitutionum, & artis, & nō secundum cōscientiam cōfirmant dicta Boer.decis.42, nu.fin. Menoch.q. 16, in tract.de arbitr. Gasp. Caball. mill. loq. 926, & Papon. lib.17, tit.2, arrest.p. vbi laudatur Iudex cum per medium decidit inter partes ad quod facit tex. in §. si tibi in auth.de mādat. Principum vbi Iudices lites cum omni equitate audire debēt breues, vbicumque personarum ex nō scripto cognoscere, & iudicare, & quod secundum regulas Regis iudicetur dictat ratio, quia ipse habet suam iurisdictionem, & potestatem limitatā, & obligatam legi, Bart. in l.1, §. si plures nu.19, ff.de exercitation.

Hinc est quod debet iudicare secū-

31 dum allegata, & probata, & nō secundum cōscientiam Ozasc.decis.1, num. 42, & decis.79, nu.44, & decis.146. nu. 14, Marc. de Mantua singul. 451, Recepta distinctione Iasonis de actionib. in §. si minus n. 15, cum cōsciētia publica nō priuata attendi debet fidesq; nō est habēda, nisi scripturis in actis productis Gugl. Cassad.decis.12, tit.8, & Rot.Genuæ decis.106.

32 Hinc cōscientiæ alicuius causa commissa debet intelligi de cōscientia lege munita, ac publica, nō autem de priuata Ozasc.decis.79, num. 45, nisi in ipso Principe, & Senatū, qui possunt iudicare secūdum cōsciētiam, & extra acta d.decis.Ozasc.nu.43, Crauett. cōs. 198 num.7, & glos.in l.1, ff.ad l cornel.de fals. & proinde S.C. nostrum iudicare potest secūdum cōscientiam Gramat. decis.19, nu.13, & 62, num. fin. & vide Guido Papa q.29.

33 Num.35.] Quod debeat Iudex repellere ex officio illicitas extorsiones) adde

adde ex ratione, quia alias puniren-tur, & ipsi iudices, tanquam scientes cũ verum sit sciẽtes, & non reuelantes superioribus tale crimẽ puniri pęna eiusdem Paris in verb. sind catus official. qs sit vers. Iudices c.2. C trau.rit.neap. 4.n.1 p tex.in §.necessitatẽ vers.sed ẽt in auth. vt iud.sine quoque suffr. cum similib. traditis per Detian.in tract.crimin.lib.8 c.40.

34 Nu.39.] Iudicem non debere grauare quẽ nullasquam lex) addas proinde debere esse iurisperitos, vt sup.dixi nu. 2. arg.tex. in l.neminem la 1.§.iurisperitos C.de aduoc.diuers. iudic. vt bene confirmat Marta in tract. de tribunal. Vrbis c.6, nu.6.

35 Nu.37.] Comitatenses quod nõ sint angarijs, & perangarijs, grauãdi. vt exẽplificat Auctor) mandando, vt cum bestijs portent ei victualia, vel zenia) adde quia angariæ, & perangariæ ad Principem spectant, vt de regalibus, & reseruatis, & non ad inferiorem, vt est Iudex Bart. in l.1. C.de excusat. muner.lib. 10. Bald. in l.1, in fine C. de bon.quæ liberis, & Natta consil. 185, num.3, & 5.

36 Hinc nota, ne termini confundẽtur, quod angariæ sunt munus personale, idest quãdo subditi cum persona seruiunt Principis tamẽ sumptibus, perãgariæ quãdo seruiunt cum persona, sed expẽsis proprijs Vulc. de feud.c.5.n.7, ver.angarię fol.87 Capibl.prag.10.de baronibus num. 28, & 30 Natt.consil. 185, nu.7, & seqq. & Gaill. obseru.52, nu.4, & 5, lib.2.

37 Nu.38.] Circa qualitates, quas debent habere Iudices, & magistratus Peguer.in pract c.8.nu.8.cum seq. Marta in tract.de tribunal.c.6, nu.17, & seqq. & D.R.Tapp.loc.sup.cit.nu.20, cum sequentibus.

38 Nu.39.] Quod iudicium debeat Iudex conformare cum veritate pulchrè vidi discursũ per Carauit.in rit. 288.n. 14. & de mat ria sup.dixi.

Nu.40.] Nõ audiatur iniusta petentes, faciunt dicta sup.in nu.20.

39 Nu.41.] Faciũt dicta sup.nu.7, & ad materiam iniustitiæ remouendæ, adde proinde nõ cõmitti ipsius iustitiæ administrationem hominibus insufficientibus, quia esset maior iniustitia ad tex.in c.væ vobis 11.q 3.

40 Nu.42, & 43.] Quod subditos tueri debeat Iudex, & inlatas illis iniurias in vltas nõ permittere, & violẽtias prohibere, & purgare prouincias malis hominibus) vide in rege plenè per Regentem d. Ponte in tract.de potestate proregis tit.4.§.8.nu. 4, tãquam pater patriæ Afflict. in const pessimum j est nu.12, & Campagn.in c.pro publici n. 5, de qua materia Afflict. discurrit in cõst.regni post mundi machinã, & nos infr. in frag. differemus, & propria in 1.sub tit. de summa trinit. & fide Catholica, & id. Affl.ct.in decis.20. nu. 7, & circa violentiarum prohibitionem constitut. regni violentias vbi idem Afflict.

41 Hinc Barones si subditi opprimũtur & malè gubernãtur ab eorum officialibus in maxima culpa sunt Andreas in c.imperialem §.præterea nu.80. de ꝓhibit.feud. alienat. per Feder. Capibl. in proem.de authorit.Baron.num.59.

Nu.44.] Quod Iudex debet lites dirimere, vide dicta sup.in nu.34.

42 Nu.45.] Inde calumnias debet euitare Iudex) & in Baronibus habes ꝙ sine molestia, & oppressione tractare debent suos subditos Capibl. de Baronib.in prag.3.nu.45.

43 Sed Iudex indigens per calumniam opprimit Mastrill.de magistrat. lib. 2, c.3, nu.12.

44 Nu.46.] Carabb.sing. 140, vide pro ornatu istius numeri, & quando Iudices debet esse seueri, & crudeles Mastril.de magistr. lib.2, c.2.nu. 94.

45 Nu.47.] Iudicem stare debere sedere & patiẽter aduocatos audire) adde q̃ dixi in prato meo in tit.de aduocatis, & de officio ciuilium iudicum vbi omnia.

46 Amplia, & debere resalutare salutatores Gratian.discept. forens. 284, num. 6, cum seqq.

47 Num.48, & 49.] Patienter audiendos Aduocatos, nam omnes benigne & equa lance Iudex audire debet l. fin. ff. de his quæ in testam. delẽtur Marta de tribunali c.6, nu.23. Thesau. in proem. ad decis.nu.24, vbi ait quod in hac patientia Iudicis optima iustitiæ pars cõsistit, & fuit dictũ Plinij li.6.

C epistol.

epist.2, Simanc.de republ.lib.5, c.8.

48 Nu.50]Iudex nimiam familiaritatem cum sub litis habere nõ debet, adde proinde vt dixi sup. debere cauere à iocosis cõuersationibus, & ludis etiam nõ prohibitis, & similibus, vt Bouadill. c.3, nu.40, cum seq. & à spectaculis publicis Caualc.de brachio Regio n.221 p.p.fol.29, licet aliquãdo ob publicam populi lætitiam interesse conueniat Simãc.de republ.lib.8, c.39, nec ridere, sed maturitatem seruare Afflict.in cõstit.vt vniuersis nu.61, Marta de tribunali c.6, num.10.

49 Num.51.]Debere Iudicem cũcta inspicere, & rerum ordinem inquirere) adde q ordo est semper seruãdus Vaz. in suis principijs iuris verbo ordo.

50 Nu.52.]Iudex debet se informare à prædecessore si hoc est verum quare officium nõ est cõcedẽdum ei qui in eodem loco est oriũdus, vel incola, vel alias exercuit officium idque etiam per interpositas personas prohibeatur, vt in l.3, in p.C. de diuersis officijs lib. 12, Borrell.de magistr.edict.c.5, D.R. Rouit.in prag.1, de officialibus nu.15, cum illi essent melius informati quam si informarentur a prædecessore, vt est videre Thor.2.p. compend.verbo officiales.

51 Nu.53, & 59.] Iudicem debere in diebus feriatis visitare carceratos, adde quia opus pium est, vt in Prato meo dixi ad titulũ C. de ferijs inde in diebus Pascalibus, aut Natiuitatis D. N. Iesu Christi generalis fit visitatio Molfes.in proem.cõs.q.7, nu.8, & in materia visitationis carceratorum adde in singulis hebdomadis in M. C. V. accedere vnũ ex Regẽtibus Regiam Cãcellariam, de Ponte in tract.tit.10, tit.de donis, & expẽsis nu.10, vt extant prag.1, de visit. carceratorum, & prag.39, §.3, de offic. mag.iustit.nu.3, & vide Mascatell.in prax.S.C.lib.1, §.3, glos. detinebuntur nu.77,) Romæ autem singulis mensibus fit visitatio Octau. Vestr. in prax. Roman.lib.2, c.13.

Et patet ex iuris dispositione cuiusbet Iudici in diebus festiuis videre carceratos, & exquirere an eis aliquid desit & prouidere, vt eis alimẽta nõ desint, & Iudices negligentes puniuntur Paris de sindicat. verb.Iudex Thor.in addit. ad Reg. de Ponte tit. de electione officialium §.1, nu.10.

52 Nu.52.] Iudex non debet accedere ad terras vbi sunt partialitates) & in tãtum partialitates abhorrẽdę sunt, vt dixit Auiles c.2, pretorum verb.partialidad nu.1, & 4, cum seq.) quod etiam in pacificẽdis hominibus debet euitare Iudex teste Mastrill. de magistr.lib.3. c. 4, num.287, & seqq.

53 Nu.55.] Iudex nõ debet officia assumere, vt q̃stui, & pecuniæ deseruiat) idcirco prohibitum cauetur officia emi & vẽdi l.scire oportet §.fi. ff. de tutor. dat. ab his cuius tex. hæc sunt verba) obseruet magistratus nõ creare eos q volũt se ingerere, vt creentur vel qui pecuniam dant hos enim pęnæ esse obnoxium promulgatum est nam qui dat pecuniam pro officio habet malum animum Luc.de Pẽna in l.2, C. de murileg.lib.12, nam eo ipso quod quis emit paratior est ad vẽdendum, & carius c. quibusdam p.q.n.Mascard.de probat. concl.1137. difficillimum enim est temperare quod nõ vendãt carius in minuto id quod emerunt in globo Bened.in c.Raynutius vers.duas filias nu.55, de testam. qui asserit teste experientia infinita mala deuenisse ex officiorum venalitate allegat Capibl.de Baronib. in prag.4, nu.8, & sequentibus vbi iura Regni concordantia portat.

54 Nu.56]Vt Iudex nõ sit deditus mulieribus, & scortis) inde magistratus missi ad prouinciam gubernandam absque feminis debẽt proficisci l.obseruare vbi Bald.ff.de offic.procõsulis Anna alleg 135, nu.1. Tiraquell.de ll.conub. Guglielm.de benedict.in c. Raynutius p.p.ver.duas habens filias nu.29, & Valasc.decis.129.nu.6, p.2, & surgens de Neap.illustr.c.9, n.27, & de defectibus mulierum multa dicerem, sed vti vxorato talia inquirere nõ est permissum.

55 Nu.57.] Iudex nõ debet esse auarus) adde quia auaritia est causa, & radix malorum omnium c. quia radix de penit.dist.2, nã mens alligata cupiditatis vitio semper à vero deuiat 90.dist.c.bene quidem est mater omnium litium, & iurgiorum c. de his 27. dist. sed proh miseri (inquit ille sapiens) & vide, quod

quod cupiditas est ferocissima pestis q̄ homines semper egenos facit cũ eo magis, quo fuerit locupletata mendicat; omnia possidemus quæcunque nõ cupimus, & nũquam satis dixissem de infinitis malis huius vitij sat est dixisse esse radicẽ omnium malorum vt cumulat Marc. Anton. Surgens c. 17. num. 20, & addit. fratris ibi.

56 Nu. 18.] Iudex nõ debet esse facilis ad capturam eorũ q deferũtur) vide p totũ tit. infra notatos capiat de psona.

57 Nu. 60.] Iudex dẽt esse fortis & equs) vide Mastr. de magistr. li. 5, c. 14, nu. 3.

58 Nu. 61.] Iudicis arbitrium debet esse à iure regulatum, & ex hoc magistratus licet habeãt maximam potestatem illa tamẽ vltra debitas iuris metas vti nõ debet, sed iuris, & ritus ordine seruato nõ autẽ ex abrupto Mastrill. de magistr. lib. 5, c. 3, nu. 80, & c. 6. nu. 82, & limitat nu. 85. Verum est tamen quod Iudex sm̃ leges nõ ex suo arbitrio iudicare debet Mastrill. de magistr. lib. 5, c. 3, nu. 81, & 82. Arbitratur tamen quãdo crimen an sit leue, vel graue Gratian. discept. 598.

59 Nu. 62.] Iudex debet patiẽter audire inquisitos, adde quia in patientia Iudicis optima iustitiæ pars cõsistit Plin. li. 6, epist. 2, Simãc. de republ c. 8, lib. 5

60 Nu. 63.] Iudex debet se abstinere à muneribus) cõcordat infinitæ prag. sub tit. de muneribus officialium. Et de iure communi, nec esculẽta, & poculẽta recipere possunt quãdo officialis habet sufficiens salarium à publico D. R. Rouit. in prag. 1, nu. 2. eod. tit. Sed declara ꝙ possunt officiales recipere dona pro rege sciente, & accipiẽte Giurb. cõs. crimin. 11, nu. 16, & vide Bobadill. lib. 2, c. 11, nu. 80, pro pluribus sequentibus ad hanc tractationem

61 Num. 64.] Iudex videat quid videatur, inde Cõsiliarij, & officiales liberè debent votare, ac sine timore veritatẽ dicere tam inter se quam si coram Principe ea referatur iuxta Prophetam in Psalmo 161, Loquebar de testimonijs tuis in cõspectu Regum, & nõ confundebar, & neque odio, aut amore aliquid vindicet Simanc. de republ. lib. 6, c. 7, quia huiusmodi passiones excecãt intellectum, nam sicuti amore iustitia peruerti solet, ita & odio Isid. de sum, 60, lib. 3, c. 58, & habetur in c. p. 3, q. 5 cum similibus adductis per Tiraquell. de pœnis caus. 51. nu. 65, & 81, ita & odio ad iudicandum pessim e astri gimur c. eps § fin. c. quatuor ij q. 3, vnde Aristotel. lib. p. ethicor. dicit odium amor, & proprium comodum cognoscere verum nõ faciunt, & damnat Cicer. in lib. de orat. eos qui odio mouẽtur ad iudicandum iustitia equidem bono tm̃ zelo exercenda est c. sex 23, q. 3, vt inquit Plutarc. de offic. Auditoris.

62 Num. 65.] Iudex debet inclinare in mitiorem partem) inde dicebam quod absoluere nocẽtem sanctius est quam condemnare innocentem l. absentem ff. de pœnis, nam cauẽdum est ne respectu nocentis innocens patiatur l. fi. C. de his qui latron. & in l. pregnantis ff. de pœnis, & proinde debet potius Iudex absoluere quam cõdemnare l. arrianus ff. de actionib. & obligat. Anto. Monach. decis. Florent. 36, Ricc. coll. 2504, ad argum. d. l. absentem ff. de pœnis,) sed hodie sunt Iudices aliqui qui non solum nõ absoluunt innocentem, sed gloriantur de morte hominum, & tales vti homicidæ tenẽtur, Petra ad Gramat. decis. 99, num. 2.

63 Num 66.] Ingressus officij quomodo fieri debet) vide Borrell. de magistr. edict. lib. 1. c. 1. nu. 43, & 60. qui citat D. R. Rouit. in pragm. 5, de Baronibus nu. 13, cum decis. Sen. Lusitan. relata per Cabed. decis. 30. p. p. & 19, & 4, & 5 ibi fieri per palatium, & recipi per concilium.

Et vide de effectu ipsius ingressi, ꝙ si quis primo loco fuit promotus ad officium, & secundo loco fuit promotus alius, is qui prius habuerit possessionẽ præfertur Boer. decis. 150, nu. 6, Licentiat. de Pisa decis. Pisana lib. 1, c. 13, vbi ad acquirendam possessionem officij requiri Palatij ingressum, & vide Bald. in l. 1, de offic. præfecti augustalis, quod quis ingressũ palatij facere debet alias officium exercere nõ poterit, idem Borrell. nu. 46, & in prorege Capic. decis. 151, nu. 7, Oliban. de iure fisci c. 7, nu. 17, de Franch. decis. 393, nu. 3, & 4, & de Ponte de potestate proregis tit. de assens. regijs §. 5, nu. 15, qui notarunt ꝙ nullam

nullam habet administrationem, nec iurisdictionem donec ingrediatur, & iuret Mastrill. de magistr.li.5.c.6.n.18

Aduertendo quod ante ingressum officialis pariter cautionem præstare debet de bene administrando, & de stãdo sindicatui de Ponte in d tract. tit. 3. §. 6, nu. 17, qui nu. 18, lin itat in officialibus perpetuis ad iustitiam administrãdam deputatis, ex ratione, vt per eum vide Afflict. in const. vt vniuersis sub nu. 38, & Paris de sindic. verbo fideiussor officialium n. 5. vers. tamẽ in regno qui in R. C. prædictas cautiones dicit olim solitum præstari fuisse, sed hodie in R.C.S. vt in prag. 42, de officio procuratoris Cæsaris quo ad officiales, & ministros regios: Ceterum respectu officialium baronalium, quia præstantur in loco administrationis, & in subsidium in Regio tribunali Capibl. de baronibus in prag. 5, nu. 93, & vide quo modo iurant ipsi, & illi per Viu. in sua commun. opin. 298, nu. 2, & ibi plene Capibl. in prag. 4, de baronibus nu. 2, & 3, & D. R. Rouit. in prag. 4, de officialibus qui in pragm. p. de caus. decidendis ponit officiales omnes in principio cuiuslibet anni teneri præstare de silentio tenendo iuramentum, & de secreto seruando.

AD TITVLVM CAPIAT INFORMATIONEM.

SVMMARIVM.

1 *Magna Curia Vicariæ cognoscit de aliquibus criminibus tantum.*
2 *Casus communicati M.C.V. hodie apparent communicati etiam Regij Audiẽtijs cum exemplis.*
3 *M.C. in casibus reseruatis cognoscit vti caria.*
4 *Concessio facta alicui de omnibus casibus, & de quibus potest cognoscere M.C. non comprehendit reseruatos in signum supremæ maiestatis.*
5 *Delicta officialium sola M. C. cognoscit.*
6 *M.C. cognoscit de feudis quaternatis.*
7 *Apocarum recognoscendarum cognitio est M.C.V.*
8 *Delictum esse commissum debet constare.*
9 *Ædificatum non constito de corpore delicti est nullum cum ampliat.*
10 *Reus non potest examinari non constito de delicto.*
11 *De delicto constare quomodo debet.*
12 *Sententia lata non constito de delicto, an conualidetur non superueniente delicto.*
13 *Fama super corpore delicti quid operet.*
14 *Vulneratus mortaliter quando quis dicatur.*
15 *Praxis capiendi informationem de delicto traditur.*
16 *Delictum quomodo dicitur constare in crimine assassinij.*
17 *Delictum quomodo dicitur constare in crimine falsi.*
18 *delictum stupri quomodo dicitur constare.*
19 *Puellæ defloratio quomodo potest constare*

NVm. 1.] Collega erudite pro ornatu istius numeri addas Mastrill. de magistrat. tit. de origine magistr. eorum que officio nu. 18, 20, 22, & 463, vbi latissimè, & Fenestellā de magistratibus c. 19, & Cassan. in cathalogo gloria mundi 17, & 18, consideratione.

2 Nu. 2.] Solā M.C. cognoscere de criminibus descriptis in hoc nu. & quibus alijs prerogatiuis sit insignita Frecc. in tit. de off. magni iustit. in fine Franch. decis. 274, de quibus casibus cognoscit M.C. vti M.C. & non vti M.C.V. regis quæ vt talis habet multa specialia, vt distinguit Gram. decis. 34, & Carau. rit. 54,) sed casus cōpetentes M.C. licet sint excepti, nota tamen quod hodie casus præd cti censentur omnes cōmunicati etiam Regijs Audientijs, quę procedūt in eis, vt Carau. rit. 54. & rit.

3 232, num. 5, & alij sunt casus concessi M.C.V. prout de tortura procedendi ex processu informatiuo leuato velo sine iuris ordine in certis delictis, quæ possunt terminari ad horas, vt dicit de Franch. decis. 520. Leonard. in pract. officior. c. 3. nu. 59, addit. ad Affl. ct. in const. regni M. C. littera B. nam vti M. C. rapresentat magistrum iustitiariū, qui non habet has prerogatiuas, vt Carau. vbi sup. & sic procedit de delictis reseruatis in signum supremi Dominij, quod de ijs cognoscit M.C. vti Vicaria de quibus casibus nullus potest cognoscere vti reseruatis in signum supremi dominij ex quibus persona Regis vid. ē offensa, & adde in his q̄ dicit Author, quia sunt exceptuata in signum supremæ Maiestatis, & nō videntur concessa etiam si data essent regalia, quia crimina falsæ monetæ, læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ, & plagij soli Regi reseruantur punienda, immo si in tempore essent cōcessa, adeo strictè proceditur, quod concessio præsumetur personalis facta, & non pro successoribus Afflict. decis. 361, de Franch. decis. 275,

4 nu. 7, & licet concessio sit facta alicui de omnibus casibus etiam de quibus potest M.C. cognoscere non int lliguntur isti reseruati in signum supremæ Maiestatis, & dum casus accidisset in causa magni Ducis Consalui, cui erat concessum in terram Montifuscoli priuilegium etiam de casibus, de quibus M.C. cognoscit, cum ibi suus vassallus commisisset crimen falsæ monetæ, prætendebat Dux cognitionem talis criminis ex prædicta clausula, & fuit dictum nō fuisse concessum etiam si data essent regalia, vide de Franch. decis. 275.

5 Et pariter cognitio de excessibus officialium durante officio commissis soli M.C. spectare Caran. rit. 49, de Frāc. decis. 274, & 407. D.R. Tapp. decis. S. C. 11. nu. 1.

6 Cognitio feudorū quaternatorū guerræ motæ, & priuati carceris, vt in rit. 47

7 Apocarum recognoscendarum, vt in ritu 54, cum pro apoca recognoscenda non datur Baroni locus petendi remissionem si est causa cepta in M.C.V vti sibi reseruata ex pręeminentia, & remissioni non est data potestas nisi in specie habeat in inuestitura Baro hoc priuilegium, vt dicit Carau. in eodem rit. Rebuff. in commentar. tit. de chirograph. sed aduerte, quod intelligitur hęc prepositio, vt sola recognitio causa spectet M.C. sed facta recognitione si nō poterit dari executio apocæ, quia reus opposuit tales exceptiones quæ al-

tiorem

tiorem requirerent indaginem,& facerent eam ordinariam tunc causa esset remittenda Baronibus, vt implicitè ibi Carauit.& magis explicitè D.R.Roui. in pragm. 64. tit. de officio procurat. Cęsaris nu.38,cum seq. qui dicit quod tam in apoca priuata,quā bancaria nō sit locus remissioni,nisi post factam recognitionem causa non possit exequi, sed esset dandus terminus, & faciendæ probationes in apocis banci quæ habēt exequtionem paratam vigore pragmaticæ non videbatur,neque concedendā esse remissionem ad instar instrumenti pręsentati via ritus pro quibus M. C. denegat remissionē,vt Carau.rit.166. sed si debitor fecisset depositum, vel se constitueret in vinculis,& vellet sua iura producere tunc esset locus remissioni Baronibus refert iudicatum in dictis aulis,& ad tractationem M.C.V. olim distinctam fuisse in duobus tribunalibus hoc est in tribunali M. C. & tribunali Vicarij Regis, quorum vnum à Regente gubernabatur loco magni Iustitiarij, alterum vero à Vicario Regis Alex.Romanell.in pragm.p.nu.54 de blasph. & hodie sunt vnita in dicta M.C.V.Thor.in prefat. compend. decis.Regni Neap.vt ad saturitatem de Ponte de potestate proreg.tit.de assens. reg.§.7. nu. 4. quæ M. C.V. etiam ad liquidat.instrum. contra Consil. Collateral.procedit D.R.Tapp.decis.Ital. 3. num. 34.

8 Num.2.& 45,& 16.] Delictum esse commissum debere constare ante omnia Mascatell in princip. praxis criminalis nu. 13, & 36, tradunt Aduocati pro defensione, cum de eo non constat l.1.§.item illud ff. ad syllani Clar.q.4, nu.1,Roland.cons.51,num. 10, vol.2. Honded.cons.107,nu.9,vol.1, vbi testatur quod est conclusio iuris indubitati,vt non possit deueniri ad aliquem actum nisi prius constet de corpore delicti,& in cons.61.n.10,vol.1, Caball. cas.255.nu.3,etiam si per testes de delicto esset conuictus Maur. burgh. de modo procedendi ex abrupto q.22.nu. 3,& seqq.& num.16, & seqq.qui dicit procedere etiam in casibus in quibus potest procedi ex abrupto Caualc. de bracchio regio p.p.nu.188, vbi de cōmuni obseruantia,& practicata opinione latè Fab. Turret.cons.9.nu.6.

9 Omne enim edificatum non constito de corpore delicti nullum est Ruin. cons.80.nu.3.lib.4.Honded.cons.107 num.8.vol.1,& cons.50,nu.10, in fine vol.2.Burgh.d.q.22.in n. 16, q dixit non constito de delicto Iudicem non posse procedere ad capturam in tit. de delictis c.3,nu.1,Fari.q.2,num.2,Hōded.cons.107,num.7,vers. si est de corpore vol 1,cons.88,num.9,& cons.91, num.10,vol.2. Hinc in Regno Iudex deueniens ad capturam nō constito de delicto punitur Gram.decis.60, col.2, num.19,vigore pragm. quam non obseruant Iudices nisi quando eis videtur teste Carau.rit.39,num.10, Baiard.q. 28, num. 16, prout de veritate nostræ conclus. omnino videndus est Eugen. cons.49,nu.14.

Et in tantum iura concluserunt debere constare de delicto, quod statuerunt neque ad specialem inquisitionem perueniri posse non constito de delicto Decian.resp.96,nu.19.vers.cum igitur vol.3,Honded.cons.107,nu. 7, vol. 1, & Roland.cons 51,num.15,vol.1 & Gabriel conclus.17,nu.4. lib. 7, dummodo hoc per reum opponatur, alias posset deueniri ad specialem inquisitionē post Farinac.q.p.n.49,vers limita.

10 Et neque examinari reum non constito de delicto idem DD. allegati, & Scacc.q.83,nu.6,vers. ea faciunt in tātum,quod si imputatus fateretur delictum talis imputatio non preiudicat sibi Gabriel conclus.17,nu.2,lib.7. Farinac.q.2,Caball.casu 225,Paschal.de patr.potest.c.2.p.3,n.72,sed cum quis confiteretur occidisse hominem,& proiecisse in mare debet puniri etiā quod corpora occisa non apparerent Angel. in l.1,ff.de confess.cass.in cons. burgh. rub.p.§.5,num.40,fol vbi dicit q cū ipse erat assessor capitanei iustitia Mediolani qdā massarius confessus fuit occidisse dominum suum, & illius cadauer proiecisse in lacum vrrarum, quod fuit piscatum, & nō inuentum, sed fuit repertus sanguis in illo loco,in quo confitebatur eum interfecisse qui locus distabat à laco per ictum lapilli, & facto verbo per Senatum fuit condemnatus

ad

ad mortem vide Baiard.ad Clar.q.55 num.13,& seq.& pulchre, & plenè Io. Grande de bello exulum in loco prædicam.sub 2.q.de spetial. belli exulum c.93,nu.2, qui asserit contra grassatores non requiri probationē delicti in genere, sed ex sola confessione eos condemnari posse quamuis non constet de cadaueribus dummodo constet reū grassatum fuisse per campaneam nam licet grassatio simplex non inducat pœnam mortis tū si reus cōfessus fuit aliqua delicta commisisse in campanea ex ea sola confessione damnari potest ad mortem,) sed ego dubito nam eam fundat ex notatis per Franciscum Cassonum in tract. de torment. c.2,nu.4, qui hanc opin.non firmat, sed remittit se ad brun. in tract. de indit. 2, p.6,q. plur.qui nu. 11, & 19, veriorem esse opinionem contrariam affirmat,quod si non constat de corpore delicti nunquam deueniatur ad corporalem condemnationem.

11 Sed quo modo de delicto constare debet,& dico vel per euidentiam facti, vel per testes de visu,vel per famam, quando aliter veritas constare non possit Simon de petris cons.50.nu. 4, Caualc.de brach.regio p.3.nu.10.

12 Et cum nudius tertius interrogatus fuissem si delictum superuentum fuerit post sententiam sententia sit valida,cū clarum sit sentētiam condemnatoriā nō constito de delicto non valere Decian.respons.96,nu.19,& 22, vol.3,& Farinac.cons.23,num.2, & respondidi non conualescere ex Boer. decis.259. Baiard q.66.num.9.

13 Aduerte tamē,quod fama super corpore delicti sufficit ad inquirendum, nō autem ad torquendum Auth.' infra in tit.item quod suffocauit num.16, & 20,& testes deponentes de fama debēt dicere sic communiter à populo existimari Mascard. de probation. conclus. 497.nu.10.vol.1.

14 Num.5.] Declarat quando quis dicitur occisus) & tu adde dici occisum vulneratū ab aliquo mortaliter si post nonnullos dies decesserit Clar.§.homicid.nu 33.Rimin.Iun.cons.799.nu.3, vol.7.& Boss.tit.de homicid. nu. 115, & Plach.lib.epitom.delict.p.c.2.num. 13,& c.13, nu. 29, vbi subdit etiam si fuerit mortuus infra annum, & nu.25, Gaill.obseru.101,nu.9,lib.2,) & de occidente seipsum ob conscientiam per eum commissi delicti Visconte cōclus. occidens fol.208.

15 Num.6.] Docet praxim capiendi informationem de delicto in genere commisso idcirco) nos Iudices solemus mittere notarium ad locum delicti pro eo verificando.

16 Inde in crimine assassinij dicitur cōstare de illius corpore quando probatur,quod aliquis cepit pecuniam ab alio quo mediante mandato, vt alterum occidat,c.& pro Humani de homic. in 6,& ipse tex.tam in mandante, quam in mandatario receptus fuit secundum Gomez.de delictis 6,p.nu.10,Petr. ad Plach.epitom.delictorum lib.1, c. 10, num.2,& seq.

17 Et in crimine falsi sufficit probare corpus ipsius per coniecturas, & inditia Gabriel.concl.17,nu.13,& seq.tit. de crim.lib. 7, prout fortuni Honded. cons.90,nu.29,vol.2.

18 Et in crimine stupri cum defloratio in puella potest contingere ex alia causa quam per copulam carnalem,seu per ingressum priapi, vel per coitum, sed vel quia ipsa puella digitis proprijs se defloraauit ex nimio ardore libidinis, vt contingit in quadam egena puella ingredi volente monasterium ex eleemosynis destinatum, quia inspecta per obstetrices,vt moris est illius monasterij fuit reperta esse defloratam ex im-
19 missione digiti in naturam, prout ipse obstetrices retulerunt, ac etiam poterit esse deflorata ex alio instrumento vitreo,vel alio simili, prout solet contingere, & fieri inter ipsas puellas,qui actus est valde punibilis,& vitium Sodomiticum appellatur, vt per D. August. in sermone de Sodom.& Gomor. vbi firmat tale vitium Sodomiticum habuisse originem à feminis, & refert Bonacoss.in qq.crim.p.p.verbo Sodomia fol.181,& Hieron. Hysp. in tract. cōmunes contra cōmunes q. 247, circa finem.

Ac etiam mihi contingit in facto in R. A. Barensi in quodam iuuene impitato de defloratione cuiusdam pauperculæ

culæ puellæ, quæ ob dotem consequendam imparabat ipsum iuuenem, dicendo ab illo fuisse defloratam, prout solent ipsę puellę pauperes millies facere sm exclamationem Ioãnis Turret. cõs. 161, nu. 10, tom. 1, criminalium, quæ deinde benè inspecta per obstetrices fuit reperta quod vas virginale erat ei deuastatum, quia volens ascendere super quadam scala lignea fractus eius pedes vnius gradilis lignij fractus fuit & vna pars illius gradilis missa fuit intus eius naturam dictæ puellæ, cui fregit virginales partes, & Redetempta illum iuuenē liberauimus, & hoc ad mei relationem Anus pariter pueri potest
20 deprauari ex alia causa, quam per coitum carnalem, & hoc notēt Aduocati ad defensam, vt puta ex aliqua inflammatione, seu apostemate, vltra quod, dũ aliquis inquiritur de huiusmodi delicto deducatur ad defensam paruitas mẽbri inquisiti de dicta fractura adeo quod dignosci possit non esse verisimile ipsum potuisse frangere, & stuprare, vt in terminis Triuisan. decis. Rot. ven. 13, nu. 4, lib. 2, in causa cuiusdam manutij receptoris imputati de Sodomia cum fractura, vt refert Scacc. in q. 83, nu. 3,) addat pariter Aduocatus in hac defensione, alia per Decian. respõs. 83, per totum liq. 3.

Vnde redeundo ad quod nostra
21 oratio degressa erat delictum in genere in crimine stupri verificatur per obstetrices, quæ debent inspicere partes pudendas, ac etiam tangere, & medio eius iuramento referre deinde, & in relatione dicere, quia viderunt, & inspexerunt loca in quibus deprehenditur virginitas, nec aliam rationem addere) obstetrices proinde inspiciant, & tangant ventrem, & pudenda mulieris Pacian. de probat. libr. 2, c. 2, num. 13, & referant puellam esse, vel non esse virginem, quia viderunt, vel inspexerunt eam in locis, vbi deprehenditur virginitas, nec est necesse, vt magis in specie redant causam scientiæ Abb. in c. proposuisti num. 2, de probat. vide Aretin. conf. 142, in 4. dub. num. 20, vers. item probatio sufficiens, & in crimine veneni fit probatio per signa extrinseca, & quando non possunt illa haberi scinditur, & aperitur corpus vnde erit delictum probare ex veneno dato, quẽ decessisse Boss. in tit. de delictis num. 4. Petr. Caball. q. crim. c. 83. num. 3, vers. item si in aliquo, & num. 16. lib. primo de iudic.

22 Num. 7.] Pro hoc numero dic quomodo probetur mors per Baiard. ad Clar. quæst. 51. num. 31, qui in quæst. 67, num. 11. mortem quatupliciter considerari dicit, & si vis videre omnia addas pro punctualitate Mascard. de probationibus conclusione 1078. num. 15. ibi morti proximum, & quod mortuus si quis reperiatur
23 non præsumatur occisus, vt latissimè Giurba cons. criminali 43. num. 5, & quod morti proximus habetur pro mortuo Grat. discept. forens. 711, num. 4, qui in discept. 738, num. 3, & 4. ponit plenè quomodo probetur nu. 15, & in discept. 944. num. 35. mortem non præsumi nisi legitimè probetur.

24 Num. 8.] Quod delicta alia sint nominata alia innominata Farinac. quæst. 8. num. 19. & Baiard. ad Clar. in §. primo num. 8, & Mascatell. in praxi de cognitione, seu probatione delictorum in primo num. 24.

25 Num. 9.] Homicidium dici à cedendo) aliquibus Doctoribus non placuit, & ideo momorderunt Authorem meum dicendo non omnino perfectè Follerium in propria materia cognitionis in genere posuisse dicens quod quoties reperitur homo examinatus, & cum vulneribus iam dici merito posse inuentum homicidium factum, sic quæ concludere videtur, quod cædes cum vulneribus tantum faciat homicidium, nam doctrina hæc sit contra tex. in §. occisorum, & §. occisum
26 sed tu saluando dicas Authorem meum hoc loco loquutum fuisse de vno modo, quo inter alios homicidium committitur, & illos generaliter de homicidio tractasse, quatenus antè Iudicis oculos raprefentabitur, ac subicietur homo occisus, seu cæsus, ac peremptus, ne dum vulneribus illatis, sed quacumque alia percussione, seu modo, quo quis per vim, &

cedem ad mortem ductus fuerit, vt puta si fuerit iugulatus, strangulatus, precipitatus saxo, seu fuste, vel lapide percussus, veneno interfectus, in mare, seu flumine proiectus, seu aliter, vt in l. qua actione § occisum, & §. finali, & l. 1. §occisorum, potest videri Muscatell. in prax. crim. tit. de homicidio simplici à principio, & seq.

27 Num. 10.] Maleficia quot modis cōmittantur dicas in quod differat maleficium, à delicto per Farinac. q. 18, n. 1, & seq.) & quæras malefactorū appellatione, quod contineantur, banniti forjudicati, fures, homicidæ, disrobatores stratarum, & alij grauiorum scelerum labe expressi, vt in cap. regni crescit culpa, & de iure cōmuni in rubr. de receptatoribus mentio fit de latronibus, & per prag. n. Regis Ferdinandi incip. diuę memoriæ Caroli Quinti Imperatoris, & nuper per Regem nostrum Catholicum Philippum sub tit. de receptatoribus malefactorum diuersæ personæ appellat. malefactorum nominantur, vt puta facinorosi, gladiatores, homicidæ, latrones, & deinde generaliter, & cęteri malefactores, vt in d. pragm. Regis Ferdinandi, sed in prag. Caroli Quinti nominantur tantum forasciti,) tu autem dicas quod ex prag. edita ad supplicationem fidelissimæ Ciuitatis Neapoli de anno 1461. Malefactorem intelligi, qui commisit enormissima delicta etiam si non sit contumax, aut bannitus, vt per aliam prag. de anno 1560, super quorum iurium Regni intelligētia copiosè scripsit Muscatell. in pract. crim. tit. de receptatoribus malefactorū a principio per seq. & vide quod malefici sunt fugiendi, & ob quam causa in per Gratian. discept. forens. 400. nu. 41, & 42.

29 Num. 11.] Sacrilegium quomodo probetur tu addas D tian. in tract. crimin. tom. 2. lib 6, c. 4, & Auctorē meū in pract. crim. canonica p. 2, c. 17, num. 15, cum seq. fol. 201, vt latiss. dixi in fragm. infra in tit. de sacrilegio. Et si vis videre hoc loco pęnam sacrilegij curres ad Menoch. de arbitrar. cas. 389. Ricc. coll. 1865, & infra cū Auth. dicemus in frag. nu. 47, Thor. p. p. cōp. verbo sacrilegus, & latissimè 2. p. verbo sacrilegium, & Ludouic. Peguer. in q. crim. c. 24, & alia per Guarb. in cons. crim. 70, num. 10, & addas Gratian. discept. forens. 210, num. 33, Ricc. decis. 785.

30 Num. 12.] Docet quomodo probetur in genere falsæ monetæ crimen, materia est grauis) cum atrocissimum delictum, & ex eo mūdum mutatum fuisse apparet, vnde odiosum appellauit Detian. in tract. crim. tit. de atrocitate criminis falsæ monetæ nu. 1, & ita semper habitum fuit tam apud antiquos, quam apud modernos Romanos, vnde Ligurgus ne vitiaretur mo... tam statuit ferreā, & magni ponderis ad alios vsus inutilem, tanquam vasti ponderis & magna indigeret penu domu, & iumentis ageret ad trasuehēdam pro commercijs, vt refert Plutarcus in eius vita & Porphir. de continentia ab esu carnis fol. 80.

31 Nu. 13.] Delictū in genere in delictis dicto commissis quomodo verificetur) cum nu. 14.) adde Muscatell. in. ho rem omnium in proem praxis per totum, & præcise nu. 22.

32 Num. 15.] Ad id quod discurrit, quod plures fuerunt occisi a feris adde & aliquos se ipsos occidisse, vt legimus penes quamplures Doctores quos cumulat Visconte in conclusione occidens.

33 Nu. 16, & 17.] Pro practicabili hac materia, dum furtum relinquit vestigia debere probari, quod res furto tracta spectabat, & spectat ad disrobatum iure dominij, vel quasi alias hoc non probato inquisitio non procedit Hippolit. in sua pract. §, constante nu. 28, quod reputauit singulare, & vti tale collocauit in singul. 275, ex Soccini cons. 8, incipiente visis, & Bart. 154, incipiente videtur dicendum.

Si vero furtum probari non potest sufficit per coniecturas, adde quia clā & de nocte fit l. 1, §. furtum ff. de furtis, & ideo priuilegium delictorum clādestinorum habet circa probationem Gram. cons. 17, Bart. in l. quis ex argēt. §. pretor ait ff. de edendo, & in l. si quā do C. vnde vi vbi dixit has coniecturas hoc casu esse manifestissimas, & apertissimas probationes, idem sequitur, ac im-

probat multis authoritatibus Hyppol t. in pract in §. principium nu. 7, & Afflict. in const. super incisionibus nu. 25, & Alex. in d. cons. 24, col. 3, nu. 6, & cons. 53, & 69, in principio lib. 2.) coniecturæ autem secundum Bart. in d. locis, quia fit probatio per familiares, & socios, quæ alias nō amitterētur,) item si fuerit visus deponere in valisia, seu fardello tot res sumere tantam pecuniam, fugā famuli, & similia, Alex. d. cons. 53, & Gram. 17, nu. 2, & Hyppolit. d. §. principium.

35 Num. 19, 20, & 23.] De probatione stupri commissi in genere, & adulterij in genere) & quidem quo ad stuprum debere examinari matronas, quæ aspexerunt prius delato eis iuramento, vt per Abb. in cap. proposuisti de probat. nu. 3, Muscatell. in prax. tit. de adulterio, & stupro nu. 8, 9, & seq. vbi cum stuprum non fuerit de recenti in quo forte signa non apparebunt docet standum esse conquestui mulieris, seu pueri conquerentium, se stupratos fuisse, & carnaliter cognitos adiuncta fama publica inquisiti, quod dictum delictum cōmiserit, vt Hyppolit. in cons. 5, intelligendo tamen, vt sit inditium ad formandam inquisitionem, vide Hyppol. d. cons. 28, & Gram. 65, in quibus ex depositione principalis conquerētis de stupro credi ad formandam inquisitionem, & quo ad alia dubitatum, & adit ipse Muscatell. quid in vidua, in qua cū cognitio haberi nō possit per aliquam signorum recognitionem debet haberi saltem per conquestum adiuncta fama publica, vt diximus supra absque signis vel proprius dici poterit, quod per probationes illius qualitatis, viduitatis in genere cognitio habeatur, nam sicuti qualitas matrimonij parijt delictū in genere in adulterio, ita qualitas viduahitatis in stupro mulieris viduæ, nam alias si nō esset neque vidua, neque virgo stupri crimen non dicetur commissum l. inter liberos §. p. l. stuprum ff. de adulterijs Afflict. in const. si quis raperenum. 11, & Gram. in decis. 107, & euenit casus in Regia Audientia Barēsi tempore mei biennij absolui quemdam, qui habuit rem cum quandam muliere vidua, sed nō erat honesta, dū qualitates debent concurrere quod sit vidua, & honeste viuens de anno 628. inquisitus Antonio de Ruho de Ciuitate Andriæ de stupro commisso in personam viduæ Menechæ Cramegiæ de eadem Ciuitate, vide textum in §. item lex iulia in institutionibus de publicis iudicijs Hyppolit. cons. 13, & Boer. 388.

Quod vero attinet ad delictum in genere in crimine adulterij, cum sit crimen non relinquens vestigia, dic pro-
36 bandum matrimonium vltra conquestum cum ammissa, & fama, l. inter liberos §. 1, l. stuprum §. adulterium ff. de adulterijs l. inter stuprum ff. verborum significatione Author hoc eodem tit. num. 8, & Clar. q. 4, vers. scias tamen.

37 Num. 21.] Si credatur mulieri asserenti se virginem Castrensis cons. 348, nu. 14, Alex. cons. 157. Boer. decis. 319 num. 7, Gram. cons. 45. nu. 1, Boer. in alia decis. 299. nu. 6, & in terminis pueri stuprati Hyppolit. cons. 28, num. 7, & 8, Gratian. cons. 65, nu. 1, & 2. Vrsill. ad Afflict. decis. 266, nu. 2, & 3. quo ad formandam inquisitionem, sed vide infra Authorem meum in tit. & si confitebuntur nu. 146, & Paris. cons. 160, nu. 4, qui latè scripserunt in excitata q̄stione, cum dixit fuisse ab aliquo deflo ratam, vt Baiard. in §. stuprum nu. 41, pro vt non creditur mulieri dicenti se fuisse tentatam de stupro Iason cons. 72, vol. 1, Boer. 319, nu. 7, Gram. cons. 45, etiam si cum ea maritus de violentia testaretur licet aliter veritas haberi non posset Vulpell. cons. 94, nu. 3, & Bertazz. vel conclus. 3, num. 2, cū seq. & ibi nu. 18, tenet, quod nec matri creditur, & multominus mulieri creditur de violentia si copula carnalis interuenerit Hostiens. in cap. cominabatur extra de desposat. impub.

In hoc proposito non omittas virginitatem debere allegari ab ipsa mulie-
38 re, & nō à tertio ad hoc vt præsumatur. Crauett. cons. 166, nu. 5, sed Mascard. concl. 1410, nu. 9, dubitat de hoc dicto
39 quia virginitatis præsumptio est naturalis cum sit circa qualitatem insitam à natura.

Num. 22.] Plura scripsi in decis.
Gizzarel.

Gizzarel. de fragilitate mulierum in addit.4,& in Prato neo ad l.4,de procurat.ibi quod mulier ter mutetur in hora, & de pœnitentia Catonis in confidendo secreta mulieribus. *

41 Et notam mulierem non esse factam ad imaginem, & similitudinem Dei, Briard.ad Clar.q.70,nu.2.

Num.2,.] Iam diximus supra in num.19.

42 Num.24.] In materia atrocissimi criminis veneficij, ita à Claro in §.fin. q.92.nu.2, vers.scias significato, & ab Albano Mandello cons.72, nu.1, Viu. decis.477,lib.5,num.3, cum in eo in-
43 terueniunt insidiæ, & proditio teste Baldo in cons.211, incipiente istud maleficium vol.4,vt dicit tex.C. de maleficis,& matematicis,quod plus est hominem occidere veneno, quam gladio sequitur glos.in §. eadem institutionibus de publicis iudicijs cum veneniare dicatur species proditionis Decian. tractat. crim. lib. 9, cap. 22, num. 1, in tit. de atrocitate maleficij, Bald. in l.nemo C.de summa trinitate, & fide catholica & in auth. item nulla communitas C.de episcopis & cleric., & in cap. 1, quibus modis feud. amittatur & venena, vt plurimum con qui-
44 runtur occultæ, & per insidias,ideo difficilius probari possunt l.1, §.si quis puta veneno, & l. propter veneni ff. ad l cornel. de sicarijs Cram cons. crim. 36,num.2,& decis.24, num. 1, a leo, quod crimen detestabile dixit Rolandus in cons.7,num.41,vol.1,immo,& execrabile,& detestabile,idem Rolandus cons.12,num.71,vol.3, in tantum
45 quod ob atrocitatem huius criminis punitur conatus licet non sequatur effectus Clar.in pract. §. fin. q.92, vers. scias tamen, cum alijs ibi per eum relatis Bosius de homicidio nu.31, Grammat.consil. 36, & decis.2, Viu. decis. 487.num. 6, & excipiuntur à beneficio
46 immunitatis Ecclesiæ dixerunt Ioannis de Anania in c. 1, de homicidio in 6,Boer.decis.109,nu.5, Decian.tract. crim.rub. de atrocitate veneficij num. 4, & de deferente venenum pariter
47 DD. scripserunt in cons. 145, Viu. decis.487.num.9,& Angel. de malef. verbo & si ex interuallo prout de con-
48 ficiente venenum scripserunt Decian. lib.9,cap.21,Cepolla cons.5,num.30.
49 ideo vendens venenum sciēter malum punitur ad mortem si sequutum sic homicidium secus autem pœna arbitraria etiam si e statuto tractante aliquē occidere pœna mortis imponeretur,vt cōsuluit collegium Bononiæ in cons. 41, inter cōsilia criminalia diuersi. vol. 1, quem refert, & sequitur Menoch. de arbitrar.iud. cas. 359, inde aromatarius vendens venenum malū personis probis, & non suspectis excusatur, vt ait Arnonus in dialogo 44, quem obseruant criminalistæ,& in hoc Regno nostro adest constitutio regni,quæcumque,toxicum, qua punitur pœna furcarum, tenens,vel vendens malum venenum ad vendēdum, quæ constitutio intelligitur quando mors secuta fuisset prout disputando quadam die cum quibusdam eruditissimis meis collegis Auditoribus Regiæ Prouinciæ ex doctrina Carrerij conclusimus in pract. homicidium nu.97, & id propter detestabilitatem huiusmodi impij sceleris, vt cantarunt Gram.in voto 3,num.1, & allegati DD.in proximo discursu) hinc vigas tu criminalistæ,vt possis euadere crimentem ab huiusmodi pœna, & cum veritate fingas scire venena, seu venene-
50 rum genera,nam non omnia venena sunt mala,sed hoc Zoilus me mordierit nam diceret, quod ego docerem vene-
51 na,quæ occultanda,tacenda, & non docenda,aut scribenda esse dixit Galenus de purgatione medicorum facul. immo dilictum esse, & publica animaduersione plectendum scribit vt recensuit idem Galen. in lib. de antidor.lib. secundo c.7,& si transgredior fimbrias licet imponere videar falcem in messem alienam, cum medicis hoc tetigere videatur,sed vt legista loquendo discurram, quæ euenienti casu possent deseruire pro defensa Aduocatis, ac Iudicibus,& si dicam pariter medicis,cum noua tempestas, nouos reportat casus,noua indiget auxilia, & modernas indiget decisiones,& sit discursus pro mulieribus magis, quam viris suspectis in veneficio parcant, quia dixit cantiuncula in topicis in loco ab adiunctis pagina 68, & Hyppolit. bona-

coss.

nacoss. in quæstionib. crim, statut. in verb. venenum circa finem facitque illud notabile exemplum, quod cum apud Romanos venenandi crimen penitus esset incognitum existente Fabio maximo edili data per eum fide cuidam ancillæ ab illa reuelatæ fuerunt centum septuaginta matronæ quæ tali pessimo veneno vtebantur, & omnes dãnatæ fuerunt, vt refert summatim, Valerius maximus lib 2. cap. 5. ex Liuio lib.8 fol. mihi 94. Idcirco venena
52 mala propriæ dicuntur quæ sunt facta hominis necandi, aut ęgrotandi causa, bona autem, siue non mala venena dicuntur ea, quæ non sunt posita ad necandum, vt sunt pocula amatoria l. 3. §. adiectio autem ff, ad l. cornel. de sicarijs, & in l. si quis aliquid §. de portionis ff. de pęnis, Ghirland. in tractat. de sortileg. cap. 5, vnde
53 quomodo possit cognosci quod sit venenatus, & quibus inditijs, & quomodo probetur Bossius de delictis nu. 6. Casson. in tract. malefic. cap. 4. Author infra in tit. item quod sororem venenauit Gomez. de delictis cap. 20. nu. 11, & Mascard. concl. 134. nu. 7. Iudex enim sit promptus ad torquendum Bald. in l. 3. C. de episc. aud. Afflict. in const. mala noxia num. 3. & præsumptiones, ac coniecturæ non solum ad torturam sufficiunt, sed etiam ad condemnationem Alexander cons 24. vol. 2. Barbat. cons. 23. colun. 8. vol. 2. & Gram. vot. 3. num. 3. erit ergo cautus Iudex in verificatione delicti in genere in huiusmodi crimine vt discurrit doctissimus Author meus, nam si corpus venenatum haberi poterit, & oportuerit exhumari, exhibeatur ante Iudicis oculos adhibitisque peritis, & medicis recognoscatur per dictos medicos, inde si signa veneni extrinsecus haberi possunt prędicti mediante iuramento fidem faciant, seu deponant de dictis signis, si in a tē signa extrinsecus haberi nō poterint, & tūc corpus debet aperiri & per medicos inspici, ac fieri actus apertitionis per extensum Afflict. in const. mala noxia, & Marsil. in l. 1. §. præterea n. 37. de sicarijs, qui dixit quod medici multum laborant ex signis exterioribus cognoscere operationem interiorem, vnde ego dubito de hac diligentia posita per Foller. nostrũ, & nescio si practicatur, eo magis quia venenum signa extrinsecus ostendit) sed si corpus veneratum haberi non potest tunc testes examinentur, qui viderint corpus ante quam sepultũ fuisset super signisque forte in dicto corpore viderint, vt puta, quod aderant liuores in facie, & toto corpore, item spumeo refluentes, ac alia, & si testes de visu haberi non poterunt, tunc probetur fama publica dictum fuisse ex veneno mortuũ, & erit pariter informatio sumenda ex medicorum depositione super signis vt fundentur nedum super inditio ipsorum peritorum, vt in capitulo proposuisti de probationibus, Boss. de delicto post num. 9, vt puta si dicunt quod eorum iudicio credunt ea esse signa veneni, seu peruenire posse ex veneno assumpto, sed deponant deliberatè, & ex certa scientia eorum professionis, & experientia signa in cadauere apparentia esse vera veneni assumpti signa, ac cōmuniter ex assumpto, & porrecto veneno prouenire, & proinde firmiter tenere illum ex veneno mortuũ, nam in hoc inquiunt nostri scribentes ac etiam medici totam difficultatem consistere scilicet in vera cognitione prædictorũ signorũ, vt sint talia, quæ non cōpetant alio morbo, q̃ naturaliter humanis corporibus ex varijs causis euenire possũt Gram. vot. 31. num. 21, & Auth. noster hic, de quo est videre latius Muscatel. in titul. de homicidio simplici per plures numeros, & ibi omnia cumulat.

Nu. 28. 29. 30. & 31.] Pro capienda informatione in crimine homicidij pręter q̃ alio loco dixi vide eundem Muscatell. in titul. de homicidio simplici.

54 Nu. 32.] Pro hoc n. depositio principalis, quæ inditiũ faciat de assertione vulnerati, per Marsil. in cons. 5. nu. 14, & in sing. 516 per Brunũ inter cōsilia crimin. diuersorũ cōs. 115. n. 19. & seq. to. 2. Ludou. decis. Lucēs. 62. n. 3. p. p. Menoch. de præsump. lib. 1. q. 89. nu. 37. & seq. & Mascard. concl. 144. num. 1. & 4, & 5, & 1074. num. 2, vbi requisita ponũt ad hoc, vt inculpatio, depositio, &

 asser-

assertio vulnerati, vel offensi inditium faciat contra inculpatum ad torturã, sed si tu vis addere omnia addas Farinacc. de inditijs ad torturam q. 86. à num. 1. & seq.

55 Num. 33, & 34.] De vicinis examinandis nudius tertius interrogatus fui à quodam acuto iuuene nostram professionem disciplinante eo, quod propè domum sui amici cadauer repertus fuerat in via, quod inditium erat contra ipsum cumerat ei alleg tum à senibus Doctoribus posse torqueri, & cum dixissem, quod si alia non concurrebãt falsa erat illorum doctorum opinio osculatus est mihi manus, vnde notes in tantũ esse inditium ad torturam cadauer repertum prope domum in quantum sit homo malæ vitæ, vel solitus similia committere, alias secus Paris. de sindic. verb. tortus cap. 3, Angel. de malef. in verb. quod fama publica nu. 51, & ibi Augustinus in addit. nu. 52, vers. fateor cũ, intelligendo tamen, quod si non concurreret istud inditiũ malæ famæ, & subingressum fuerit aliud inditium dominus domus etiam quod sit bonæ famæ poterit torqueri Boss. in tit. de inditijs, & considerat. ante torturam in num. 50. in fine, intelligendo tamẽ pariter quando illud cadauer reperitur multum contiguum illi domui id. Bossius nu. 51, vers intellige, vnde enim damnum, furtum, & homicidiũ, & delictũ, nescitur à quo conmissum præsumitur à vicinis Bertazz. cons. 320, nu. 3. Menoch. cas. 222, nu. 5, & 394, nu. 54, & de præsumpt. q. 89, num. 94, & 95, lib. 1, & præsumpt. 31, nu. 18, lib. 5. vbi latissimè. Sed fallax inditium est, vt in Patre Diui Antonij de Padua suo miraculo cõp rtũ fuit.

56 Num. 34.] Vide Monticell. regul. 9. criminali nu. 2. Boss. de inditijs nu. 50, in fine, & quomodo id intelligitur cum vicinus præsumatur scire facta vicini Mari ad Gram. decis. 36, n. 15.

57 Num. 35.] In materia calumniæ) adde Farinacc. quæst. 16. quando, & quibus penis calumniator puniatur pro vt etiam addentes ad Bertazzol. in cons. 212. vol. primo, & quod hæres calumniatoris teneatur ad damna, & interesse etiam lite non cõtestata cum defuncto, & etiam si nihil ad defunctum ex huius modi damni ratione peruenisset, & licet de iure ciuili prædicta sine dubio non transeũt quando lis contra defunctum non sit contestata, tamen de equitate canonica proceditur, quæ est seruanda etiam in foro laicali Bertazz. cons. 362, per totum, calumniator enim vltra damnum tenetur ad penam Boss. de accusat. num. 27, & Laurent. tenni cautela prima num. 12, & seq. inde ex officio proceditur, absque accusatore, Bart. in l. 1. in princip. ff. & turpillian. & in Regno nostro si constet Iudici de euidẽti calumnia accusatoris, vel denũtiatoris, & ipsum non condemnat ad penam calumniæ, quæ est similitudo supplicij ipse Iudex puniretur pena infamiæ, & duarum librarum auri purissimi, vt in capitulo Regis Roberti, quod incipit accusatoris temeritas Afflict. in constit. pena calumniæ nu. 6.

58 Num. 36, & 37.] De domesticis examinandis vide Brunum de inditijs ad torturam q. 4. num. 14. Menoc. cas. 186, num. 16, & facit quod etiam potest torqueri domesticus tanquam testis, & principalis, Farinacc. de inditijs, & tortura quæst. 52. num. 98, & 101, quia domi existentes præsumuntur scire facta domestica l. fin. C. de

59 sicarijs l. in adulterij quæstio C. de adulterijs, l. consensu C. de repudijs cũ alijs adductis per ipsum Brunum, & ipsum Farinacc. qui dominum Authorem allegat hic.

60 Num. 38, 40, 41, & 42.] De tortura indaganda testibus, vide Farinacc. q. 33, nu. 39, vbi nec relaxari fideiussoribus testes examinandos concludit.

61 Num. 39.] De frequentante locum, seu viam in quo fuerit occisus, vel fuerit commissum aliquod maleficium Rainerius in l. iusto errore ff. de vsucapionibus Carrer. in pract. crim. in 2. tract. de inditijs num. 13, & 26. Menochius cas. 261. num. 44, & de præsumptionibus libr. primo quæst. 89. sub num. 89, & 126, Mascard. conclus. 98. num. 15, & conclusion. 838. num. decimo, sed intelligendi sunt si ipsa persona frequentans sit malæ conditionis, & famæ

&

& si non erat solitus cum effectu frequentare illam viam Farinac.q.52,nu.140.

62 Num.40. & 41.] Quod testes possi[illegible] c gi [illegible] dixi in numero 38.

63 Num.43.] Mala conuersatio quod inditium faciat Gram.cons.171,num.14,Mascard. de probat. conclus. 451, nu.2,& seq.& conclus.1002,nu.2,& concl. 1003,num.66. Menoch.de præsump.q.89,nu. 125, Franciscus personalis de indicijs,& tortura nu.28,& ideo ex mala conuersatione oritur inditium maleficij,& delicti,vt si sit commissum homicidium,& Titius qui de hoc homicidio improbatur, solitus sit conuersare cum homicidiarijs oritur contra eum ex d. conuersatione inditium d homicidij, & inditium ad torturam dixit Casson.de inditijs tract.3, nu. 2, & Mascard. concl.452, nu.4, vbi dixit quod ex conuersatione malorum plurimum promouetur animus Iudicis circa inditium ad torturã Franc.personalis in tract.de inditijs ad torturam nu 38, qui dixit, quod conuersatio quæ fit cũ malis facilè mouet animum Iudicis ad torturam Bald. in cons.95,lib.1, sequutus fuit Arnon. in cons.35,nu.33,& cons.72,num. 13, si rectè memoriç teneo cum ob multitudinem negotiorum nõ adeo vacans studijs,vt solebam facilè in memoria posse n errare,vt euenit Filippo Detio,qui adeo senectute e narcuisse fertur,vt nullius legis,aut §. recordaretur,Menoch. de præsumpt.45,lib.6,nu. 35, sed non ita distinctè intelligas conuersationem malorum esse inditium ad torturam, sed tantum inditium simpliciter de quo est videre Farinac.in q.52, nu. 88, & post eum Giurba in cons 87,nu. 15, in cons.28,n.6,qui conuersare quid sit decl rat.

64 Num.44.] De mala phisonomia ade Menoch. de præsumpt.q. 88. lib.1, nu.130, vbi cum alijs adiũta adminiculis torturę facit locum.

65 Num.45.] De licta absque causa cõmitti non solet,inde est,quod causã delicti,qui habet is nempè cõmittit delictum Farinacc.quæst. 52, vbi omnia.

66 Num.47.] iste numerus practicatur dum in informationibus capiendis semper ponimus ętatem, & vide Farinacc.in suo tract. de testibus vbi omnia scripsit, & an testes super ætate debent ponere causam scientiæ in q. 70,nu.40,vers. secundo limita Menoch. de præsumpt. præsumpt.51,num. 61,

67 Num.48.] Si offensor, quando non nominatur, neque cognoscitur per nomen,& cognomen possit assignari per signa,& si per vocem Viscont.conclus. testes deponentes.

68 Num.49.] Iudex examinat testes etiam à querelante non productos Farinacc.in d.tract.de testibus.

69 Num. 50.] Si testes inimici debent recipi) adde inimico non credi etiam in mortis articulo constituto & si sumpserit sanctissimam Eucharistiam Bertazz.cons.38,nu.15,lib. 1, & 528,num.4,lib. 2, sed quod quis sit inimicus non præsumitur Azeued. lib. 19,nu.23,tit.10,lib.2.recopil.ideo inimicitia esse probanda per allegantem Farinac.de indit.& tortura q.49,num. 116,Macerat.lib.3,var.resol.22,num. 7, & quando sit probanda latè Farinacc.ibi, & de depositione inimici an faciat inditium ad inquirendum Cartar.de exeq.sentent.c. fin.nu. 75, Menoch.de præsumpt.lib. 1, q. 88. num. 13, & si testi dicenti inimicum esse

70 eius contra quem producitur credatur Imbrian. de repulsa cons. 6. num. 69, & 70, parte prima prout cumulat Didacus de Mari ad decis. Gram. 34, num. 56,& si in crimine blasphemiæ inimici admittantur Baiard. ad Cl[illegible] in §.blasphemia nu.14.

71 Num. 51.] Si testes possint se referre ad primum examen nota ex

72 hoc numero, quod testis non potest cogi ad se repetendum non lecta sua depositione Boer. decis. 108, quod non procedit quando prima depositio non est iurata vt solet fieri in propalationibus, & quæ metu excommunicationis, & monitorialium fuerit quia tunc illa depositio non debet legi saltim enim erit arbitrio Iudicis facere testi legi eius depositionem quia nullus subest timor variationis nam illud primum dictum

cum non sit curatum nihil facit quo minus testis possit contrarium cum iuramento deponere absque timore contrarietatis Neuizz in silua nuptial. lib. 3, num. 61. & Bart. in l. eos ff. de falsis dat alium consilium, quod testis in repetitione si primam depositionē videre non potest dicat quod ipse deponit prout sibi videtur modo, sed si appareret aliter dixisse in alia deposit. ex tunc corrigit secundum dictum, & se reducit ad primum cum illo tempore melius recordetur, sed primum concilium vt. s. petat sibi legi primam depositionem videtur esse verius secundum Boer. decis. 108. nu. 9.

73 Num. 52.] De protestatione testium quam faciunt admittenda per Iudices) vide quæ scripsi in num. præcedenti, & in tract. de protestat. nuper annuente Deo in lucem dando.

74 Et in hoc particulari scias quod testis deponens per verbum credo falsum deposuisse conuictus pena falsi tenetur Bald. & Salicet. in l. de tutela C. de in integrum restitutione Alexan. cons. 28, num. 5. vol. 6, Angel. consil. 3, col. 1, Ias. in rub. ff. de iure iurando num. 9, Conrad. de officio prætoris de testibus num. 9.

75 Nu. 23.] Testes posse cogi cū aliter haberi non potest veritas) vide latissimè quæ portat Camill. Borrell. 2. p. sum. decis. tit. 7, per totum.

76 Num. 54, 55, 56, & 57.] Adde quod correctio testis in continenti, & absque interuallo euitat falsum c. præterea ibi (si in continenti correxerit) de testib. cogend. Alciat. tract. de præsumpt. regul. 2, præsumpt. 29, num. 29, Marc. decis. Delph. 487, num. 2, 3, 13, vol. 1, cum quæ fiunt in continenti censentur in esse l. leuia in verbo dicebam si certum petatur c. officij de electione Lancellot. gall. cons. 117. num. 33 vol. primo dum testis varians se corrigendo assignet causam qua applicet iure licito variasse, & correxisse Tyndar de testibus lib. primo c. 4, num. 2, Capic. decis. 61, num. 2, Viu. comm. opinio. 905. incip. testis ostendunt num. 2, & idem Capic. decis. 142, sub num. 3, & Claud. Batta in regul. crimin. 46, num. 15, vide tamen Borrell. 2, p. summ. decis. tit. 12, num. 31, quod hæc materia arbitrio Iudicis remittatur.

Num 58.] Tendit ad idem, quod in sequentibus numeris explanatur.

Num. 59.] Concorda cum seq. numeris, & vide quæ portauit Baiard. q. 53, per plures num.

77 Num. 60, & 61.] De teste qui dixit prius scire, & postea nescire inde si testes deposuerint maleficium fuisse factum præsente Titio, & Seio, & demum iterum interrogati qui fuerunt præsentes responderunt quod nullus debeat intelligi, nisi exceptis prænominatis similiter si deposuerint quidquid sciant super aliquo facto postea dicat interrogati se nihil scire debent intelligi nisi illud, quod supra dixerint Baiar. §. falsum nu. 51.

78 Num. 62.] De testibus vacillantibus, & contrarijs Baiard. quæst. 53, num. 24, & num. 53, vbi quis dicitur, & qua pena puniatur, vide Menoch. cas. 108. de arbitr. & Gabriel. lib. 7, concl. 26, & seq.

79 Num. 63.] Testes compelli ad testificandum mulcta, & captis pignoribus dixi hoc eodem titulo in vltimo numero.

Num. 64.] Dixi infra hoc eodem titulo in numero 80, abundantissimè.

80 Num. 65.] Testes euocati ad deponendum ad instantiam partis debere habere salarium iam dixi in Prato meo in l. quoniam liberi C. de testibus Guid. Pap. decis. delfinal. 68, qui dicit vltra sumptus, & expensas debere illis dietarum salarium meminit Ioan. Papon. arrestorum lib. 6, tit. 12. arrest. 6, multos referens Octauian. Cacher. in decis. Pedemon. 46, sub num. 11, vers. sesto hanc Lancellott. Conrad. de offic. pretor. in tit. de testibus num. 8, Iodoc. Damhauder. in prax. rer. ciuil. cap. 163, num. 6, Anton. Capic. in decis. Neap. 90. in fin. Ioan. Ferrar. Montan. de iudicior. preexercitamentis lib. 3. cap. 4, col. 6, vers. in qua moderatione in fin. Vincent. Maxill. in consuetud. Bari titul. de dilat. num. 38. optimè Andr. Gaill. practicarum obseru. lib. 1, obseru. 99. per totam dicens diuerso modo

do deb. ri rusticis, quam nobilibus, qui non solent pedesterire Hieron. Teuterius disput. select. p. 2. disput. 5, thesi 61, Thorus in compend. decis. Neap. in verb. testes an compellantur Ioan. Petrus Sard. s in tract. de alim. tit. 1, q. 68, num. 1, est tex. in c. statutum §. proferendo in fin. de rescript. in 6, Francis. Marc. in decis. 138, & 178, num. 3, p. p. sed latius post supradictos, & Berberium, & Auparchū Francisc. Monald. in cons. 112, nu. 20, vol. 1.

81 Num. 66.] Testiummaterna verba scribenda esse, idem in prag. 6, sub tit. de actuarijs per quam testium dicta pro, & contra i quisitos integra recipiantur vt Baiard. ad Clar. quæst. 23. num. 1.

82 Num 67.] Si videre plura de fama vis vid te Baiard. p. 60, n. 86, & in rub. de iudicis corruptela nu. 16.

83 Num. 68.] Quod actio ciuilis vbi non oriatur parti non procedat inquisitio l. non solum §. quamquam ff. de iniurijs Bart. co f. 100. num. 2, Cepoll. cons. 53, nu. 26, Marsil. in pract. crim. §. constante num. 34, & ibi ponit exempla quand non oriatur actio parti, & hoc procedit 2, cum num. 17, & in tali materia vide Marant. in pract. 4, p. fol. 77, vbi plenissime, & si parti, & fisco est aliquid ius quesitum ad aliquam penā si pars ex aliqua causa excludi potest fiscus etiā excludi poterit l. fi. circa fin. C. de ijs qui à nō domino manumiss. fuer. Gram. in add. ad const. si quis posterum nu. 6, lib. 1.

84 Num. 69.] quando possit procedi contra aliquem de auxilio dixi in numeris sequentibus.

85 Num. 70.] Non procedi contra mādantem nisi constito de mandatario, Turret. cons. 4, num. 10, vol. 2, Farinac. q. 3, per totam D. R. Rouit. in pragm. de assassinio num. 2, qui nu. 3, & quando mandatarij absolutio prosit mandanti Din. in regul. rathiabitio de reg. iur. in 6, Farinacc. quæst. 135, num. 33.

86 Num. 71, 72, & 73.] Pro puniendo auxiliatore scripsit diffusè Menoch. de arbitr. cas. 349, & quod tale opus fuerit dictū prestari maleficio, & quod ipsi maleficio causam dederit alias tenetur per modū culpæ Cepoll. cons. 27, num. 15, Marsil. singul. 15, & 24, num. 16, Bertazz. cons. 326, nu. 10 & 11, & Salicet. in l. vnica col. antepen. C. de rapta virginum inde statutum puniens auxiliantem vti principalem intelligitur de auxilio quod fuit causa maleficij Marsil. cons. 30, col. 3, Rum. consil. 82, num. 5, vol. 4, Riminald. iun. cons. 106, num. 12, tom. 1, & cons. crim. diuersæ impression.

87 Num. 74.] Vt quis teneatur de delicto consumatum esse debet inde affectum tantum non puniri in auxiliatore Corn. cons. 8, in princip. vide Guaz. in defens. 33, c. 10, nu. 19, & auxiliū in atrocibus non sequto delicto quando puniatur multa cumulaui in Prato meo in l. si quis non dicam rapere C. de eps, & clericis vbi propriè quando puniatur affectus) & adde hic, quod attentatio quelibet siue actus, qui tendit ad distinguendum est punibilis dumn odo non sit in leuibus delictis Baiard. q. 89, nu. 9,

88 Num. 75,] Cum testes dicant vidisse Titium, & Seium rixantes, & quod non viderunt aliquem ipsorum inferētem vulnus alteri. sed quod sedata rixa viderunt vnum ex eis vulneratum, ꝙ ex hoc resultat inditium indubitatum ex quo deueniri poterit ad condēnatio nem Mars. in l. repeti nu. 29, ff. de questionibus, & in rub. C. de probat. n. 334 & in singul. 298.

89 Num. 76,] Est verum pro ornatu istius numeri, quod cum testes taliter deponunt mitius punitur homicidium Anton. Corset. in repet. ad Abb. in littera D. verb. delictum subdens ita de facto fuisse iudicatum ex l. omne delictum §. si quis commilitonem ff. de re militari, cum habebat quis ensem, & percusit, & lapide occisit.

90 Num. 77,] Quando Veritas aliter haberi non potest admittuntur etiam testes inhabiles Giurba cons. 2, nu. 44) & queras cui incumbat onus probandi aliter veritatem haberi non potuisse Auth. hic nu. 29, vers. quod veritas debet articulari Gram. cons. 59, num. 13.

92 Num. 78,] De mala vita inquisiti) adde in tantum eā esse inspiciendam quod

quod si inquisitus honestè, & laudabiliter vixit, & se abstinuit à criminibus per triennium per ipsam probationem est sublatum iudicium regulæ, quod esset solitus delinquere, vt in puncto tradunt Alciat. de præsumptionib. regul. 2, præsumption.7, num. 3, Clar.q.21, vers fama in fine Mascard. de probat.concl.227, num.12, & num. 22, vol 1, & concl.173, num.103, vol. 2, Surd. cōs.173, num.105, vol.2, Marant. in specul.p.6, art.13, num.3, vers. & quod per triennium.

93 Nu.79.] Pro inditio bonę famæ adde effectū eius, quod præualeat malę famæ, & hoc facit pro Aduocatis Auth. sup.nu.16. Far.q.2, nu.27. in fine Natta cons.362, num. 10, vol. 2, Crauett. cons.8.nu.8, Bertazz.cons.283, nu.25, vol.2, Mascard.de probat. concl. 234. & concl. seq. imò procederet etiam si testes deponentes de non mala fama essent num. pauciores illis qui deponerent de mala fama Decia.respons.104 nu.20, vol.5. Honded.cons.51, nu. 38. vol.2.

94 Num 80.] Saluus conductus, an possit concedi testibus) discurro prius si possit à Iudice concedi saluus conductus Menoch.de arb. q. 81, & cas.337, inde si possit assicurare testes, vt veniant tuti ad examinandum Baiard. ad Clar.q.32, nu.36.

95 Num.81.] De informatione capiēda in adulterij crimine) adde Afflict.in const.legum asperitate num.4, & quod

96 habeatur ratio matrimonij cauetur, quia pęna adulterij puniri non potest si existente fama publica de morte mariti adulterium committat Baiard. ad Clar.in §.adulterium nu.48.

97 Num. 82.] Quando aliquis præsumatur mortuus ex vulnere adde si infra modicū tēpus p Cuman. cons. 135 & vide quādo à die vulneris vsque ad diē 21. nulla superuenit febris nullūq; accidens vulnerato an dicatur vulnus mortale Socc.cons.187, col.pen. vol.2, Calcfat.cons. 104. inter consil. criminal.vol. 1. Et cum moriens dixerit se non decedere ex vulnere, sed ex mala vita, & culpa medicorum Annan. & Fel.in c.exhibita de homicid. Fel. in c. litteras col. pen. de præsumpt. Marsil. cons.78.num.21, & Aut.in fr.in tit. recipiantur defensiones, & ibi etiam habetur quid probādum ad defensionem rei Gomez.de delict.c.3, nu.29. vbi latè, & quod in dubio semper sit præsumendum ex vulnere mortuum, & ibi etiam de vulnerato qui post triduum ambulauerit quomodo sit intelligendum in tantum quod mortuus quis præsumitur ex vulnere non infirmitate, vide Felin.in c.presbyterorum de homicidio.

Num.83.] Hic num. pendet à regul. quod actore non probante reus absoluitur.

Vide si confert Isern.in const. in pecuniarijs vers. sed si non veniat circa finem, & ibi Afflict.num.44. quia alias secundum eum non esset litium finis) & notes Carauit.rit.87.nu. 7.

98 Num.84.] Circa pęnam testium citatorum, & non comparentium in termino ad deponendum) dixit Baiard. ad Clar.q.26, num.15, esse pęnam stellionatus, sed ego practicaui, & eos compulsi multa captis pignoribus, aut per exilij comminationem, aut per carcerationem, aut per torturam, Caualc. de testibus p.3.nu. 47, Guazz. de def. reorum defens.14.nu.14, Carau.rit.87 nu.1, & est vera praxis quia authoritate l.iulia ff.de testibus compelli possunt testes cum moderamine, & non negauit Accurs.in l.locum §.exhibere ff. de tabul.exhib.in verb.coerceri, & ante eum Azz.in summ.codic.lib.4, tit.21, col.2, vers.possunt autem produci dum inquit coercebantur autem inuiti testes vel in dicta multa, & in l.1, ff. si qs ius dicenti non obtemperauerit ad exēplum tutorum, vel curatorum satisdare nolentium Roman.cons.420, nu. 3. & vide Viscont.conclus.testis qui non deponit.

AD TITVLVM

NOTATOS CAPIAT DE PERSONA.

SVMMARIVM.

1 Captura quando est permissa, & numero 8.
2 Capturandus quando quis sit.
38 Num.16.] Quod citatio debet habere datam diei,anni,& mensis infra habebis in nu.40.
39 Num.17.] Quod citatio debeat cōmitti nuntio adde posse committi etiā viatori publico l.is cui §.missus ff.vt in possess.legatorum l.properandum §.& si quidem C.de iudicijs vti sunt publici veluti porterij S.C.M.C.& R.C.S. in hoc Regno Neapolitano quinimo etiā per nuntium priuatum habentem signum,vel sigillum,aut anulum Iudicis Glos.in c.significauit de appellat.Io:de Lopez de palatios rubios in rep. c. per vestras notab.1.de donat. inter virum, & vxorem Mastrill.in l.de vno quoque nu.198.ff.de re iudic. & etiam per notarium siue actuarium citari posse Specul.tit.de citat.§.sequitur nu.1.Marsil. d.loco nu.194.Maranta in parte 6.aureo specul.tit.de citat.nu.42.
40 Num.18.] Citationem non debere committi aduersæ parti diximus in titulo præcedenti in cit.reali latius.
41 Num.19.] Iudicem posse quem citare ore proprio Corset. singul. citatio R.buff. in const.Galliæ tomo 3.tit.de citat.in præfat.nu. 53.& habere illam citationem vim peremptorij.]Hinc dicunt DD.fatuum Iudicē qui habet partem in suo conspectu,& iubet nuntio, vt illum citet Gregor.sintag. iuris vniuers.lib.48.c.2.nu. 18. Maranta p. 6. verb.citation. 43.& Iaffred. Lanfrāc. Balb.decis.188.incip.cominatio.
42 Num.20.] Et etiam per tabellionē citari posse posuimus in n.17.abūdāter
43 Num.21.] Quod banniti etiam ex alia causa non possunt per procuratorē comparere patet in rit. 220. & dixit Author infra in tit.banniantur nu.55. vers.item contumax,vbi nos aliqua pōderauimus ex ratione quia contumaci Audientia denegatur,vt per eum, & quando dicitur bannitus.
44 Num.22.] Citatio debet cōtinere cōgruū tēpus inde esse in citationibus appone dū Oldrad.cons. 43. Afflict.decis.124.num.3.Viu.decis.361. num.1. Bar. in l.aut aliter ff.quod vi,aut clam Nicolaus Antonius Grauat. ad Octauianum Vestrium in pract.lib.402.nu. 10.qui dicit quod etiam cum fuerit citatio absque tempore aliquo,quod valeat,& intelligitur, vt compareat congruo tempore Felin.in c.consuluit de officio delegati Alex.in l.liber homo §.1 de verbo obligation. intelligēdo,quod non sentiatur illico currere, sed cum quodam temperamento se præsentare arg.C.cum parati de appellat. Tholos. decis.302.vbi Aufrer.Boer. decis. 235 nu.7.Carau.rit.123. num.9. Ifern.in const.regni in ciuilibus de breu.termino præfixo Put.decis.261.nu. 10. lib 2 & in hoc regno ex pragm. incip. relatione, & ritibus,seruatur congruum tempus apponi,de qua practica in cōst. regni edictorum Maranta in speculo aureo p.6.de cit.num.54.55,& 56,vt ad eūdē Foll.n.1.2,& 3.dicā in titulo accusentur cōtumacię, Afflict.in d.cōst.& in const.citationis litere notab.vlt.q.5 & Bernar.Pard.de exeq.instru.p.4. Rebuff.in cōstitutione Galliæ tom.3,rub. de citationib.n.122.& dicā infra n.40,
45 Num.23.] Super hoc numero quomodo Vniuersitas constituatur in contumaciam,& citari debet rit.38. nu. 5 vbi Scaglionus Cagnol.in l.non potest dolo ff.de regulis iuris Visconte in cōclus.verb Vniuersitas fol. 287, Balbus decis.80,& 156,Bart. in extrauag. ad reprimendum verbo citatum Nell.de bannit.q.5, Menoch. de poss. 8, remedio nu.119, & Andreas Gaill. de pac. publica lib.2,c.9,post num.3,Sufficere quod sit citata per edictum,sed cum habet Sindicum ipse citatur Farinac. de delict.& pen.q.24,nu.153,in fine Reg. de Ponte in tract.tit.4,rub.num.30,& 34,Baiard.ad Clar.q.16,nu.20, in fi-
46 ne, quia ipse representat Vniuersitatē illam Thor.in d.addit.ad Regent. de Ponte,& bene,quia patrię defensor dicitur Sindicus Ripa in tract. de nect. temp.rubr. de Sindico nu.1,Scaccia de iudic.

iudic.cauf. ciuil,& Heretialiũ c.50,nu. 22,& tanquam rapresentans Vniuersitatem ipsa defendere deb.t de Franch. decis.608,nu.4,Borrell. ad belluc in speculo principum fol.19,à tergo,& in eodem numero, quod potest cogi Vni-
47 uersitas ad constituendum Sindicum Iaf.in l.1, §.si autem collegium num.7 ff. ad trebell. Visconte in conclus. in verb. Sindicus, vbi hunc locum citat, Farinac.loc.citato Gaill.loco citato,qa electio Sindici ad eam spectat de Frāc. decis.210,nu.1.& 609,nu.7.

Num. 24.] Potest compelli Vniuersitas ad constituendum Sindicum Visconte in conclus.Sindicus in fine,vbi
48 Sindicus, quibus nominibus nunc cupe- petur ponit inde debet Vniuersitas,seu duæ partes illius congregari in loco solito,& cogitur pro creando Sindico Iaf. in l.1.§.si autem colleg.nu.7,ff.ad tre-
49 bell.nam de iure communi electio Sindici spectat ad Consilium Ciuitatis de Franch.210,nu.1.& 609.nu.7.
50 Num.25.] Citatio an sit in scriptis semper facienda Maranta de ordine iudiciorum p.6,memb.1,nu.275,Scac. c.32.nu.11.vbi format quod ita seruatur in practica, & quod fatuus esset Iudex qui ab ea recederet,sed vide de veritate Guazz.defens.10.c.2,n.32,& vide in citat. per edictum penes Robert. Marant.in spec.aureo tit.de citationibus num.2,
51 Num.26.] An citatus teneatur comparere vbicumque accesserit Iudex,pēdet à dictis supra in quibus citatus debet habere locum certum, in quem cōparere possit.
52 Num.27.] De quæst.quando quis possit citari extra locum suæ iurisdictionis per iudicem loci delicti Alciat. in prax.tit.de ratione loci.vers. quinimo Costa de remed.subsid. 16, per totum Oldrad.cons.88,Marsilius in sing.138 Afflict.in constitutione Regni edictorũ Petrus Rebuff.ad const. Galliæ tomo 3
53 tit.de citatione articulo 1,glos.1, nu.2 & quid quando iurisdictiones sunt sub vno, eodemque Principe Marc. decis. 401,nu.5,lib. 1, & quod committatur per Iudicem expedientem citationem Iudici in cuius iurisdictione degit citandus quod nomine suo ipsum citare faciat, Bart. in extrauag. ad reprimend. in verb.per edictum quem refert & sequitur Aretin.in cons.58,incipiente diligenter col,2,vers.amplius dixit Gail. obseruatione 56,lib.1,nu. 5, & Hyer. Theutl.disp.selec.lib.1,disp.4,thesi 5.
54 in fine,Practica est in regno tamen, q pro citando aliquē extra territorium rogatur officialis illius loci, vt contentetur, & permittat illum citari facere, & sic practicaui in assessoribus meis nōtis Coruini, & Auersæ, & quandoque imploratur brachium Regiarũ Audiētiarum Prouincialium,vel M.C. prout in dies hodie concedo in Audientia Hydruntina.
55 Num.28.]Pro copioso hoc numero Domini mei Authoris adde citari quē minime posse à Iudice extra suum territorium l.fin.ff.de iurisdictione omnium iudicum Clementina pastoralis de re iudicata Marsil.in repet.l.fin. ff.de iurisdictione omnium iudicum,& singul. 138,Marc.decis.Delf.401, & 1159. num.4,lib.1, & Angelus quem refert Iaf.in dicta l.fin.nu. 4, dicit hunc passum egere decis.cesarea, sed tu adde
56 has declarationes primo, quod magistratus,&officiales in diuersis locis administrantes iurisdictiones separatas tamen sub vno eodemque Principe possunt citare delinquentem extra suam iurisdictionem,quia est præsumptio voluntatis Domini,quod in vtraque loco suæ iurisdictionis fiat pro suo seruitio, Marc.in d. decis.401, sub num. 5, vol. 1,& num.7. in fine Speculator in speculo aureo p.6.in verb.citatio nu.37,& Angelus in dicta l.fin.

Secundo, quod committatur per Iudicem expedientem citationem Iudici in cuius iurisdictione degit citandus, quod nomine suo ipsum citari faciat,& permittat,ac patiatur,tūc citatio procedit ex Oldrad.cons.88.Aretin.cons.58 Gaill.lib.1.obseru.56.num.5, Marāta in speculo aureo par.6,verb.citatio nu. 37,in fine,& Theut. disp.sellect. lib. 1, disp.4, thesi 5.in fine, Idcirco in p̄cedēti titulo diximus practicam, quod pro citando aliquem extra territorium rogatur officialis illius loci,vt contētetur ac permittat illum citari facere,quandoque vero imploratur brachium Regia-

giarũ Audientiarum Prouincialium vel
M. C. V, quę ordinant pęnaliter cuilibet
officiali, quod citationes notificari fa-
ciant,] vide discursum Costæ de reme-
dio subsidiario decimo sesto per to-
tum.

Et intellige, quod citatus à Iudice
extra territorium oportet, vt compa-
reat, & exceptionem incompetentiæ al-
get Gaill. obseru. 48, num. 78, lib. 1, Mi
sing. centur. 6, obseru. 7, nu. 7, Duaren.
de in ius vocando cap. 6, & Theutl. lib. 1
disp. 4, thesi 5. in fine ibid. de assistẽtia
ipsius Duareni, Et si vis videre pro pũ-
57 ctualitate conclusionis plura, quando
citatio possit fieri extra territorium, &
qua forma per Ricc. collett. 1105, & e-
tiam ad effectum condemnandi Grat.
discept. forens. 655. nu. 17, & in summa
quod citatus absq; imploratione brac-
58 chij adhuc teneatur comparere alias
reputabitur legitime contumax de or-
din. iudic. in prag. 3, n. 4, D. Reg. Roui.

Num. 29.] Ad id quod concludit Au
59 tor. in pręsenti numero quod valet ci-
tatio facta à nuntio, vel de persona. vel
domi secundum pragm. 2. de ordine iu-
dic. latè Crescent. decis. Rot. 9, de dolo
& contumacia, & Nouar. in coll. super
prag. 176, ad traditam practicã iuris re
gni Claud. Battandier. regul. crim. 19
nu. 3, Gasp. Caballin. milleloq. 842, li-
cet citatio debet fieri de facie ad faciẽ
Surd. cons. 88. num. 16. vol. 1. Viu. de-
cis. 274. num. 1, Veral. decis. 111, num.
8. lib. 1, & decis. 119, num. 6, & 7, lib. 3,
60 & nuntius debet facere omnes diligen-
tias pro citando de persona, & factis di
ligentijs dum non reperit de persona
citare domi, Gratian. discep. 145, num.
9, & 10, 11, & 12. cũ prius sit requiren-
da persona Bart. in l. 4. §. pretor ait ff.
de damno infecto Franciscus Bursat.
cons. 73, nu. 25, & 26, & cons. 64, num.
60, vol. 1. Crescent. decis. 7, de dolo, &
Raphael Fulgos. in cons. 76, & Corn.
cons. 57, littera H, in fine vol. 3, & cons.
52 littera D, vol. 4, Si tamen citaret in
domo solitæ habitationis, & verisimili-
ter citatus notitiam citationis habere
possit Guido Papa decis. 445, Misinge.
obseru. 69. cent. 2. & obseru. 37, centur.
3, Gaill. obseru. 54. lib. 1, & Verall, de-
cis. 117, lib. 1, ibi domus esse debet so-
lita habitatio tempore citationis, &
Marant. in aur. specul. p. 6, tit. de cita-
tione nu. 36, & 102, etiam si domus es-
set conductitia Asin. in pract. ciuil. §. 6,
c. 4, num. 2, & ideo in relatione cita-tio-
nis predictæ debet poni domi suæ soli-
tæ habitationis, quę nota in praxi quia
dum euenisset in quadam causa Anto-
nij Ripini Ciuitatis Seminariæ ob de-
fectum huiusmodi relationis fuit deci-
sum adesse grauamẽ ad relationem D.
Flaminij de Constantio Iudicis in cri-
min. die 15. Septembris 1623. Actuar.
Grossus, nam debent ȧdijci in relatione
verba solitæ habitationis Bart. in l. 3, §
pretor ait ff. de damno infecto Author
meus infra in titulo fiat relatio num. 6
Gram, cons. 1, n. 3, & post decis. Frãch.
decis. 514. nu. 11, & 516, nu. 15. Gizza-
rell. decis. 17, nu. 12, & de materia cita-
tionum Farinac. q. 11, nu. 38, & quod
facta absenti in domo solitæ habitatio
nis valeat Tapp. decis. Ital. 23, num.
4, & 10, & decis. S. C. 16, num. 9, & vide
omnia per Ricc. in hac materia in col-
lect. 2216, 2106, & 2290, & an debeat
trasmitti copia apud domesticos Grat.
discept. 489. nu. 24, & 996, nu. 11, & in
summa quæ requirantur vt citatio do-
mi valeat per D. R. Rouit. in pragm. 3,
de citat. nu. 8, & in prag. 7, de ord. iudi.
61 num. 5. quando personaliter debet fieri
citatio nec sufficiat domi docet, & si
sufficiat ad domum vt dicitur facta pre
uentio Mastrill. decis. 210. nu. 2.

Et ad hoc incidens nota feudatariũ
62 posse citari, & sufficere citari in loco
feudi Anna singul. 153, (Dominus feu-
di) qui refert quandoque sic ipsum obti
nuisse. Sed quando nuntius in relatio-
ne non dixit, neque de persona, neque
63 domi quomodo intelligendum erit Be-
nintend. decis. 57. vide quia pulchrum
est, vt citat D. R. Rouit. in pragm. 3, de
citationibus nu. 6, & ad id quod discur-
64 rit doctissimus meus Author quando
nullus habitabat in domo.

Num. 30.] Nunquid citatio possit
65 fieri carcerato tu dicas pro veritate ex-
cusabile impedimentum esse, & ex ea
redici nullam citationem (& dico veri-
tatem) quia in die illa tremenda reddi-
turus sum rationem Bart. Salicet. &
DD. in l. 2. ff. de in jus vocando Castr.
cons.

conf.12, Bart.conf.228. Afflict. decis. 182, nu.4, & 7, & Ruin.cons. 24.nu.5, li. 4, vbi loquitur de sententia in crimi li lata contra illum, qui erat cōrinatus, & propterea citatus non poterit cōparere cum enim impossibile sit cum carceratus citatus ad personaliter cōparēdum nō possit comparere, vide Gigāté in tract. de crimine lesæ Maiestatis li. 1 tit. qualiter in crimine lesæ Maiestatis procedatur q. 18, n. 3, vbi loquitur tā in carcerato pro delicto, quam pro debito, & Iodoc. in prac. crim. c. 25, nu. 8.

Sed fui interrogatus à quodam cliē-
67 te, quod dum ipse erat detentus per Ciuitatē sub fideiussione de non discedendo ab ea; an talis detentio præstabat iustū impedimentum non comparendi in alio loco, in quo pro alio delicto erat citatus, & allegabāt mihi Canarium in tract. de disp. p. 2, nu. 10. dicentem quod non per hoc excusaretur cum quo ego non fixi pedes quia præceptum maiorum inducit iustam impedimenti causam, & ita respondi ex cap. cōparati extra de appellationibus, & ita cōsului vide Bard. ad Clar. q. 34. n. 36, est verum tñ quod carceratus debet
68 mittere procuratorē Angel. in cons. 66 Iason. in l. 2. de in ius vocando Bart. in l. is qui reus, columna fin. ff. de publ.
69 iud. nisi in loco carceris non adessent procuratores Vantius de nullitate ex d fectu iurisdictionis num. 161, Franciscus de Aretio in cons. 131, maximè cum est carceratus, quis in car-
70 ceribus citantis D. R. Rouit. in prag. 6, de poss. non turband. nu. 51, inde ego dicebam, quibusdam equitibus inquisitis de famosissimo delicto, quod opti-
71 ma erat cautela, vt per procuratorē valerēt audiri, vt se facerent carcerari pro aliquo delicto, & postea notificarent Iudici inquirenti, quia ipse Iudex, aut supersedere in processu tenebatur, aut procuratorem admittere Marsil. in pract. §. sequitur n. 31, & seq. non nego tñ carcerationē debere esse iustam, nec affettatam, vt alio loco abunde discurram.

72 Nu. 31] curiosa est quæstio de citato ad pœnam Iudicis inferendam quomodo sit condemnandus, & adde quod vbi per leges, constitutiones, capitula, & pragmaticas Regni nō reperitur statuta pœna intelligitur pœna statuta de iure communi Bartolus, & DD. in l. cō stitutionibus ff. an municipalem l. comodill. ff. de liberis, & posthu. Gram. decis. 28. nu. 30, cum seq. & quando de iure communi non est apposita pœna, tunc relinquitur arbitrio Iudicis l. sanctio legū ff. de pœnis Andr. in cap. si vero violator §. quicunque ad voc. nu. 35 de pace tenenda Gram. decis. 39, num. 10, Bouadill. lib. 2, cap. 3, nu. 33, sed ab his casibus in quibus non est apposita certa, & determinata pœna est cauendum, quia in talibus potentes, in quibus pares esse non possimus non seruāt in hoc fines modestiæ, & ideo timeri debet id, quod fit de facto Andreas in cap. 1. nu. 13. in fine quibus modis feudum admittatur, & in cap. 1, vers. egregie nu. 4, ex quibus causis feudum admittatur verba sunt Regentis eximij Rou. in prag. 1. de pœnis nu. 1, & 2.

73 Nolo prætermittere de eo, cui fui interrogatus nudius tertius à quadā persona ecclesiastica si fuerit dictum sub pœna iræ indignationis nostræ, quatenus id extendatur, & respondidi cum Bart. in extrauaganti, qui sint rebelles in verb. indignationem, & D. R. Rouit. vt allegat in pragm. 1. de receptatoribus malefactorum nu. 10. qui alios allegat, & recursus ibi si fuerit dictum *per quanto s'hà cara la gratia Regia*, quid importat in nu. 12, & 13.

74 Num. 32.] de bannito an possit citari vide Farinac. in pract. criminali q. 11. in verb. bannum dicitur nullum in indice, & in verbo absens, & vide quę dixi hoc eodē titulo infra, si per procuratorem audiatur.

75 Num. 33. Vagabundus vbi debet citari, hæc materia currit ad præsens, quia hæc scribo, dum instante doctissimo viro, ac Domino meo D. Carolo Califano Fisci Aduocato Hydruntinæ Audientiæ fuerint capti plures vaghi homines nullum domicilium, nullamque mansionem habentes, & per Licij Ciuitatem oberrantes ex causa scelerum, quæ quotidie apparebant, quæ post capturam talium adeo siluerunt, quod risus me prouocat, quando in cogitationem peruenio, & tales vagabundi tanquam venenum Ciuitatis

sunt proni ad libidinē inuidiam seditiones,& turbas,& proinde apud Athenienses affligebantur pęna mortis,& diligentissime inuestigabant,qua quisque ratione victum sibi pararent, ac se,suosque adheret teste Melchiore Iunioreq. quæstionum politicarum p. 3. q. 87,& vide Borrell. de magistr. ædictis lib. 3. cap. 16. nu. 19. Possunt enim vbique puniri, Author infra in tit. audiantur excusatores nu. 126. Couarr. pract. quæst. cap. 11. n. 7,& 10. vers. attamē est animaduertendū,& dari contra eos per quinquenniū remigationem patet in pragm. sub titulo de vagabundis.

Et redeundo ad propositum citantur vagabundi p edictum,& affiguntur citationes in locis vbi solent ipsi conuersari,& si sunt Clerici in valuis Ecclesiæ Gaill. lib. 1, obseruat. 57, nu. 4, & 7 Verall. decis. 117. nu. 4, lib. 1,& Vulteius iuris prudentiæ Romanorum lib. 2 cap. 28. vers. edicto fit, vel domi vbi habitare solebāt, vt late Guaz. de defens. reorum defens. 10. nu. 31.

Num. 34,& 36.] Tractant de citationibus factis in diebus feriatis, de quo aliqua tetigi in precedentibus titulis,& adde feriato die citatum comparere non tenere per ritum M. C. 116 D. Reg. Rouit. in prag. 3, de citationibus num. 14,& iu rubr. de ferijs num. 9 Carau. ritu 116. nu. 1, vnde feriato die citatus minimè cōparere tenetur Viu. decis. 244. nu. 13. Sed quis locus attendatur cū dies sit feriatus locus iudicij, vel citationis Carau. rit. 116, n. 3, Hinc citatio expedita Neapoli pro citando aliquē Salerni degente in quo loco eadem die erat festum à clero celebratū conclusum fuit quid non valeat quia attenditur locus factæ citationis, vt refert de Bottis addit. ad tit. 123, & in ritu 166,6. opin. Innocentij,& aliorū, in c. fin. de ferijs,& ita fuit obseruatum in M.C.V. sub die 23 Septembris 1556 in causa liquidationis instrum. ducatorum 500. ad instantiam D. Martini Spinelli contra Ill. Marchionem Oriæ quodquidem decretum fuit confirmatum in S.C. idem de Bottis rit. 117, in add. incipiente quod ostenditur locus.

77

78

Num. 37.] de citatione per edictum

79 quæ dicitur illa, quę fit in albo, seu muro, vt fieri solebant pretorum edicta Speculator de citationibus §. sequitur nu. 13. versic.& nota secundum de quo albo latissime dixit Borrell. de magist. edict. lib. 3, cap. 18. num. 1. vsque ad 24,& affigitur huiusmodi citatio in loco vicino citati, in quo verisimiliter citandus notitiam habere possit cap. vbi periculum de electione in sexto clementina vnica de foro competenti, aut in platea publica, vel in valuis palatij, vt dixi in præcedenti numero, Carp. decis. Genua 14, nu. 2, 3, & 6, inde fit contra latitantem, vel taliter occultantem Gaill. lib. 1, obseru. 55. nu. 4,& obseru. 57. nu. 1, Petrus termineus in processu iuris scripti cap. 12, & si omnia vis videre in tali materia addas Borrellum in summa tit. 44 à nu. 79, & sequētibus Ricc. coll. decis. 828. & 2290 & dec. 199. p. 3,& de requisitis citationis p edictū,& quando debeat fieri, & quod dicitur remedium subsidiarium, & 322. nu. 1,& seq. p. 4,& Grat. discep. 359. nu. 29,& thesaur. q. forens. 38. lib. 2. nu. 3, & qualiter in Regno practicetur citatio per edictum contra personā certam,& quomodo procedatur D. R. Rouit. in rub. de citat. nu. 3.& pro quibus personis citatio per edictum fuit introducta, & qua de causa D. Consil. Theodor. alleg. 71. nu. 15.

80 Nu. 38.] Si citatio valeat cum est erratum in nomine] pendet quia citatio debet continere nomen,& c. c. significauit 36. extra de rescriptis c. 2. de rescript. in 6. l. certum ff. si cert. pet. Marant. specul. aur. p. 6. tit. de citat. n. 52. Gail. pract. obseru. obseru. 49. nu. 4. Cyrillus Fulgeonius in summula crim. p. 1. ti. de exhib. reis §. 2. nu. 1. Theutl. disp. sel. lec. lib. 1, disp. 4. thesi 3. Vulteius iuris prudent. Rom. li. 2. c. 28. vers. sin est nomē.

Nu. 39.] si citatio valeat cū non cōstet de nomine nisi per signa vide Mill. in prac. crim. fol. 39. allegat Baiard. ad Clar. q. 31. nu. 50.

Nu. 40.] Citationē sine assignatione diei valere quia intelligitur ad primū, vel quam citius cōparere potuerit Car. Put. dec. 212. li. 2. Cappel. Thol. decis. 303. Arum. dec. Genēs. 11, n. 41. Laffr. Lanfr. Balb. dec. 306. c. eos in fine de senten. excomm. in 6. Specul. de citat. §. sequitur vers. quid si non pręfixerit.

AD

AD TITVLVM FIAT RELATIO NVNTII.

SVMMARIVM.

1 Relatio an sit de iudicij substantia.
2 Relationis forma, & nu. 5.
3 Sententia quando dicitur nulla.
4 Relatio facta per nuntium prout in mādatis an valeat.
6 Citatio quæ fit extra Neapolim quomodo fiet, & nu. 7, 8, 9, 10, 11, & 12.
13 Alguzerij, an sint idonei testes in citatione.
14 Citatio quomodo sit facienda.
15 Relatio facta per nuntium se citasse domi modo, & forma sibi commissis non adiecto verbo solitæ habitationis, an sufficiat.
16 Citatio domi quæ requirit, & si non fuerit dictum domi, vel personaliter quomodo præsumatur.
17 Citatio committitur seruienti, & nuntius quot modis in iudicio appelletur.
18 Seruiens non habet necesse afferre litteras sui officij.
19 Iudex non potest ipse citare, & voce monere.
20 Citatio an possit fieri per viatorem publicum, & quomodo ab alijs vsque ad num. 24.
24 Relatio debet continere diem.
25 Relatio debet fieri actuario, & quomodo.
26 Relatio debet cantare domi solitæ habitationis.
27 Citatio ad domum est subsidiaria.
28 Citatio an præsumatur facta prout in mandato, & si præsumatur citandus personaliter perquisitus, & non inuentus, & proinde domi citatus.
29 Relatio quomodo fieri debet nullo habitante in domo citandi.
30 Reus an sat est citare in ædibus vxoris & ibi de casibus in quibus quis non est citandus ad domum.
31 Citatio debet fieri in præsentia testium.
32 Testes quot debent interuenire in citatione cum tota materia.
33 Porterij S.C. etiam horam citationis referunt.
34 Subscriptio testium an seruetur.
35 Nuntij quomodo debēt exequi suam cōmissionē & nuntio referenti quomodo credatur, & cum nuntius refert se citasse, & pars neget cui credendum, & quādo credatur aliter fuisse scriptam relationem, & credulitate danda nuntio num. 36. 37, & 38. cum alijs curiosis.
39 Relatio debet esse certa, & ibi an nuntius citationis articulum explicari possit per alium nuntium nu. 40.
41 Iudex antequam pronuntiet debet sibi constare de certa relatione alias processus est nullus.
42 Nuntius falso referens quomodo puniatur.
43 Nuntius Regis, an possit citare in terra Baronis absque licentia & cum declaratio num. 44.
45 Citatio nuntij absque licentia Baronis cum ratione est nulla.
46 Nuntius Regis delinquens in terra Baronis an per illum possit puniri cum larga materia.
47 M.C.V. cognoscit de excessibus officialium.

Prorex

NVm. 1.] Lector doctissime] quod relatio nuntij sit de substantia citationis Gram. cons. 52, num. 15, Gaill. in pract. obseruationum lib. 1, obseru. 54, nu. 7, & Afin. in sua pract. §. 9, cap. 1, nu. 1, vt citat Gauazz. defens. 10. circa citationem c. 3. nu. 1. D. R. Rouit. in pragm. 5, de cit. num. 1 Troijs in prag. quilibet agere nu. 44. de ordine iudicior.

2 Num. 2.] Circa formam relationis vide Scacc. prima principali conclusione lib. 1. c. 45. nu. 8. circa finem, & c. 68 nu. 14. de Franch. decis. 560, vbi docet, quod licet vigore vsus Regni non re-
3 quireretur, quod fieret coram duobus testibus intimatio citationis nihilominus si Iudex, vel nuntius eligerit dictã viam, & executio suæ intimationis fuerit facta nulliter sententia deinde lata non valeat, nec contra inquisitum exe-
4 quutioni demandari possit, & applica quod quando nutius refert se fecisse ,p vt habebat in mandatis si valeat, & vide Soccin. cons. 56, col. 2, vol. 4, & Guazz. de defens. 10, circa citationem c 4, n. 4, & de forma relationis aduerte
5 sufficere esse factam, quod referat citas se domi, vel personaliter præsentibus duobus per nomina, & cognomina, vt nor na est const. regni citationis litteræ & pragm. quilibet agere volens de ordin. iudicior. dum citatio fuit facta extra Ciuitatem Neap. vt D. R. Rouit. in
6 rub. de citationibus, nisi in citatione, q̃ fit contra inquisitum ad capitula de
7 Franch. deci. 560. Hinc in citationibus quæ fiunt intus Ciuitatem potest fieri relatio à quocunque de ordine nuntij nescientis scribere, & ita seruatur, si autem extra Neap. & tunc scribitur relatio à notario publico iuxta doctrinam Hostiensis in c. quoniam contra extra de probationibus, & quatenus per d. ll. Regni videntur requisita nomina duorum declara si fuerit in loco in quo a-
8 desset copia literatorum, quia tunc deberet relatio habere subscriptionem illorum, vt D. Rouit. rectius in pragm.
9 3. de citat. nu. 16. declarando in porterijs S. C. quibus sufficiet, vt in relatione exprimant nomen citati per prag. 28. in fine infr. de off. S. C. & ita seruatur
10 indifferenter & in Gallia per Regias ordinationes, vt testatur Cassan. ad consuet. Burgund. rubr. §. 6. fol. 277. vers. quoque nu. 3, quem citat Gallup. in sua praxi cap. 2. tit. de citatione nu. 24, quibus addas practica propriã
11 esse hodiernam, vt etiam in loco, in quo adest copia litteratorum exprimantur tñ nomina testiũ duorũ, & non subscribantur Foller. in c. regni remedia studiosè nu. 8. in fine D. R. Rouit. in prag. 2. de ord. iudicior. nu. 2, & 3, vbi, & talem consuetudinem non esse à iure improbatam, vt Villadiega in foro iudicũ lib. 2. tit. 5. l. 1. nu. 7. Gregor. Lopez in l. 54. glos. p. tit. 18. p. 3, glos. in l. in donationibus C. de donationibus Orosc. in l. si quis ex argentarijs §. tabularum ff. de edendo nu. 55.
12 Et dum diximus in Ciuitate Neap. non requiri testes subscriptos, nec eorũ nomina in relatione, & c. an procedat in omni Ciuitate, in qua expeditur citatio, & ibi intimatur, & resp. quod sic ex ponderatis per de Franch. d. decis. 560 n. 3. ibi quando citatio committitur extra curiam.
13 Et circa hos testes qui sunt adhibendi in actu citationis extra ciuitatem, an sufficiant si sint de eisdem algozerijs, Rebuff. in const. Gall. tom. 3. tit de citat. art. 1. glos. 2. nu. 7, vt D. R. Rouit. in d. prag. 3. nu. 17.] & vide quomodo sit
14 facienda citatio in ius qualiter, & quã do per Greg. Sytag. iur. vniu. li. 48. c. 2.
15 Et quatenus tractauimus de relationis forma, aduerte, quod dum fuerit dictũ in ea per nuntium se citasse don i n o do, & forma sibi commissis non adiecto verbo solitæ habitationis, an sufficiat de Franch. decis. 32. Io. Iacob. de Lau-

Laurent.tract.de iudic. suspecto c.6,n. 60, Thor.p.p.comp.decis.Regni verbo relatio, D. R. Rouitus in d. pragm. 3,num. 8, qui addit decis. de Franch. 514,nu.11, ab alijs modernis ad hunc propositum non allegatam, & Anton. Solam ad const.Sabaud.lib. 3, tit. de relationibus num. 10,cum sequentibus & remissiuè ex Guttierez libr. primo pract.qq.133, & Campag.in c. regni, siue quis potest num.19,vers.& aduerte quia in regno (in citatione domi fa-
16 cta quod requiratur) & ex Beninten. decis.57,dum quis fuerit citatus, & nõ fuerit dictum personaliter, vel domi, quomodo præsumatur.

Num.3,] Citationem committi ser-
17 uienti Curiæ) de isto nomine seruientis,siue nuntij quot modis in iure appelletur Scrader.de feudis tom.2,p. 10 sect.16,verbo nuntius post num. 40,)
18 & adde tali seruienti non esse necesse afferre litteras sui officij,quia præsumitur seruiens illius Iudicis,cuius citationem exequitur Socc.de citation.art.74 q.5, in fine Rebuff. in tract. crimin. q. 54,principali num.110,& dum d. Auth. citationem comitti seruienti, col-
19 ligitur quod Iudex non possit ipse citare,& voce monere, & non habet vim peremptorij l.2. C.quomodo, & quando Iudex,Corset.in sing.citatio si nuntius Rebuff. ad const. Gall. tom. 3,tit. de citation.in præfat.num.53,vbi dicit ex Bald. & Iacobino de S.Georgio in l.& post edictum ff.de iudicijs quod fatuus est Iudex qui habet partem,vel testem in suo conspectu,& iubet nuntio, vt illum citet Gregor in sintagm. iur' vniuers.lib.48,c.2,num.18,Maranta in specul.aur.p.6,verb. citatio num.43 Bernard.Vandus de exequtione instrumenti p.4,decl.2,num.10,Iaffred.Lanfr. Balb.decis.188,incip. comminatio,
20 & per nũtium, vel viatorem publicum arg.l.15,cum §.missus ff. vt in possess. legatorum l.properandũ §. & si quidẽ C.de iudicijs,vt sunt publici veluti porterij S.C.& R.C.S. in hoc Regno Nea-
21 politano, quinimo etiam per nuntium priuatum habentem signum,vel sigillũ aut anulum Iudicis Glos.in c.significauit de appel.Hypolit.de Marsil. in l.de vnoquoque nu.198, ff. de re iudic. Io. Lopez de palatios rubios in repet.c.per vestras notab.1, de donat. inter vir. & vxorem Petr.Rebuff.loco supra allegato nu.65,cum seq.vt sunt nuntij,& ap-
22 paritores M.C.V. qui portant virgam cum sigillo armorum regiarum Teutkl. disp.select.lib.1,disp.4,thesi 4,Dethardus Hosti in synopsi thesium p. p. tit. 4,nu.1, Ioan. Mohedan. decis. nouiss. Rom.15,lib.1,vol.3,& 36,lib. 2, vol. 3, & etiam per notarium, siue actua-
23 rium citari posse Specul.de citat. §.sequitur nu.2, Marsil.in l.de vnoquoque nu.194,Rebuff.loco allegato num.70, Auth.ii fra vel eos verbaliter citari nu. 20,Marant.in specul.aur. p.6, tit. de citationibus nu.42.

24 Num.4.] Quod relatio debeat continere diem quo quis citatur amplia ex pragm. 28, de officio S. C. quod etiam horam debeant referre porterij, sed D.Rouitus, & ita ext.praxis in pragm.3,de citationibus nu. 17, dicit hoc non seruari,& bene debet continere diem,ad hoc, vt citatus comparere possit Card.Puteus decis.212. lib. 2,

25 Nu.5.]Relationem debere fieri actuario) iam dixi si extra Ciuitatem debere fieri actuario,vt Gallup.in praxi S.C.c.2.tit.de citat.n.22, & Galter. de liquidat. instrum. tertia parte principali nu. 40.

26 Num.6.] Quod relatio debeat cantare)cum fuerit facta domi)in loco suę solitæ habitationis) iam diximus supra hoc eodem tit. nu. 2, non esse necessarium cum sufficit dicere se citasse domi modo,& forma vt in commissis habet ex de Franch. decis. 322, num. 3, & 4, & addit.ad Muscatel. Glos. intimato vers. citationem Gallup. in prax. S. C.cap.2,tit.de citatione num. 15, vbi
27 de praxi, inde de iure com.scias citationem ad domum fuisse subsidiariam & tunc ad domũ faciendã si prius facta diligentia nõ reperiebatur persona citã da Vant.de null.tit.de nullit. ex defec. citat.n.38,Menoc.de pręsump.li.2,pręsump. 26,& in pręsũp.25,ponit,an p̃sũ-
28 matur nuntiũ citasse prout habuit in mandatis, & in d.præsump. 26, si præsumatur citandus personaliter perquisitus, & non inuentus, & proinde domi citatus, quæ omnia d. D. Rouito

cum alijs quæstionibus ad propositum in pragm.3, de citatione nu.4, & seq.

29 Num.7.] Nullo habitante in domo citãdi relatio quomodo fieri debeat, adde expediri citationem per ędictum affigendam in albo, de quo albo latissime Borrell. de magistr. edict. lib. 3, c. 18. nu.1. vsque ad 24. seu in locis vicinis citati, in quibus verisimiliter citandi notitiam habere possint c. vbi periculum de electione in 6. clem. vnica de foro competenti l. dies cautioni §. toties ff. de damno infecto, vel in curia, aut platea publica, vel in valuis palatij Cassa. decis.4, tit. de dolo, & contum. & in decis.1, tit. de appell. Octauian. Vestr. in prax. Curiæ Rom. lib. 4, c. 3, nu.5. imò in pluribus locis debet affigi ipsa citatio Rota in nouiss. decis. 79, & 223, & in antiquis decis. 522, Gaill. practic. obseru. lib.1, obseru.57, n.3, & 10. Hinc dixit Io. Paul. Tholom. decis. nouiss. Romana 1057. lib.3, vol. 3, non sufficere affixam fuisse talem citationẽ per ędictum, nisi fuerit tempore, quo erat populi multitudo, & sit propriè quando constat citandum non esse in certo loco, vt in casu Auth. nostri Gam. decis. Lusit.237, nu. 1. Hinc fit citatio contra latitantem clement.1. de iudic. Gail. lib. 1, obseru.55, num.4, & obseru.57, nu.1. Petr. Fermin. in process. iuris scripti c.12, Maranta in tit. de citationibus fol.65, & de prax. citatonis p edictũ D. R. Rouitus in rub. de citat. nu.3, super pragmaticis.

30 Num.8, & 9.] Quæras an sufficiat citari reum in ędibus vxoris per Menoc. de præsumpt. lib.2, præsum.27, & quod si vxor citatur in ędibus viri valeat citatio per Alban. cons.255. vol.2. etiam si vxor alibi habitaret D. Rouit. in pramat.3, de citat. nu.10, & 11, & de casibus in quibus citatio nõ debet fieri domi Grat. discept.708, nu.8.

Num.10.] Citationem debere fieri in præsentia testium) adde pragm.2, de ordine iudiciorũ & de requisitis ad hoc vt valeat per Nouar. in collect. super pragm.55, per totum Ricc. coll. decis.

31 2104. Borrell. in summ. decis. tit. 44, cũ seq. Ricc. in annotat. ad rit. Archiep.17 & D. R. Tapp. in pragm.2, de ordin. iudiciorum,) & cum fuerit facta domi citatio D. R. Rouit. in pragm. 3, de citationibus nu.8, ex Guttierez lib. 1. prac. qq.133, & ad propositum tamen per constitutionem citationis litteræ quam p d. pragm. 2, infra de ordine iudiciorũ in relatione nuntij in citatione per ip-

32 sum facta debent interuenire saltim duo testes qui se subscribunt relationi, vel saltim nuntius de eorum nominibus mentionem faciat in relatione quando fit in loco vbi copia testium litteratorum haberi non potest, quod non procedit in porterijs S. C. quibus sufficiat, vt in relatione exprimant nomen personæ cui fuerit facta citatio, vt est expressè prouisum in pragm. 28, in fine infra de offic. S. C. in qua est obiter no-

33 tandum quod porterij S. C. tenentur referre nõ dum intimationem factam cum certa die, sed etiam horam ipsius citationis factæ, sed hoc male seruatur,

34 & generaliter quo ad ipsam subscriptionem testium non seruatur de consuetudine etiam in locis in quibus esset copia literatorum cum sufficiat eorum nomina esse descripta in relatione Foller. in c. regni remedia studiose nu.8. in fine D. R. Rouit. nu.3. in pragm.2, de ordine iudiciorum vbi talem consuetudinem non à iure improbatam esse affirmat.

Num.11.] Nuntium debere exequi

35 iuxta formam sibi commissam inde præsumitur quem esse nuntium illius Iudicis cuius citationem exequitur Socc. de citationibus art. 74. q. 5, in fine Rebuff. in tract. crim. q. 54, principali nu. 110.

36 Num.12, & 13.] Si indistinctè credatur nuntio referenti) Socc. cons.56 vol.4, col.2, cum nuntius refert se fecisse prout habebat in mandatis Menoc. latè de arbitr. cas.112. Afflic. in prax. de ordine iudiciorum §.9, c.2, vbi attestatur communem opinionem esse quod nuntio credatur quando nuntius est iuratus.

Et cum nuntius refert se citasse, & pars neget dicas pro credulitate arbitrio Iudicis committi secundũ qualitatem personarum, & causæ, & sim cõiecturas & verisimiles præsumptiones plus credere parti quam nuntio si nũtius est vilis persona, & pars ipsa in dignitate

fit

sit & vitæ laudabilis,& quandoque exigas à parte iuramentum contra assertionem nuntij,& quandoque plenam probationem Bald.in c. quoniam contra de probationibus col.12. Abb. & Philipp. Franc. in c. cum parati nu. 36 de appellat.& vide Menoch.de arbitr. casu 112,nu.10.

Et in hoc proposito queras quid si nuntius referat notario quod fecit publicum instrumentum de his quæ sibi retulit nuntius qui postea dicat se alias retulisse quam sit scriptum magis creditur notario nisi esset suspectus, & nisi de pena falsi ageretur Abb.in c.comparati de appellat. & in c.ad audientiam 5,notab.de præsumpt. Angel. in l. 1.§. 1. ff. quemadmod. testam.aperiantur, Alex.in cons.70.col.2, & cons.74, col. pen.vol.1,& Felin.in d.c. ad audientiã col.2,& in c.cum causam in fine de testam.vt in hac tractatione quando nuntio credatur melior omniũ scripsit Menoch.de arbitr.cas.112.

37 Et quando credatur aliter fuisse scriptam relationem quam ipse retulit per Gallup.in prax.S.C.p.2,c.2,nu.25.

38 Et de credulitate danda nũtio Grat. discept.forens.502,nu.16,in spectantibus ad eius officium,& vide Farinac.q. 32,nu.80,& seqq. quando ei credatur fuisse offensum verberatũ percussũ,&c. non ommisso Giurba cons.98,nu. 9, & Camill. Borrell.olim amico de mag. edictis lib.3,c.4.nu.79.

39 Nu.14.] De relatione quod debeat esse certa, amplia quod neque per nũtium qui non fecit citationem fieri potest licet nuntius publicus per alium a-
40 ctum citationis articulum explicare possit quando in eadem curia sunt plures nuntij publici Philippus Francus in c.comparati nu. 51, de appellationib. & in tantum Iudici debet constare de
41 certa relatione quod antequam pronũtiet debet præcedere in actis alias processus ipso iure est nullus etiã, quod in veritate pars citata fuerit, & posset Iudici constare Bart. in l. nullum interest ff.de condit.& demonstr.& ideo d. Bald.in l.2,C.de sportulis, quod si Iudex festinat ad actum non expectata relatione dicitur nulla sñia cum debeat Iudici prius constare de contumacia partis Philipp. Franc. in d. c. cũ parati nu.34, vbi ponit quatuor limitat. & hanc doctrinam Bart. attestatur esse communem Vant. in rub.de nullit. ex defectu citationis dicens, quod si post actum factum relatio fieret nihilominus actus præcedens non conualesceret cũ à principio de relatione debuisset cõstare pretori, vt de sua potestate certus fieret Marsil. in l. patre vel marito nu. 46,cum seqq.ff.de quæstionibus vbi latissime disputat de veritate d.doctrinæ Bartoli, &c.

42 Num.15.] De nuntio falso referente si puniatur tex. in l. 2. C. de sportulis Bald.in c.fin.col. 2, de dolo & contumacia,& vide Guid.Pap.decis. 44.

43 Num.16,& 17.] Nuntius Regius an possit in terra Baronis citare absque licentia Rota decis.8,Capell.Tholos. de cit.423,Glos. prag. statuimus de offic. baiul. D.R.Rouit.in rub.ne quid in loco publico nu.3,quod non permittatur absque licentia, sed eam Barones tenentur impartire recepta declaratione in
44 officialibus superioribus aduenientibus ad terras Baronis vt nos Auditores Petra fol.59.

45 Vnde si nuntij citarent sine licentia Baronis, vel eo renuente citat o esset nulla Afflict. const. regni edictorum nu.14,dum enim officialis non impartitur licentiam reus videtur excusationem habere ad sibi credendum, quod non teneatur vnde ille actus citationis videtur nulliter expeditus maxime si citationes non essent superiorum, nam quo ad ipsos dubito licentia sit necessaria Guid.Papa decis.346.

46 Num.18.] Nuntius Regius delinquens in terra Baronis an per illum possit puniri) & dic secundum Carauit.in rit.49.nu.14,per tex. in l. officiales de off. rector.prou.& ibi etiam citat Bart. Alber.& Boer. dummodo hic notum faciat superiori suo refert, & sequitur Baiard.ad Clar.q.38, nu.89, vers. & idem qui etiam allegat Cassan. & in q. 35,nu.10,& seq. & ita intelligitur Foller.in const. magister iustitiarius num. 35,& Frecc.in tract. de subfeud. lib,3, fol.425 ,nu. 40. si autem delinquit in exercitio sui officij tunc per Baronem, seu eius officialem non debet, nec potest

puniri sm Carauit. in loco supra alleg. cui accedunt Foller. in verbo audiantur excusatores nu. 143, fol. 104. in nouis, & Farinac. in 3, vol. q. 101, num 86, fo. 451, vid. D. de Franch. in cons. 629, n. 2, delinquere autem in officio, vel in exercitio officij dicitur vbicumque quis fauore, colore authoritate prætextu, vel contemplatione officij delinquit D. Mastrill. de indultu cap. 40, n. 10, & post Parid. de Put. & alios scribit Farinac. in tit. de delict. q. 19, nu. 44 & post Carauit. quē ipse non allegat in d. rit. 49, col. fin. vbi declarat ex Baiar. ad Clar. in q. 35, nu. 13, & idem Farinac. in d. tit. de delict. q. 24, num. & omnino in cons. 5, qui refert decis. Rot. Rom. Camp. in c. regni 132, sub nu. 54, latè Ricc. in decis. 288, p. 2, & officialis delinquens in officio dignitate, vel munere in quo existit priuatur officio, & dignitate prędictis in quibus deliquit ad text. in l. si aliquid vbi DD. notent C. de suscept. lib. 10, Dec. in cap. vt nostrum in 4, de appellat. vbi de Doctore, Notario, Milite, & Equite in eorum officijs delinquentibus scribit ad eo quod nunquam ad illum reuertere, vel aspirare possit Capyc. in decis. 121, nu. 12, post Afflict. in constit. nullus cāpio, & in constit, eos tantum nu. 7, & Farinac. qui infinitos alios ad id citat in d. q. 19, nu. 43, vbi etiam dicit quod priuatur salario officij, & eius bona illi officio confiscantur post Capyc. vbi supra nu. 19, vide D. Mastril. in decis. 188 item qui officiales qui furta, & barrattarias committunt debent dignitate priuari atque degradari, & ibidem per Capyc. nu. 18, & ita iudicatum fuisse refert Gram. in vot. 25, & D. Senat. Georg. qui multa cumulat in alleg. 42 vbi nu. 27, scribit quę probatio contra officialem requiritur vid. D. de Pont. de potestat. prorog. fol. 119, post num. 18, & in decis. 16, an autem in pęna priuationis officij, vel dignitatis in quam officialis incurrit, incurratur ipso iure, vel requiratur sententia vide Capycius in sæpius allegat decis. num. 21, & Farinac. in d. q. 19, nu. 45, & seq. Ricc. in loco supra citat) an administratio debeat officiali in officio delinquenti eo pendente interdici, vide D. Vincentius de Franch. in decis. 8, cum ibi additis & Ann. in singul. 370, de quibus vero delictis potest officialis pendente eius administratione, & officio inquiri & contra eum cognosci, vide Carau. in rit. 245, in 3, not. Foller. in constit. Magister Iustitiarius col. fi. Clarus in q. 15, vers. item quero Campag. in c. Regni item statuimus nu. 71, & in c. 35, nu. 14, Baiard. ad Clar. in d. q. 35, à nu. 2, cum infinitis seqq. & in q. 73, nu. 46, & Farinac. in 3, vol. q. 111 nu. 185, & omnino in cons. 5, supra alleg. vbi de extortionib. concussionib. & barrapraria loquitur sequitur D. R. Tapia in 2, tom. Iuris Regni fol. 262, licet
47 vt plurimum M. C. V, & S. C de excessibus commissis per officiales in officio de quibus eadem M. C. cognoscit, & non alius superior per d. rit. 49, & Baiard. qui multas decis. D. de Franch. allegat in loco paulo ante citato, & in d. q. 16, nu. 10, Soleat prouidere, & decernere quod expectetur exitus Sindicatus, & est de mente Foller. in d. constit. magister Iustitiarius col. fin. ibi hodie tamen vero potest, & audiui de mense Augusti 1609, post hęc scripta iudicatum per M. C. V. referente Domino Saluo Regio Consiliario, & Iudice ipsius in criminalibus quod expectetur exitus sindicatus Capitanei terræ Marateæ inquisiti de ictu scoppicti durante officio suo in personam cuiusdā ciuis terræ pdictæ quid autem si executor Regius, vel oficialis Regius est offensus in terra Baronis quis debet cognoscere de tali offensa, & dicendum est quod Iudex Regius Superior dicti executoris siue officialis, vt post Alber. & Boer. tenel Foller. in d. verb. audiantur excusatores post nu. 143, vers. sed non fol. 105 in nou. dummodo secundum eum offensa sit facta in exercitio, vel prætextu sui officij an autem officiales creati à Serenissimo Rege nostro in administratione iustitie possint absque iuxta causa ab eorū officijs ammoueri vid. Autor. in constit. Capitaneorum nu. 150, & seq. vbi nu. 153, dicit quod Illustrissi-
48 mus, & Excellentissimus Prorex huius Regni potest ammouere, & punire officiales prædictos à Rege creatos pro eorum excessibus dum tamen punitio, &

remo-

remotio ipsi Regi significetur per l. si quos C.de offic.præfect. pret. vide interim Iacobum Menochium de arbitrar.iudic. lib. 2,cas. 528. Hodie Serenissimus Rex noster quem Deus pro diuina misericordia dignetur regere, gubernare saluum facere,& incolumem custodire, deputat Regium Visitatorem contra dictos eius officiales, tam ab ipso immediatè creatos, quam Illustrissimo Domino Prorege, tam perpetuos,quam temporales prout in hoc Regno fuit Regius Visitator Illustrissimus, & Reuerendissimus Archiepiscopus Salernitanus videatur D. de Ponte de potestate proreg.fol.96, & 127,& seq.vbi multa in materia Visitationis,& D. Mastrill. de magistratibus lib.6,c.2. & hodie est Illustris.D. Francisc. Alarcone omni integritate doctrina,& pbitate conspicuus)cognoscit tñ officialis de iniurijs factis, & commissis suę familiæ sin Affl.ct.in constit. iustitiarij per prouincias num. 9, vbi respondit ad l. qui iurisdictioni preest ff.de iurisdict. omnium iudicum quem ibi sequitur Foller.num.39, sed an cognoscat de offensa in eius personam facta durante eius officio vide Capyc. in decis.130,num.12,Campan. in c. Regni 119.num. 8, & omnino in c. 235. num.17.Clar. in §.fin.quæst. 35. vers. solet etiam latissimè Farinac. in tit. de delict. quæst. 17, à num. 41. vsque ad 48.Viu.vide dec.278,& Suar.in suis opin.littera O. num. 6, & seq. Ricc. in

49 decis. 54, p. prima omnino Petr. Caball. in rel lut. crim. cas. 128, col. 1, vbi num.3,& 4. scribit officialem non posse grauare, & carcerare facere eius priuatum debitorem per suum militem, & refert casum de facto,quod nota ad d. l. qui iurisdictioni Ricc. in d. decis.num.5, & 6, & an testes possint examinari per dictum officialem, vide Caball.loco alleg.nu.10.

50 Num. 19.] Nuntio extra territorium citanti an credatur dixi in titulo præcedenti num.51,& seqq.

51 Num.20.] Nuntius si per vim possit intrare in domum citandi) dic in citatione reali, vt supra tetigimus in tulo notatos capiat de persona.

52 Num.21.] De nuntio laico citante clericum si puniatur pendet à principali quæstione quia laicus nullum exercitium potest exercere in clericum vt cartæ sunt omnes scriptę penes legistas sin Ianuens. in praxi c.75,per totum dum caret licentia Episcopi, vt Abbas in c.vt famæ de sent.excommunicationis quem applica pro hoc loco.

53 Numr 22.] Nuntium teneri parti ad interesse si non fecerit relationem) Bald. in l. si mensor ff. si mei s. fals. mod. dixerit Baiard. ad Clar. quæst. 31.nu.58,non cum dicitur liquere Iudici si nuntius non fecerit relationē Gratian. disceptatione 502 num.duodecimo.



AD TITVLVM

ACCVSENTVR CONMACIÆ.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia quomodo, & quo ordine in Regno incusetur.*

2 *Contumacia non accusatur nisi actore in vltimo peremptorio comparente, & insistente cum alijs.*

3 *Relatio debet praecedere vt contumaciæ incusentur.*

4 *Contumacia quando incusetur in mandato ad reluendum.*

5 *Contumacia incusatur die iuridico, & quid quando essent dies feriati cun. praxi nu.6.*

7 *Contumax quando quis reputetur.*

8 *Contumax quando carceretur.*

9 *Termini dies an computetur in termino,*

11 *Sententia dies an computetur in termino decem dierum datorum ad appellandum.*

12 *Contumacia debet continere diem quo fuit accusata.*

13 *Contumacia vltima debet accusari vltima die: Curia pro Tribunali sedente cum multis ad materiam.*

14 *Contumacia non potest accusari nisi vocato citato.*

15 *Contumacia debet accusari per querulantem seu inquirentem.*

16 *Contumax non dicitur nisi eius contumacia accusetur.*

17 *Actor debet expresse accusare contumaciam.*

18 *Contumacia quomodo contrahatur.*

10 *Contumax ad quam pęnam teneatur cũ pęnis contumacium.*

20 *Testes qualiter reputentur contumaces & quomodo cogantur ad deponendum.*

31 *Citatus ad publicandum condemnatur ad tertiam partem bonorum mobilium,*

22 *Citatus non parendo magistratui facit contra ius.*

23 *Inobedientia quomodo puniatur.*

24 *Pęna tertiæ partis bonorum mobilium quando habeat locum.*

25 *Contumaci quando annotentur bona.*

NVm. 1.] Lector dilecte hãc materiam notes) & quidem
1 quomodo contumacia, & quo ordine in Regno accusetur per Borrell. in summa de citat. tit. 44. & vide quod non
2 incusatur contumacia nisi actor cõpareat in vltimo peremptorio, & insistat Andr. in c. 1, nu. 11, & seq. de controuers. inter vassall. & alium de benef. & ibi etiam explicat quid sit faciendum si in die vltimi peremptorij non fuit recta curia vel propter diem festum, vel propter secessum Iudicis, aut alterius impedimenti occasione, vt D. R. Rouit. in in prag. 4. de ord. iud. nu. 6.

3 Et in criminalibus contumaciæ, vt intelligantur incusatæ suo debito tempore ad instantiam fisci requiritur, vt præcedat actus relationis factus à nuntio ex Bart. in l. si finita §. iulianus nu.

18, &c

18,& 19.ff. de damno infect., & in l. hæc autem §.1.ff. ex quibus caus. maiores Bald. de præscrip. p.6.q.9.principali nu.15,in fine Cæ cons. in prag. 2. nu. 34. de ordine iudiciorum D.R.Rouit. in pragm.5.de citationibus nu.2.

Et sic incusatio contumaciæ sit necessaria per Mormilem in const. edictorum nu. 1.

4 Et videas quando contumacia incusetur in mandato ad reluendum per Nouar. amicum meum 2. p. q. forens. 38.nu.4.& 5.

5 Num.2.] Contumaciam accusandā die iuridico) vide proinde quando dies quibus accusari debebat essent feriati, quid faciendum per Marant. in aur. specul. p. 6. tit & recte concipitur citatio nu.68,de Franch.decis.639,præter Carauit.rit. 225, & eundem Maranta tit. de contumac. vt allegat Gallup. prax. S.C.c.4,tit.de contumacia nu. 5,& 6, & eundem Carauit.rit 80.nu.1,cū pra-

6 xi quando incideret in diem festiuum contumacia quod sic die sequenti incusanda,& cum in facto euenisset fuit demonstratum contumaciam fuisse die sequenti incusanda,& cum in facto euenisset fuit demonstratum contumaciā fuisse die sequenti incusatā ob festū cōtingētē nō fuit habita ratio de tali post positione ex allegatione nullitatis sententiæ foriudicationis Franch. decis. 639.nu.4.& 7.Ricc.coll.decis.74.

Num. 3.] Pendet ab enuntiatis supra nu.1,& vide Gallupp.in praxi S.C. p.p.c.4.nu.1,& seq.

7 Num.4.] Quando quis reputetur contumax) amplia qualiter contrahatur,cuius sit effectus,& quas pœnas producat per Petr.Gregor.in Syntagm.iur. vniuersi lib.48.c.3.quem allegat D. R. Rouit.in pragm.3, de ordine iudic.n.5

8 & quando cōtumax carceretur per Scaglion.rit.163.num. 50,& si inducatur contumacia absque trina monitione negat Farinac.decis. 11, & si vna citatio fiat pro tribus quid dicendum per Mising.cent.6,obseru.9.

9 Num.5.] Diem termini non computari in termino) & ita seruat consuetudo vt Ias.in l.1. nu. 20. ff. si quis caution. qui asserit de com. opin. & seruari ex more iudiciorum, vt etiam Alberic. n. 6. Dec.in c.super eo el 2.nu.17, de appellat.Cenall.com.contra com,q.401, & ibi testatur moribus hāc opinionem preualuisse,& ab ea non esse recedendū nec in iudicando nec in consulendo pro vt testatur, Paris. de resignat. benef. 2 p.lib.12,q. 8, & magis cōmuniter etiā Didac.Perez in l.p.tit. 2,lib. 3, ordin. col.828.& Parlador. rer. quotidianar. 5.p.c.fin.§.10,nu.4.

10 Et non displiceat videre Duenā regul.197, Tiraquel. de retract.lign.§.1 glos.11,nu.19, & 42, vbi ponit ad istū articulum multas declarationes, & Canalc.de testibus p.4.nu.192, & seqq. Vant.de null.ex defect.processus n.59, & tit.ex defectu iurisd.nu. 60, vbi ponit regulam, vt dies termini non computetur in termino, & præcipue si statutum,vel decretum dicat, quod incipiat currere à die tali,qa illa dictio(A) stat exclusiuè secus quando diceret verba hinc ad decem dies, vel vsque ad talem diem, vel si expresse dictaret, quod dies termini computetur in termino,vt est late videre per Caualc.d.p.4, nu.194,& seq.

11 Sed an dies sententiæ computetur in termino decem dierum,& Mising. obseru.15.cent.5,firmat dictum diem latæ sententiæ connumerari inter decem dies,& tempus currere de momento ad momentum Gaill.obseru.139.nu.5. in fine lib.1,Scacc.de iud. lib. 1. caus. ciuil.c.32.nu.19. Henrded.cons.83,n. 85 & seq.vol 1,sed de veritate vide omnino Guazz.de defens. reorum c. 1, num. 2.vbi latiss.fol.1185.

Num.6.] Contumaciam debere cō-

12 tinere diē quo fuit accusata)pendet ab allegatis in materia citationis supra, vt Borrell.p.p.summæ decis.tit. de citatione nu.60,&61, & 506.

Num. 7.] Contumaciam vltimam debere accusari vltima die Curię pro Tribunali sedente Viu.vide decis. 273.

13 in hoc proposito inferas Carauit. rit. 225,quod prima contumacia accusatur etiam quod curia non regatur dummodo si voluisset regi potuisset, vt patet in d.rit.& 227, & not. Marant. in pract. p.6,in verbo citatio vers. est enim sciendum nu.68,in nouis vbi allegat hunc ritum 225, & adde quod est viridis obseruan-

seruantiæ in omnibus curijs Regni licet de iure secus sit, vt R. t. dicit, quia quando curia non regitur contumacia de iure accusari non potest.

Secundo nota ibi & notarius, quod prima accusatur contumacia coram notario solum) debet tamen accusari hora qua curia regi solet licet non regatur primum obseruatur, & ne dum notarius actorum scribit primam contumaciam, sed etiam eius scribæ secunda vero minime, quia omni hora diei accusantur contumaciæ.

Num. 8.] contumaciam non posse
14 accusari nisi vocato citato) inferas Carauit. in rit. 226,) Isteritus ponit practic. accusandi contumaciã à reo actori qui comparuit tempore primæ contumaciæ verum non comparet tempore vltimæ, & dicit quod quandoque comparet reus elapso triduo post mensem si ipse est de ciuitate, vel post duos si est extra ciuitatem, vt dixi etiam supra 207, in primo notabili accusat contumaciam ipsi actori, & die sequenti facit eum condemnari, & ipse licentiatur, vt dixi etiam supra rit. 218. in 4. notabili vbi posui ad quid condemnabitur actor isto casu ad vnum tamen aduerte, vt etiam ibi dixi, quia in terminis illius ritus ponitur quando actore non comparente ad vltimam contumaciam accusandam comparet reus elapso triduo durante tamen tempore citationis hic vero quando triduum erat elapsum post tempus citationis adeo quod casus est diuersus.

Secundo num. ibi vno mẽse, vel duobus iunctis alijs verbis ibi, quia possum stare, quod actor habet tempus accusandi vltimam contumaciã vnius mensis, vel duorum vt supra dixi, & ita seruatur in fine rit. ibi si accusatio contumaciæ, vt dixi supra in rit. 80. 220. 222, & 224. vbi idem disponitur.

15 Num. 9, & 10.] Contumaciam debere accusari per querulantem seu inquirentem) contumacia enim accusari debet, vt reus morosus dicatur, & in pęnã incurrat Ozasc. decis. 31, n. 47. cum
16 contumax quis non dicitur nisi eius contumacia accusetur, & contumaciæ rei effectus omnis tollitur circũducto termino propter absentiam actoris Ozasc decis. 3. num. 1, & 4. & decis. 31 nu. 5. Anton. Trign. singul. 88. Thes. decis. 19.

Adde in hoc proposito quia maior est contumacia rei in criminalibus, quã actoris per Carauit. rit. 201. nu. 3

17 Et facit quia in criminalibus actor debet expresse accusare contumaciam ipsius rei alioquin non censeretur contumax nã in criminibus proceditur adinstar iudiciorum ciuilium l. absentem §. 1. ff. de pęnis, quod voluit Imol. post Bart. in l. inter accusatorem ff. de publ. iudic. & in l. absentem C. de accusat. quod obseruauit idem Bart. in extrauagan. ad reprimendum in ver. neglexerit, & hoc insigne arbitratus est Trigon. singul. 88. post nu. 1. incip. compertum habet, vt allegat Mascard. de probat. cõcl. 450. nu. 9.

Et vide quomodo contrahatur contumacia per de Mari in add. ad Gram. cons. 1. nu. 17. fol. 286. & quod contra contumacem nunquam procedatur altera parte non instante per Bart. in auth. ei qui appellat C. de temp. appellat. num. 5.

19 Num. 11.] Contumax ad quam pęnam teneatur, tam de iure ciuili, quam canon. per Viu. decis. 138. & dic in contumace criminali per de Ponte in cons. 94. vol. 1, D. R. Rouit. in pragm. 1. de contumac. & Thor. in compend. verbo contumax Ricc. coll. 2294. & si puniatur contumax in demolitione suarum domorum per Andr. in c. 1, nu. 33, de pac. iuram. firmand. D. Rouit. in rubr. de contumacibus nu. 4, vbi optime declarat, qui in pragm. 1, de suspitione officialium nu. 79. nullo modo posse recusare iudicem docet.

Et quod contumax iam effectus bãnitus, nec agere, nec defendere se poterit etiam in causa ciuili, tam de per se quam per procuratorem, & ita decisum fuit per S. C. in causa illorum de millo cum illis de curtio facto verbo per M. C & prouisum non esse procedendum obstante contumacia de anno 1564, penes Vincentium de Angelis, & amicus meus, & Collega Gallupp. in praxi S. C. p. p. c. 6, nu. 52.) sed an contumax ob solam contumaciam ammictat nominationem, seu electionem officialis

cialis

cialis,& ammiſſioni bonorum fuit in S. C. iudicatum per D. Franch. deciſ. 213, nu. 29, Molfeſ. in conſuet. Neap. p. 4, q. 97, num. 31. & de penis contumacium per Rebuff. in artic. 13, gloſ. 50. in tract. de contumac. tom. 3,

20 Num. 13, 14, & 15.] Teſtes qualiter reputentur contumaces, vide rit. M. C. 223, & ibi Carauit. latiſſimè, & adde in hac mateſia teſtes tam in cauſa criminali, quam ciuili poſſe per Iudicem compelli ad deponendum teſtimoniũ veritatis Aut. in pract. crimin. can. nu. 34, in fine, & quamuis pignora ſint capta, aut aliquid exequtum contra teſtes facta depoſitione per præfatos teſtes pignora ſunt eiſdem reſtituenda, neque pena fiſco debetur Carauit. rit. 206, num. 3, alias non reſtituendo pignora ipſis teſtibus examinatis officialis teneretur in ſindicatu gloſ. in l. cum ab initio in verbo coget ff. quemadmod. teſtam. aperiant, vbi teſtes poſſunt captis pignoribus coggi ad deponendum, vel compelli penali iudicio.

21 Num. 16.] Citatus ad publicandũ condemnatur ad tertiam partem bonorum mobilium.

Adde quod citatus non parẽdo magiſtratui facit contra ius naturale, &

22 diuinum in quo iure errans à pena nõ excuſat licet ſit mulier, vel ruſticus Natta conſ. 598.

Num. 17.] Inobedientia nunquam punitur vbi ius aduerſarij non efficitur deterius, ſed ius non comparentis leditur,

23 De materia inobedientiæ per D. R. Rouit. in pragm. ſub tit. de penis num. 13,) & particularia tangit D. Capibl. in pragm. 8, p. p. de Baronibus nu. 215 & an contumacia in non parendo iuſſui Iudicis ſit manifeſta offenſa diſtingue cum Cappella Tholoſ. deciſ. 266, Ricc. coll. deciſ. 74, in fine.

24 Num. 18.] Pena tertiæ partis bonorum mobilium quando habeat locum, vide Ricc. coll. deciſ. 2294, ex Viu. deciſ. 138, 252, & 257, & pro ornatu huius num. ſcripſit D. meus R. Rouit. in conſil. 85, p. p. Vir inumeris omnibus abſolutiſſimus præcipuè in num. 3, & quod puniatur contumax tam in ciuilibus, quam in criminalibus in tertia parte bonorum mobilium, & hoc militat in prima citatione ante litis conteſtationem ceterum lite conteſtata cõtracta contumaciæ pena prædicta ceſſabit, vt in contradict. iudicio ſeruatũ vidiſſe teſtatur Afflict. in conſt. penam nouem vnciarum ſub num. 15, verſ. in gloſ. 1, in fine, & Thor. p. p. compend. deciſ. verbo Contumax ex iure vbi Auth. noſtrum hoc loco allegat.

Num. 19.] Condemnari vtrum poſſit ad penam tertiæ partis mobilium ille qui fuit ſub fideiuſſoribus liberatus, & demum citatus ad præſentandũ non comparet,) adde quia verum eſt contumaci annotari bona proportio-

25 ne fiſco tangente, vt de ipſa annotatione habetur in l. fin. ff. de requirend. reis & in l. 1 C. eod. tit. vbi bona annotato ſi reus intra annum veniens ſe purgauerit recuperat, poſt annum non auditur niſi ex indulgentia Principis, & licet ſe purget bona non recuperat l. quicũque C. eod. tit. Salic. in l. cum qui C. de ſicar. Guido Papa deciſ. gratianopolit. 429, nu. 1, & 2, Marc, deciſ. Delph. 164 nu. 6, vol. 1, Luc. de Penna in l. defenſionis facultas col. 4, verſ. ſed an bona C. de iur. fiſci li. 10,) quod vero ad ius huius Regni, quod debetur fiſco in bonis mobilibus contumacis eſt conſt. Regni incip. grandis vtilitas, & conſt. penam nouem vnciarum, vbi Afflict. notabili 4, Author meus in tit. banniantur nu. 1, Carauit. rit. 206, num. 1, Clar. in practic. q. 44, & Viu. deciſ. 252, num. 1, & antea in deciſ. 138, num. 44, & Guid. 429, & declara tũ regnicola, quod hæc pena tertiæ partis bonorum mobilium habet locum in reo, quia actor qui non accuſat vltimam contumaciam puniebatur ſexta parte mobilium per Regni conſt. incip. accuſatorum, quod hodie minimè ſeruatur, vt per Carauit, rit. 206, num. primo.

AD TITVLVM
AVDIANTVR EXCVSATORES.

SVMMARIVM.

Cle-

NVm. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, & 9.] Curiosè defensor quando in crimi-
1 nalibus procurator admittatur, firmes discursum, quod in criminalibus causis in quibus imponenda venit pęna vltra relegationem, procurator non admittitur l. accusatores §. ad crimen ff. de public. iudic. vbi Bart. & fusius Ioan. Anton. Rubeus tex. in l. 1, ff. an per alium causæ appell. red. poss. cap. veniēs de caus. Albert. Gandin. in tractatu maleficiorum titulo vtrum procurator in malefic. interueniat numero 2, Specul. in titulo de procur. §. 1, vers. item quod est criminalis plenè Alexand. in consil. 116, incip. animaduersis statutis per totum volum. 2, Barthol. Veron. in consil. crim. 72, incip. circa accusationem Afflict. in decis. Neap. 64, num. 2, Boer. in decis. 285, sub num. 4, Anton. Gabriel communem opinionem lib. 7, tit. de malefic. conclus. 9, num. 1, Socc. in regul. 322, Iulius Clarus in prac. crim. q. 32, num. 1, Franciscus Viu. in decis. 112, nu. 1, Cæsar Barzius in decis. Bonon. 152, num. 1, Guido Papa in decis. 338, Rota in nouis in decis. 485, incip. si clericus, Hieron. Magon. in decis. Lucens. 36, num. 3, Mysinger. obser. 76, centur. 4, Alfonsus Montaluus in l. fin. lib. 1, tit. 10, de los personeros l. 7, in verbo ninguno, Petrus Bellega in spec. principum rub. 4, sub num. 3, Ant. Scappus de iure non scripto lib. 5, c. 61, nu. 1, Parladorus rerum quotidianarum lib. 1, c. 20, num. 2, Hierony. Cęuallos prac. opin. comm. contra communem q. 237, num. 1, Nicolaus Reifnerus in decis. 24, num. 14, lib. 2, Dionysius Arumęus in decis. Ienuensi 7, num. 1.

Contraria opinio, quod procurator admittatur in criminalibus causis habetur in l. seruum quoque §. publicè ff. de procur. vbi dicit publicè vtile est absentes à quibuscumque defendi, nam, & in capitalibus iudicijs defensio datur simile in l. reos C. de accusat. vbi in specie dicitur reos capitalium criminum absentes etiam per procuratorem defendi posse.

Prima tamen regula vera est, & quia Doctores multi nimium se torquent, & dicunt extricare, ac dilucidare hanc controuersiam procurarunt caliginem quasi

quasi inestricabilem fereque magis dubiam induxerunt nos, vt faciliorem quæstionem istam reddamus per infrascriptas declarationes totam hanc antonomiam absoluere conabimur.

Prima declaratio illa sit, vt in criminibus capitalibus in quibus venit imponenda pęna vsque ad relegationem, scilicet exclusa relegatione interuenire pro absente non possit procurator, & ita intelligitur tex. in dicta l. accusatore §, ad crimen. & in d. l. 1, ff. an per alium caus. appel. reddi possint, & ita optimè, vt sui moris est declarat Accurs. in dicto §, publicè in verbo datur & in d. l. 1, in verbo relegationem, sequuntur Iacobus de Arena, Odoffred. Iacobus Butrigar. Gulielmus de Cuneo, & Rayner. de Forliuio, quos refert, & sequitur Bart. in d. l. accusatore §, ad crimen num. 3, 4, ff. de public. iud. & in d. l. seruum quoque §, publicè in princ. ff. de procur. licet causa disputationis cum Iacob. de Rauen. velit ibi disputare, Albertus Gandinus in d. tit. vtrum procurator in malefic. sub num. 1, Ioan. de Imola in d. §, crimen Angel. de Aretio in tract. maleficiorum in verbo qui Dñs Iudex videns num. 15, & ibi in apostill. August. de Bonfrancisch. Arim. & Bonifac. de vitalin. in tract. malefic. in tit. de procurat. nu. 2 Panor. Ioan. de Anan. Marian. Sen. & August. Berous in c. veniens de accus. Alberi de rosati, & Castrens. in dicto § publicè Bartol. Cepoll. in dicto cons. 72, Prosper Carauit. in ritu 91, num. 1, & 108, num. 1, & in rit. 269, nu. 8, idē Cepoll. in cautell. 66, incip. in causa criminali Iulius Clarus in pract. crim. q. 32, nu. 6, vers. hinc est Card. Paris. in cons. 154, nu. 23, vol. 4, Marc Anton. Blancus in pract. crim. §, verum nu. 51 Menochius de arbitr. iudic. lib. 1, q. 80 num. 86, Alfonsus Montaluus in legibus fori libr. primo titulo 10, de los Personeros l. 7, in verbo ninguno Robert. Maranta in specul. aur. parte 4, distinct. 1, num. 31, Cyrill. Fulgeon. in summula crimin. p. p, titulo de procurat. §, vnico num. 1, Anton. Scappus de iure non scripto lib. 5, cap. 61, num. 5, & 6, Hyppolit. Bonacoss. commun. opinionum criminal. p. p, §, procurator regulariter Prosper Pasethus in cōs. 197 nu. 6. Cępall. pract. opin. commun. contra comm. q. 289

Contrariam sententiam, quod inclusa relegationis pęna procurator,] nec in illa admittatur Marian. Senior in c. veniēs col. 21, vers. decimo quero de accus. de quo Menoch. in d. q. 80, nu. 86, quem sequitur Andreas Fachin. controuers. iuris lib. 1, cap. 26, sed omissis horum subtilitatibus prima tanquam communior sequenda est.

Subdeclara supradictam declarationem', quod isto casu non sufficeret mandatū generale, sed exigitur speciale in tali causa criminali, vt ex Iacob. Butri Bar. Bal. & Angel. in l. fin. C. de procur. Io. And. in clem. 2, de procur. Io. de Imol. in c. super his col. fin. de accus. voluit Angel. de Aret. in d. verbo qui Dominus Iudex videns sub num. 15, Guido Papa in decis. Gratianop. 338, num. 6, Menoch. de arb. iud. li. 1, q. 80, n. 145

Secunda declaratio est, quia in causis capitalibus procurator admitti potest ad allegandas absentiæ causas, & ita intelligatur tex. in d. l. seruum quoque §, publicè ff. de procur. & tex. in d. l. reos c. de accus. & ita post Ioannem glossatorem censuit Accurs. in d. §, publicè in verbo datur, & in d. l. reos in verbo procuratorem arg. l. absens ff. de procur. Albert. Gandin. in dicto titulo vtrum procur. in malefic. sub n. 3, in fin. Bart. in d. §, ad crim. Cępoll. in cons. crim. 46 col. 2, vers. posito, quod nō possit Gui. Pap. in decis. Delph. 338, sub nu. 2, & 4 Iafredus in decis. 277, Angel. in tract. malef. in verbo qui Dominus Iudex videns sub nu, 17, Alfonsus Montaluus in d. lib. 1, titul. 10, l. 7, in verbo ninguno Modestus Salento inter concilia Cepollę crim. in cons. 48, col. 4, vers. ex prædictis igitur, Laurus de Palaz. ibi in consil. 49, Anton. de Rosell. ibidem in consil. 50, Leo de Lazara ibi in cōs. 51, cui se subscribit Michael de Marostica Aluarot. ibi in cons. 52, Fachin. cō trouers. iuris lib. 1, c. 24, Iacob. Cuiac. obseru. lib. 20, cap. 20, Hippolyt. Bonacoss. in commun. opin. crimin. parte 1, in verbo procurator Rota in antiq. decis. 82, nota Aemil. Ferret. in consil. 26. num. 4.

Q Ter-

Tertia declaratio fit, quod si procurator comparuit in causa criminali fuit admissus,nec pars aliquid opposuit sine dubio processus validus erit,nec vitiabitur ex Glossa in c. 1, de iudic. in 6, Specul.in titul.de procur.§,1,vers. sed pone,quod in causa tali Bald. in l. ita demum C. de procur. arg. l. quamuis indubitati c. de adult. voluit Iafred. Lanfranc. Balbus in decis. 482, incip. si procurator concinunt d.Alexand. in cons.138,num.13, vol. 6, vt post Ludouic.Roman.in cons.216,nu.3, Dec. in cons. 469, Bernardinus Pandus de exequt.instrument.p. 7, declarat. 24, n.106,Borrell.ad Bellugam in specul. princip.rub. 4, in verb. non interuenit vers.notandum sequitur Cened. collet. 30,num.1,par.1,Hipolit.Bonacoss. in quæst.crim.§,absens & commun.opin. crim.par.1,§,procurator Rube. Alex. de potest.procur.in caus.crim. nu. 150 Marcus Mantua dialog.denar.10, nu. 3, class. 27, Anton. Gomez. delictor. tomo3,c.1,num. 73, Ceuallos q. 237 num.4.

Quarta declaratio fit, quod ad criminanalia causæ media procurator admittatur arg.l.2,C.de accusat.voluit Guido Papa in decis. Delph.338 num.1,& videtur conuenire cum his, quæ dico, post pauca in verbo sexta declaratio, Borrell. ad Petr. Bellug. in specul. Princip. rubr.4,in verbo non interuenit vers.poterit tamen quem locum al legat Pet.Cened. collectaneorum iuris canonici par.1,collett.30 num.1.

Quinta declaratio est, quod pro illustribus personis interuenire potest procurator,siue actores, siue reg illæ fuerint l.fin.C.de iniurijs Accurs.in d.§, publicè in verb. datur Placen. in sum. cod. lib.2 tit.13,col,2,Bart.Socc. in d. reg. 322,num,7, Franc. Viu. in decis. 112 num.5,ante eos Albert.Gand.in tract. malef.titulo vtrum procurator sub nu. 10,Carauit.in ritu 108 num,1, Hieronymus Gratus in consilio 71, vol. 2. Andr.Gail.de pace publ.li. 1 c. 10, nu 12,sed hodie præsertim in hoc Regno carcerantur personæ quantumuis illustres, & ideo discessit ab aula, vt dicit Cyrill. Fulge in summula crim. par. 1 titulo de procur.nu.3,§, vnico Rubeus Alexandr. de potestate procuratorum in causis criminalibus nu.147

Sub limita tamen supradictam declarationem vbi agitur pro causa iniuriarũ non autem pro causa capitali, vt est tex. Clarus in dicta l. fin, C, de iniur. quem sequitur Summus Pontifex in c. absens 3, q. 9, glos. in dicto c. veniens de accus.Specul.in titul. de procurator §,ratione igitur num. 10, vers. primo in crimine iniuriarum Cynus in d.l.fin Gabriel in dicto titulo de malefic.conclus.5,num.55, Albertus Gandinus in tract.malefic.in titulo vtrum procurator sub num.1,vers. secundus in accusatione Hieronymus Ceuallos opin. comm.contra com.q.237,nu.2

Sexta declaratio fit,quod ad opponendã iudicij incompetentiam, & actorum nullitatem procurator interuenire permittatur.Bartol in d. §,ad crimen nu, 19,vbi Benedict.de Plumb.nu.52, Rubeus nu.102,214,vt post Bartolus Panormitanus Imolam Marian. Soccin. quos allegat voluit Aegid.Boss.in tractatu crimin. titulo de carcerat. fideiuss.committ. num. 16, voluit Clarus in practica crimin. q. 32, num.20,qui exemplificat in exceptionibus dilatorijs, puta quod quis non possit esse accusator, & in alijs exceptionibus, quò ad processum Menoch. de arbitr. iudic. libr. primo quæstion. 80, num. 58, Alexand.in cons.138,num.12,vol. vol. 6, quem sequitur Berous in cons. 170,num.24,vol.3,Iulius Clarus in d. practica q.33,nu.1, Grammat. in cõs. ciuili 52,& post decis.in cons.1, num. 39,quos sequitur Hieronymus Magonius in decis. Lucensi 36,nu.7,ante eos Gandi in loco allegato nu.2, Alfonsus Montaluus in d.l.7, in verbo ninguno Thom.actius de infirmi par. 2, in verbo procurator nu.5. Follerius in pract, criminali in verbo audiantur excusatores num.7,Rubeus Alexandrin. de potestate procuratorũ in causis criminalibus nu.144,145,& 146, Cęsar Barzi in decis. Bonon.152,num.5, Hyppolitus Bonacoss.in q.9,crimin §,procurator Nicolaus Reusner. in decis. Ianen 10,num.17,22,lib. 2, Magon in decis. Lucens.22 num.17

Septima declaratio, illæ personæ tanquã pro-

procuratores admittuntur, quæ videntur dum comparent de proprio intereſſe tractare, vt ſi pater pro filio, & è contra, Dominus pro ſeruo, Abbas pro monacho, maritus pro vxore, & ſimilibus Gloſ. in d.c. veniens vbi Ioan. de Anan, & Marian. Soccin. ſenior de accuſ. Albertus Gandinus in loco allegato num. 9, & 10, Ruin. in conſ. 9, vol. 5 quos ſequitu Magonius in deciſ. Lucẽſ. 39, num. 4, plenè inter conſilia Cępollę Franciſcus de capitibus liſtę in conſil. 41, idem Cępoll. in conſ. crimin. 46, & ibidem Anton. de roſellis in conſ. 47 Modeſtus Palonſon. in conſ. 48, Laurus de Palazol. in conſ. 49 Antonius de Roſellis in conſ. 50, Leo de Lazara in conſ. 51 Aluarottus in conſ. 52 Ioan. Bapt. Roſell. in conſ. 53, Baptiſta de ſcappis, Daniel de Salle, Federicus de capitibus liſtę, & Franciſcus de Porcellinis in conſ. 54, Franciſcus de Chizolis in conſ. 56, idem Cepoll. in conſil. 75 Fulgeonus in ſummula crim. p. 1, titulo de procur. §, vnico ſub num. 3. Alex. de Neuo in conſ. 90, num. 3 Rubeus Alexandrin, de poteſtate procuratorum in crimina num. 136

Octaua declaratio, quæ præſertim in Regno Neapolitano deſeruit, vt Vniuerſitates, ſiuè agentes criminaliter, ſiuè accuſatæ poſſunt per procuratores cõparere, & ſimiliter coniugatæ per Regni conſtitutionẽ generalia iura, vbi hoc ſoluerunt Marinus de Caramanico gloſſator Andr. de Iſern. & Matth. de Afflict. num. 8, 9, & 10, Petr. Foller. in pract. crim. in verbo vel eos verbaliter citari faciat nu. 8, 16, Franc. Viu. in deciſ. 112, num. 4, Anton. Capic. in deciſ. Neap. 5, ſub nu. 7, Ant. Gabriel communium opinionum lib. 7, tit. de concluſ. 9, num. 6, Iacobus Philippus Portius in tractat. commun. opin. lib. 5, concluſ. 38, limit. 14, Baldus in l. Polla num. 9, C. de his quibus vt indiget Iodoc Damheuder in pract. crim. c. 24, num. 2, Gail. de pace publica lib. primo c. 10, num. 11, Cirill. Fulgeon. in ſumul. crim. p. 1, titulo de proc. §, vnico ſub num. 2, Io. Antonius Rubeus de poteſtate procuratorum in cauſa crimin. num. 141

Nona declaratio non procedere, quoties Princeps ex gratia concederet quod pro cauſa capitali procurator admitteretur cum clauſula in conceſſione non obſtante, vt ex Angel. in l. 1, C. de naturalibus liber, & Bar. in extrauag. ad reprimendum, voluit Bart. Soccin. in regula 322, num. 3, And. Barban. in c. veniens de accuſ. Ang. in dicta l. pen. § ad crim. ff. de pub. iudi. Hyppolit. de Marſil. in pract. crim. §, ſequitur num. 17, Antonius Gabriel commun. opin. lib. 7, titulo de malefic. concluſ. 9, nu. 34, Iacobus Philippus Portius comm. opin. lib. 5, concluſ. 38, amplia 7, Andr Gail. de pace publica lib. 1, c. 10, num. 17,

Decima declaratio eſt, quia pro reo in carceribus conſtituto pro cauſa criminali, ſeu capitali poteſt procurator interuenire, & admitti debet Bar. in d. l. penuli §, ad crimen num. 13, q. 2, ff. de publ. iudic. Petrus de Ancharano Marian, Soccin. Senior Franciſcus Aretin. in c. veniens de accuſ. Bart. Socc. in dicta regula 322, num. 11, Petrus Follerius in practica crimin. in verbo audiãtur excuſatores num. 8, Rubeus Alexãdrin. de poteſtate procur. in crim. num 124, & 125, Matthias Colerus in deciſ. Germaniæ 107, ſub. num. 31, optimè Rota in nouis in deciſ. 201, incip. licet in cauſa Reuſner. in deciſ. Ienenſi 10, num. 10, 11, lib. 2, Iacobus Philippus Portius in conſ. 3, ſub num. 2

Contrarium licet nonnulli tenuerint, vt per Gabriel in dicto titulo de malefic. concluſ. 9, ſub num. 65, verſ. contrarium.

Tamen prima opinio vera eſt, quia ſi hoc denegaretur eſſet negare defenſionem, quæ cum ſit de iure naturali, vt pluribus in locis à me fuit dictum, & habetur in c. Paſtoralis de re iudic. & dicit Petr. Bellug. in ſpecul. princ. rub. 26, in verbo Ieſu Chriſti num. 14, ſequitur quod carceratus pro cauſa capitali cũ extra carceres non habeat defenſorem ſine procuratore, ac defenſore moreretur indefenſus, quam defenſionem reo nec Princeps de ſuæ poteſtatis plenitudine tollere poteſt, Bald. in l. 3, §, ſi is pro quo ff. quod quiſque iuris Hyppol. de Marſil. in pract. §, expedita nu. 76, vnde tenenda eſt prima opinio, quod

reus

reus in carceribus arrestatus pro capitali delicto per procuratorem interuenire potest exceptis tribus capitibus, scilicet ad contestandam litem, ad torturam, & ad sententiam, & fuit hoc dictum Baldi in l. reos C. de accusat. voluit Anton. Gabriel in dicta conclus. 9, nu. 66, tam enim litis contestatio, quã tortura, & sententia capitalis rei non tamen procuratoris personam respiciunt, & exigunt, & ita seruatur in magna Curiæ Vicariæ, in qua semper ad minus sunt sexcenti carcerati, & in Audientijs Regijs, & in omnibus Tribunalibus quibuscunque huius Regni

Vndecima declaratio erit, quod pro causa capitali inquisito, & vocato infirmo procurator interuenire potest, & admitti debet, vt voluit Hieronymus Gratus in cons. 98, num. 2, vol. 5, quem sequitur Iulius Clarus in pract. crimin. q. 34, num. 5, vers. dixi etiam quos sequitur Suarez in thesauro recepta sententiarum §, ægrotus num. 115, Andr. Gail. de pace publica lib. 1, cap. 10, n. 10, & allegat ex alijs eosdem Thom. Actius in tract. de infirmit. in verbo procurator nu. 6, par. 2.

Aduertendum tamen erit non sufficere assertionem infirmi, vel sui procuratoris, sed esse necessariam fidem medicorum testificantium infirmitatem, cum vnius medici fides non sufficiat, vt dicit Lucas de Penna in l. semel C. de militar. lib. 12, & saltem duo medici requiruntur arg. l. vbi numerus ff. de testibus, tamen sufficit vnius fides, si in hoc loco alij non reperiantur, & si Ciuitas, vel locum non habeat, nisi vnum peritum, vel à populo de publico salariatum, quia illi soli crederetur, post Bart. in l. 1, C. de ponder, & auri illat. lib. 10, & alios multos voluit Boer. in decis. Burdegal. 323, num. 23, 24, & post Bart. Bald. Alex. Anan. Petrum Iacob. Castrens. Gram. Felin. scribit optimè Petr. Plaza in epitom. delictor. lib. 1, cap. 3, num. 10, Carauita in rit. M. C. 267, num. 7, quos sequitur Clarus in pract. crim. §, homicidium num. 37, & q. 34, num. 5, Mascardus de probat. conclus. 897, incip. infirmum num. 12, vol. 2, Thomas Actius de infirmitate parte prima c. 37, per totum adde Cyrillum Fulgeon. in summula crimin. par. 1, tit. de procurat. §, vnico sub num. 2

Et in hoc Regno Neapolitano habemus dictum ritum 267, incip. item si aliquis vel aliqua volentem infirmum, vel infirmam mulierem, vel grauidam excusari posse per ciuem idoneum, vel coniunctam personam, quod sine personæ periculo comparere non possent, & statur fidei vnius medici, vel obstetricis, & ibidem Carauita num. 3, aperit practicam, quod fiat publicum instrumentum infirmitatis, & etiam fiat medici fides], quem retulit Clarus in dicto §, homicidium nu. 37, & in d. q. 34, num. 5, de his etiam scribit Author in pract. crim. in verbo audiantur excusatores num. 28, 30, & 31, & per totum

Duodecima declaratio insurgit, quod quando pro criminali causa agitur ciuiliter ad penam pecuniariam, procurator admittitur, & admissus etiam condemnatur, executio vero contra delinquentem, siue inquisitum principalem constituentem fit, ac fieri debet l. 1, ff. an per alium causæ appellationis arg. l. plautius vbi glos. in fin. l. licet §, ad actionem, vbi glos. in verbo publica ff. de procur. cap. super his §, fin. extra de accus. c. tuæ de procurat. Specul. in titulo de procurat. §, ratione igitur glos. in cap. 1, in verb. criminalis de iudic. in 6, Marian. Senior in c. veniens nu. 48, de accus. Iacobus Philippus Portius commun. opin. lib. 5, conclusio. 38, limit. 5, Soccin. in dicta regula 322, nu 5, Rota in nouis in decis. 420, incip. si committatur Auditori Felyn. in cap. meminimus num. 11, de causa, & ita per Sacrum Consilium post Magnam Curiam fuit diffinitum, vt per Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 64, num. 2, quem retulit, & sequitur Andr. Gail. de pace publica lib. 1, cap. 10, num. 13, 14, Cyrill. Fulgeon. in summula criminum parte prima titulo de procurat. § vnico sub num. 1, nouissimè Andr. Fachin. de controuers. iuris lib. 1, cap. 25 Rubeus Alexandrin. de potestat. procur. in caus. criminalibus num. 143, antiquissimus, & elegans I. C. Placentinus in summa Codicis lib. 2, titulo 13, col. 2.

Deci-

Decimatertia declaratio fit quod quando sumus in causa, in qua contra absentē ad sententiā diffinitiuā potest deueniri, tunc in illa procurator admittitur, vt firmarūt Guido de Suzaria in d.l. accusatore §, ad crimen ff. de public. iud. & in l. seruū quoque ff. de procur. Cyn. in l. reos q. 3 C. de accus. auctoritate glossæ in d. l. seruum quoque §, publicè in verbo datur sequitur Petr. de Anchar. in d. c. veniens oppos. 5, de accus. plenè, pulchrè, & resolutè Corn. in cons. 17, in princip. & in cons. 273. littera D. vol. 3. Rota in antiquis in decis. 485, incip. si clericus col. 1, vers. facit pro hoc Barthol. Soccin. in regul. 322, num. 4, Francisc. Aretin. in cons. 146, col. 3, vers. nec debet repelli, licet ibi loquatur dari defensorem non procuratorem, vbi tamen loquitur etiam procuratorem admitti ad defendendum, quod apertius dixit Alexand. in cons. 4, nu. 2, vol. 6, Subtiliter, & plenè Frācis. de capitibus listæ in cons. 41, inter consilia Cepollę, & Anton. de Rosellis ibidem in cons. 47, Ioan. de Arnono in soliloq. 31, incip. ex quo Cyrill. Fulgeon. in d. tract. siue summula crimin. par. 1, titul. de procur. §, vnico sub nu. 2, Hyppol. Bonacoss. in qq. criminalibus §, absens Iacob. Cuiac. obseru. lib. 20, cap. 20, Andr. Fachine. controuers. iuris lib. 1, cap. 24, Ioan. Antonius Rubeus de potestate procur. in caus. crimin. n. 149, Boer. in decis. 285, n. 4, Clar. in q. 32, Villal. opi. cōmu. in verbo absens n. 20. Nicola Vigell. in decis. 89, centur. prima.

Supradicta conclusio facit ad intellectum iurium Regni, quibus disponitur absentē, & contumacē post annum accusatū de delicto, pro quo venit imponenda pęna corporis afflictiuæ, s. mortis naturalis, ciuilis abscissionis mēbri excepta pęna periurij, aut carceris perpetuè cōdemnari, vt in const. Regni pęnam eorū, & in c. Regni incip. siuè qui forbānitus, quibus iuribus cū absens condēnetur] sequitur ex supradicta declaratione admitti procuratorē agnatos, cognatos, affines, & amicos, Nellus de Sācto Gemin. in trac. bānit. 2, p. 2, tēporis q. 14, Io. de Arno. in d. solil. 31, incip. [ex quo incōmēt. 158, inci. foriudicēt. n. 16

Decimaquarta declaratio erit, quod si in causa erit talis, quod sit contra mortuū puta ad damnandā illius memoriā, puta ob delictū maiestatis diuinæ, siue hęresis, vel humanę maiestatis in principe isto casu ad defendendā mortui innocētiam procurator interuenire potest, vt arg. l. quesitū ff. de sepulchr. violat. voluit Bal. in d. l. reos nu. 50, vers. circa quintum C. de accus. & arg. l. fin. C. ad l. Iul. maiest. quem sequitur Bartol. Soccin. in regul. 322, nu. 13, ante eum Ludouic. Roman. in singul. 431, incip. de crimine, si n. damnatur memoria committentis crimen læsę Maiestatis humanæ, quanto magis, quo ad hæreticum committentē crimen læsę maiestatis diuinæ, de quo scribit Zanchin. Vgoli. de hæreticis c. 24. ex Mericus in direct. inquisit. p. 3, in tit. de defens. reorum nu. 117, & ibid. Franc. Pegna in cōmēt. 28 verb. & procurator pari forma, Berna. Comens. in lucerna inquisit. §, mortui hæretici, vbi idē Pegna allegans Ioan. Roiz in sing. 134, incip. morte delinquentium Tabien. in §, hæreticus num. 8, Ludou. Carrer. in tract. de hęreticis n. 93, versic. itē potest inquirere n. 131 147, Ioan. Ant. Rubeus Alexandrin. in trac. de potest. procur. & defensoris in crimi. nu. 126, Simancus in praxi hęres. tit. 23, num. 1, Alphonsus de Castro de iusta hæret. punitione li. 2, c. 19, c. 20.

Declaratur. n. fuisse hæreticū dū viueret, & sic decessisse eius memoria damnatur, & si illius ossa à fidelium discerni possunt exhumari mandatur, & extrahi à cęmeterio decernitur, ac in criminis detestationē cremari pręcipitur, & bona illorum confiscari, prout hæreticè sententiæ post mortem formula describitur à Zanchino Vgol. de hæreticis c. 41, sub nu. 3, sic fuit damnatus Frat. Petrus Ioānis Ord. Min. S. Francisci natus in oppido ciriaco Dięcesis Biterrēsis hæreticis, & in anno circiter 1316, per Io. xxij, inspectis suis operibus fuit damnatus, & ossa illius rogo imposita cremata, de quo Gabriel Proteolus de vitis, & sectis hęreticorū li. 14, c. 20. Nicol. Heymericus in direc. inquisit. p. 2, q. 9, q. 15, q. 26, & ibidem Pegna, Damianus Roscius de sectis hæreticorum in Petro Ioannis. Posse autem filios, & hæredes, constituere in illis

causis procuratorem vltra alios supra relatos, scribit, Albericus de Rosate in l.seruum quoque §, publicè ff. de procur. Felin. in c.meminimus de accus. & quæ dicta sunt de crimine hæresis dicere possumus in crimine lęlæ maiestatis humanæ, cum equiparentur, vt per Iasonem in cons. 106, num. 3, vol. 4, quantum vero tempus requiratur, vt ad horum delinquentium memoriam delendam, & proferendam contra illos sententiam dicendum est in titulo de hæreticis, & in titulo de lege Iulia maiestatis Deo fauente, ad conclusionem facit Iulius Clarus in pract. crim. q.32 num. 16.

Decimaquinta declaratio est, quando pro pęna ciuili imponitur criminalis puta defectu non solutionis quæ facta non est intra quoddam tempus statutum, dum ille sit soluendo, vt post Ioan. Anton. Rubeum de potestat. procur. in caus. crimin. nu. 279, 280, & seqq. voluit Clar. in tract. crim. q.32, num. 10, vers. vlterius quero, Pereg. Ianninus de citation. reali lib. 3, cap. 21, num. 54, quos sequitur Cęsar Barzius in decis. Bonon. 152, nu. 34.

Quo ad hanc regulam, quando admittatur procurator in criminalibus plures limitationes traditæ sunt à Mariano Soccino seniore in dicto cap. veniens de accusationib. à Bartolomeo soccino filio in dicta regul. 322. à Iacobo Philippo Portio commun. opinion. lib. 5, conclus. 38, Antonio Gabrielio eiusdē rei scriptore commun. opin. lib. 7, conclus. 9, titulo de maleficijs à Iulio Claro in dicta q. 32, ab eius breuiatore Hyppolito Bonacoss. comm. opin. criminn. §, procurator par. 1, & in quæstionibus criminalibus §, absens §, contumax §, procurator, & ab Andrea Gail. de pace publica li. 1. c. 16. Apud quos videri poterunt cum non omnes concernant hanc procuratorū, materiam sed potius, quando admittuntur affines, agnati, cognati, amici, & aliæ coniunctæ personæ de quibus infra tractabimus.

2 Num. 10,] Absentia an per quæcumque possit allegari Iodoc. in pract. crim. c. 25, Socc. in c. veniens num. 158 & seqq. de accusat. Baiard. ad Clar. q. 34, num. 5.

3 Et dic quod defensor absentiæ causas allegare potest Borrell. p.p. summę decis. tit. 66, num. 519, & quando absens possit per alium defendi Baiard. ad Clar. q. 33, nu. 1.

4 Num. 11, 12, 13, & 14,] Officium Iudicis, quid sit implorata absentia) adde conquiesci inde dicimus in concessione si visus, vel non captus in qua clausula intellige etiam eum qui citatus fuerit visus die delicti præcedenti, 5 vt Baiard. ad Clarum quæst. 34, num. 9.

6 Num. 15,] Absentiam debere probari, vide quę discurrit Baiard. ad Clarum q. 34, num. 18, & in dubio præsumitur absentia D. Grat. discept. forēs. 354, num. 16, & in præscriptionibus si debet probari Mascard. de probat. cōclus. 7.

7 Et absentia Aduocati si sit probanda per eundem conclus. 10, latissimè.

8 Num. 16.] Absentia non potest allegari reo nolente inde an admittatur pro absente quis absque mandato, vt processus multæ retardetur per Marc. q. 164, & vide omnino in quæst. 629, p. 2.

9 Num. 17.] Absentiam allegans nō tenetur cauere, bene quia sufficit summariè probare Franc. Marc. q. 164, p. p. nu. 4, & q. 626, p. 2.

10 Num. 18,] Absens quando quis dicatur Carauit. rit. 266, nu. 1, Scaglion. 264, nu. 2, & Grat. discept. forens. 230 num. 20, vbi absens, vel præsens quis dicatur, & an sit sub eodem preside, nec ne in materia præscriptionis fideiussorum, & similium, & de absente causa studiorum quod præsens dicitur vel militiæ Menoch, cons. 182, lib. 2, & quod quinque modis dicitur absens quis Cauens. d. loco nu. 6,

Et nota quia habuimus in R. A. quem non dici absentē à loco in quo reliquit patrem, aut filium arg. l. cum scimus §, sicut C. de agricolis, & censit. lib. 15, Paschal. de patriæ potestat. p. 4, c. 10, nu. 21.

Non dicitur tamen absens qui est in eadem prouincia ab vno Præside, siue Prorege gubernata Gizzarell. decis. 42, num. 15, & 18,) & quod absens nō dici-

dicitur qui est in Regno Nouar.2.p.q. forens.71,nu.6. & vide de absentiarũ rum generib. per Baiard.ad Clar.q.34 num.1.

11 Num.19.] Absentiæ allegatio quid operetur) nota absentiæ, vel infirmitatis causa recedi à regulis iuris communis vt D.R.Tappia decis.Ital.9,nu. 9, inde de eius priuilegijs Menoch.q.80, in tract.de arbitr.num.138,cum declarat.in num.sequentibus, & vide nu.86 & D.Consil.Theodor.alleg.56, prout inter alia priuilegiatur absens, quod oblato saluo conducto tenetur credere Baiard.ad Clar.q.34, num. 18, inde habes decis. S. C. penes doctissim. D. meum R.Tapp.55, de absente assecurato ab amico litteris, vt veniret quibus dicebatur obtentam fuisse gratiã à Principe quo iubente fuerat captus à familia M.C.in causa Francisci Nuzzi qui multatus fuerat à M.C.quod per 20, fere annos Romæ incolatum haberet, & cum amico commiserat,vt gratiam ab Excellentissimo obtineret qui rescripsit gratiam,& criminis abolitionem obtinuisse, tutum perinde futurum accessum,ille credens venit Neapolim abscondito tamen in quadam amica domo receptus amicus vocati iussit,vt gratiã videret, qui statim aduenit, & mane sequenti litteram allaturum spopondit venerat actata dies, & vt de sollemnitate, & validitate litterarum Regiarum constaret causidicum amicum requisiuerat, vt ipsis ab eo lectis,& probatis, lętus patriæ laribus gaudere potuisset, cumq; amicum expectasset proditor ille satellites secum duxerat, & ad carceres duxerunt, exclamabat infelix, & cũ fuisset interrogatus rem taliter enarrauit, ac proditoris litteras exhibuit quibus fretus nullam aliam defensionem exhibuit, vnde M.C.ad triremes perpetuo damnauit,sed causa ad S.C.per appellationis remedium dicebat, tali viro credidisse,prout credere tenebatur, & proinde per S.C.fuit decisum,vt redeat in suam causam.

12 Non operat tamen absentia quando quis est conuictus, vel visus tempore delicti, vt D. meus R. Tapp. decis. S.C.16,num. 18,& vide Baiard. ad Clarum quæst.34,num. 9.

13 Hinc effectus absentiæ est, quod absens cum licentia dicitur seruire, & ideo Doctor, qui morari debet ad legendum si habuit licentiam in eundo, & redeundo debet habere salarium, Bald.in l.si ea in fine, vbi addentes C. de condit.insert. Roman.in singul.453 & ibi addentes Dec. cons. 70, num. 2, Cagnol.in l.diem functo num. 189. ff. de offic.assessor.qui alios allegat idem in officiali firmat Paris de Puteo de sindicat.in verbo licentia num. 3, fol. 188, à tergo in paruis, dummodo dans licentiam habeat talem potestatem, vt ibi sequitur prædictos Gratian. in decis.200,& Marc. Ant. de Amatis in decis.52,idem de stipendiario pro tempore,quo absfuit de licentia sui superioris salarium deberi scribit Glos.in l. desertorem §, ad idem ff. de re militar. quam singularem dicunt Bald. & Roman.in locis supra citatis refert, & sequitur alios allegandos Surd. in tract. de aliment.tit.8,priuileg.97,num.8,& fusius in cons.114, vol. 1, Capibl in singul.107,& latè in singul.137,vide in notabili casu D.de Ponte in cons.92 & multa apud Ioan.Bapt. Cost. in tractat.de port.rat.q.93,præsens enim dicitur in loco qui abest de licentia sui superioris, vt per Surd.in dicto priuilegio num.7.an salarium debetur absenti tempore vacationis Cagnol. in d.l. idem functo num.190.tenet, quod sic reddit rationem, quia seruitium non impeditur propter dictam absentiam & dicit ita seruari Paduæ refert, & sequitur addit. ad Roman. in d. singul. & Stephan.Gratian.in loco cit.num.6, abesse enim non dicitur qui rediturus est l.ex facto ff. de hæred. instit. Surd. in d.tract.tit.1,q.32,num.29,qui Ancharan. & Tiraquell.allegat nisi absentia prædicta esset affectata quia non prodesset l. & quia ff. ex quibus caus. prout pariter nõ iuuat absentia si quis reuersus velit contradicere parlamento,vt D.Capibl.in pragm.11, de Baronibus nu.129.

14 Num.20.] Absentiæ allegatio,quando non prosit) dixi in num.præcedenti & habes per Thor. p. parte comp. verbo absentia,& scripserunt DD. ad ornatum

natum cap. Regni post commissum per quod sancitum est nō esse admittēdam absentiam quotescumque inquisitus fuisset visus in die delicti, vel per diem ante delictum perpetratum.

Sed declara quod quamuis absentia allegata aduersus citationem ad informandum non admittatur si fuerit visus inquisitus eadem die, vel praecedenti tamen concesso tempore abbreuiationis Bāni in quo iterum citari oportet absentia admitti debet si fuerit allegata, vt decisum refert de Franch. decis. 589

Scias autem, quod si absentia non fuerit admissa per Iudicem ex quo delinquens fuerat visus in die delicti, vel ante si per maiorem Iudicem fuerit prouisum, vt idem Iudex prouideret super grauamine absentiae non admisse prouisione nō facta potest procedi ad sententiam foriudicationis, vt per eundem de Franch. decis 327

Non omittas hac de re amicum meum Nouarum q. forens. 148, num. 7, p. parte.

15 Num. 21, vsque ad nu. 27.] Sit tractatio abundè de exceptione hostica, quae datur quando aliquis est submonitus ex parte regis, vt accedat ad pugnandum contra hostes, nam si cōtingat iterum interim ab aliquo conueniri in causa ciuili, vel criminali quindecim dierum spatium datur ad eundum ad exercitum, & quindecim alij post reuersionem, & est immunis pro toto illo tempore, quo manet in bello, sed si fuerit miles voluntarius nō gaudet nisi tempore illo, quo in expeditione vacauerit, scripserunt Ricc. in collec. 2293, Caraba in singul. 63, vbi impedit accusationem obligationis, & liquidationē instrumenti; allegat Authorem hic, & vide Masullum ad Capic. in decis. 172 nu. 3, & 33, num. 1, & ita ego vti cōsultor Illustrissimi Marchionis Oriuli Praesidis Prouincia Barensis de anno 1628 cōsului, nō omittas Galterium in prac. crim. instrum. in rubrica verum debitor de persona comparens nu. 22, sed an tali exceptioni possit renunciari de Franchis decil. 164, cōtra scripserat Nouar. q. forensi 76, num. 3, & Giurba decis. 110, sed an posset opponi agenti pro dote in decis. 286, prout negat Capic. in decis. 172, competere exceptionem ipsam vxori militis, nisi sequuta fuerit eum in castris, vt in decis. 76 & huiusmodi exceptio non solum prodest principalibus, sed etiam fideiussoribus, vt per litterā Regis Roberti, quae incipit Ioāna de Austria, est verū, quod nō prodest, Author. in laudato teste Anna sing. 177, qui in alleg. 55, scripsit allegantē hāc exceptionem contra suos creditores agere posse contra suos debitores, & in tātum priuilegiatur exceptio hostica, quod etiam post cōclusum in causa potest opponi, quod fuit decisum in Collatterali Regio Consilio coram Excellentissimo Domino Prorege, referēte tunc Regēte Reuerterio, vt refert Nouarius amicus, & collega meus in forensi q. 58. libr. primo vbi assignat rationem, quia huiusmodi cōstitutio est fauorabilis, loquitur simpliciter, ergo debet habere locū in quacumque parte iudicij si opponatur, & ideo iusta hāc opinionem testatur seruari tàm in Sacro Cōsilio, quam in Regia Camera Summariae; Immo dicit etiam post sentētiam in Sac. Cōs. fuisse admissam dictam hosticam exceptionem in causa commēdatoris Rotę, & etiam Comites, & Barones cum sūt in exercitu nō possunt conueniri, dixit Bart. in l. qui collegio num. 1. ff. de excusationibus tutorum, Anna alleg. 75. num. 4. prout fuit practicatum in exceptione hostica opposita pro parte Principis Auellini cōtra Octauium Pisanū, nam per Sacrum Consilium fuit dictū debere obstare dum esset in bellicis rebus Mediolanum appulsus, & deinde Flandiae, D. meus R. Tapp. in cōll. hostici num. 9. Sed occurrit an possit opponi exceptio hostica aduersus apocam bancariam, cum cōstitutio loquitur generaliter vltra quod si verum est posse opponi aduersus liquidationem instrumentorum, vt diximus supra, tāto magis aduersus apocam idque difficultatum fuit de mēse Augusti respectu Antonij Garrofolli militis nouae militiae immo caporalis submoniti pro seruitio belli, & decidit Audientia Barens. ad mei relationem obstare, & si Aduocatus aduersae partis allegabat

bat prag. 64, §. 6. de officio procurat. Cęsaris per quam statuitur debitores vigore apocarum non audiri, nisi facto deposito, aut intra carceres, vt etiam portat pro motiuo Thorus tempestate mea eximius iure consultus in compend. iuris Regni 2. parte, vbi ex eisdem terminis apparet fuisse decisum in M.C.V.

Sed quęrat curiosus an exceptio hostica possit opponi per milites nauales, & maritimos, & dum Ripa dixit eum adde in l. miles ff. de re iudic. nu. 6, & latius in l. centurio ff. de vulgari, & pupillari, vbi quid in pedestribus, & in auctureriis, & quid in seruientibus per substitutum per Mormilem in alleg. cō stit. nu. 5, & pulchrè in fine non prodesse huiusmodi exceptionem, quando actor, & reus essent in exercitum, licet Capic. impugnare videbatur, proinde omnia vide Giurb. in allegata decisione 116.

16 Num. 27. 28, & 29.] Licet recorder supra tractasse plenius de infirmitate eius priuilegio, & probatione; tamen pro ornatu istorum numerorum non prætermittā infirmitatem esse habitū cuiusq; corporis cōtra naturam l. 1. §. sed si sciendum ff. de ædilitio ædicto qui sanè habitus contra naturam non in senectute est, cū illa ex natura sit tex. in cap. 1, §. sin autem episcopus de clerico ægrotante in sexto dum disiunctiuam ponit inter senem, & infirmum probatur in l. euidens ff. de ædilit. ædicto, cum Menoch. de arbitr. cas. 60. nu. 10. Infirmus enim is propriè dicitur, qui intrinseco morbo aliquo ex humorum excessu causato laborat Rip. in tract. pestis in principio nu. 2, & 3, id. Menoch. nu. 16. vnde priuilegiatur infirmitas, quod prębet causam monaco eundi ad religionem laxiorum id. Menoch. de arbitr. cas. 421, num. 16, & vt omnia habeas priuilegiari infirmum, quod factum ab eo præsumatur in fraudem, docuit collega meus nōnulli sunt dies l. filiæ meæ, vbi Imola ff. soluto matrimonio, & proinde ego dixi solutionem factam prælato moribundo ante diem nō nocere successori propter fraudem psūptā, Rota Auenionen. decis. 117. permutationem beneficij factam ab infirmo non carere in dubio fraudis suspictione, Rota 3. de præsumptionibus, & in decisione 178. confessio facta à Prælato in mortis articulo non præiudicat eius successoribus, & patet in decis. Rot. Pisanæ apud Martam 76. instrumentum reditus ad viginti per centum non posse rescindi tēpore mortis debitoris, nec ex capite assertionis, & ad decis. Annæ in singul. 533. omnes actus tempore mortis in fraudem iudicantur, & in decis. Rotæ 1340, part. 3. renunciatio beneficij facta in infirmitate, quod non teneat si renuncians moriatur ante triginta dies sed si vis videre infirmitatem quando excuset a contumacia addas Carauitam in ritu 269, nu. 24, & quod possit & debeant infirmi carcerati relaxari dixi alio loco, & longa serie cumulat Baiard. ad Clar. in q. 34. nu. 23, vbi nu. 7. infirmitatem, & absentiam citati posse per quemlibet allegari, & infirmitate citati allegata quid sit agendum in nu. 19, & de infirmitate probanda in num. 21, vltra Mascard. de probat. conclus. 897, & pariter de infirmitate suorum quando excuset in num. 22, vt ego copiosè retuli in decis. eximij viri Gizzarelli 30, ibi de Pręside qui discessit à Prouincia sibi commissa absque Principis licentia ob infirmitatem propriam, aut filij, & patet pariter priuilegiari officialem ob infirmitatem, quia & si remoueatur ab officio, tamen ei debetur salarium, vt dixit Capibl. doctissimus I.C. particularis meus Dominus in pragm. 5. de Baronibus nu. 118 & vidi ego practicatum in personis Consiliariorū Pirri Pagani, & D. Aloysij Valcarcel, & penes eum pariter in pragm. 10. nu. 122. quando excusentur à muneribus personalibus infirmi, hæc placuit hoc loco esse collecta pro amico lectore, vltra quæ superius in titulo notatos capiat de persona 2 numero 113, & sequentibus collexi. Cætera tu ingeniosè addas.

17 Num. 30.] De muliere pregnante, quod nō teneatur comparere) adde proinde mulier pregnans etiam tēpore puerperij pōt examinari ꝓ testinonio

S dummo-

dummodo ad eam notarius trasmittatur, Franciscus Marcus decis. 182, part. 2, sed Felinus in cap. quoniam cum frequenter in litrera contestata, & Florianus in l. inuiti de testibus tenent pregnantem non posse cogi ad se examinandam vti valetudinariam, quod intellige secundum Baldum in l. 2, §, si non propter ff. si qs cautionibus, quod non teneatur comparere personaliter in iudicio etiam, quod esset pregnans ex alio, quam marito, sed ei debet mitti Iudex ad domum, vt iuret, & depo- net, vt per Bertacchinum in verbo mulier pregnans, & concurrendo cum D. Authore, nisi quando esset mulier rustica, & valens vt eo tempore portet onera, Iason, & Fulgosius in l. 2, ff. de in ius vocando, & Rebuff. in 3, tom. cōstitutionum de excusationibus nu. 42, & sic non est verum illud, quod dicunt vulgares pregnantes non posse cogi ad iurandum prout mulier pregnans non potest torqueri, etiam quod esset pregnans ex alio, quam marito, & in carcere concepisset etiam fraudolenter, & dolosè causa euitandæ torturæ, etiam quod esset pregnās de pauco tempore puta decem, vel viginti dierum; casus accidit in R. A. Barensi tempore mei Auditoratus existente carcerata Antonia de Sellittis, quæ tempore carcerationis non erat pregnans, & post menses quatuordecim defensionis reperta fuerit pregnans, adeo quod vocata quadam die in camera cordæ impedita fuit tortura ipsa, ex eo, quod allegabat se pregnantem dum allegaui colleghis, Baldum in l. imperatum la seconda ff. de statu hominum, Gomesius de delictis c. 13, num. 37, Iodoc. pract. crim. cap. 41, num. 6, Ioannes de Anania in cap. intelliginius nu. 7. de his qui filios occiderunt, Corrad. in pract. tit. de negat. criminis nu. 34. Brunus in tract. de inditijs q. 4, par. 2, & Carrerius in practica crim. in l. obseruare nu. 180, vers. item excipitur pregnans, & sic recepimus depositiones medicorum, obstetricium, quæ testatæ fuerūt, quod erat pregnans quæ adhibēdæ sunt quotiescumq; dubitatur etiam mulier si sit pregnans, nam illi sunt consulendi, & de credulitate debent deponere Cassaneus in tract. de tormentis cap. 10, nu. 6, Bertacchinus in repertorio verbo fœmina nu. 13, dicit, quod ipsa mulier creditur per tres menses Paris in tract. de sindicatu in verbo tortura versic. officiales posuit ad cordam vbi habetur an officialis teneatur in sindicatu, qui tormentauit mulierem pregnantem, quæ fecit abortum adhibito prius medico, qui dixit se credere non esse pregnantem, & nec etiam fustigaui potest mulier pregnans Marsil. in l. 1. nu. 22, ff. de questionibus, & adhuc mulier pregnans non potest condemnari, & puniri corporaliter, vt puta relegationis si verisimiliter causetur, aliquod periculum in partu, quia mulier fit debilis & nō solita iter facere etiam quo esset pregnās ex adulterio, vt in carcere concepisset malitiosè, & euitaret pęnam Gomesius de delictis tom. 3, cap. 13. nu. 38. Inde exequtio sentētiæ statim post partum fit' si; ad mortem naturalem fuerit condemnata, si vero ad aliam pęnam corporalem debet differri, donec sit fortis, vt possit eam sine periculo mortis pati, & si filius natus habet vnde possit alimentari, debet queri nutrix, quæ ipsum alat suis expensis, si vero nō habet bona, & nō reperiatur nutrix, quæ illum gratis nutriet debet solui de publico, & si nō reperiretur nutrix pretio, nec gratis, illa mater cōdēnata debet seruari, & exequtio sententiæ differri, vide curiosum quomodo probetur pregnantia Mascard. de probationibus cōclus. 1208, & si mulier bānita pregnans possit occidi per Nellum in bannitis de 2. par. temporis nu. 39, & 45, & Baiard. in §, homicidium num. 224.

18 Num. 31.] Exceptio infirmitatis nō operat si malitiosè fuerit allegata, facit de absentia citati personaliter malitiosè, vt Carau. in ritu 266, num. 7. vt puta cum allegatur infirmitas, & non reperitur vbi sit infirmus, Iudex dictam excusationem admittere non tenetur, & poterit procedere ad contumaciam cum præsumatur eo casu excusationem infirmitatis malitiosè propositam, vt in num. 37. Author quem allegat Baiard. ad Clar. in q. 34, nu. 20, vnde quando allegatur infirmitas per car-

carceratum, & petit liberari à carceribus, ne ibi moriatur debet esse Iudex diligens, & multum circumspectus, quia sępe carcerati fingunt infirmitatem, vt excarcerentur, & eo casu debet medicum, siuè medicos peritos adhibere, qui nō fallāt, nec fallantur, & facit scribi in actis eorum relationes cum iuramento, & si ex causa ciuili essent carcerati faciant requiri creditores, vt Paris de Puteo de sindicatu in verbo tortura vers. officialis posuit ad torturam nu. 1, & denunciatio facta per medicū nil operetur, nisi diligens inquisitio ipsius Iudicis precesserit, & medici vtrū sit infirmitas simulata, vel vera, Corsetus in singul. in verb. medicus Bartol. in l. semel C. de re militari lib. 12. vbi Lucas de Penna dicit, quod Iudex vltra denuntiationem medici debere despicere dictum carceratum ne deciperetur.

19 Num. 32.] De officio Iudicis allegata infirmitate, dic, quod Iudex procedens ad condemnationem ea allegata facit sententiam nullam ex capite restitutionis in integrum Bartol. Iason, & alij in l. 2. §. si quis in iudicio ff. si quis cautionibus, & in l. 1. de restitutione in integrum, & ibi q quando infirmitas esset leuis, vel febris quartana, per Od. in tract. de restitutionibus q. 11. art. 6 7, & 8.

Num. 33.] Faciunt allegata in numero 31.

20 Num. 34.] De infirmitate vxoris, vel filiorum, si excuset citatum non comparere Iason, & alij in l. 1. colum. penultima ff. de officio eius, & in l. 1. columm. 2. ff. de in ius vocando, sed Rebuff. in commento constitutionis Frāciæ in tract. de excusationibus nu. 31. vol. 3. dicit, quod ita generaliter de suis nō est verum, sed tantum de Patre, & filio, viro, & vxore, sed hodie vix excusatur quis ob duram valitudinem ob mortem Patris, matris, aut vxoris Carau. autem ritu 269. nu. 24, in fine dicit quod ne dum, vt ait Rebuff. vix quis excusaretur, sed commutaretur risus omnium in tribunali estantium, si in casu, vbi citatur quis vt Pater compareat, excusaretur propter infirmitatem prędictorum, quia pract. Regni Neapolitani nō vtitur talibus excusationibus immo ob fraudes, quæ fiunt quotidie in excusandis citatis magna cum difficultate admittitur excusatio propriè infirmitatis, attendas tu tamen qualitatem causæ pro qua quis citatur, & ideo dico, quod non malefaciunt Iudices, si citatis breuem dilationem concederent ob grauissimam infirmitatem parentum, & filiorum, aut vxoris, si fisco per dictam dilationem præiudiciū nullum infereretur, quia si non concederetur potius sęuitia, quam iustitia dici possit attende ergo pariter, quæ dixi in addit. ad decis. Gizzarel. 30 quod permittitur discessus officialis à Prouincia non expectato successore, & absque licentia ob infirmitatem suorum.

21 Num. 35.] Dixi supra in præcedentibus numeris de remedio ne malitiosè proponatur infirmitatis, tu proinde quomodo probes infirmitatem, & malitiosè fuisse propositam; addas Mascard. de probationibus conclus. 896. vol. 2.

22 Nu. 36.] De isto banno habes pragmaticā primam sub tit de chirurghis, & barbitonsoribus, vbi expresse caue- quod chirurghi, & barbitonsores nequeant vulnera curare, & medicare, nisi facta relatione, vt refert Nouar. collega meus, vbi refert, sed non de modico vulnere in quęst. forens. 54. prima part.

23 Num. 37.] Dixi in præcedentibus numeris.

23 Num. 38.] Quod clerici sint exempti à iurisdictione laicali, patet quia Summo Pontifici subditi sunt, vt dixit Ioannes Papa in cap. si imperator 96, vide Ambros. de imm. eccl. c. 6. num. 4 Intrigl. singul. 82. nu. 3. lib. 1. & in cas. cons. c. 8. num. 104. inde clericus neque volens non potest se obligare in Curia sęculari de Ponte cons. 156. nu. 22. vol. 2. Modit. lib. var. resolut. §. lex est dub. 47. nu. 9, & 10. Negus. disp. 33 nu. 7, & q. 278, nec in contract. bullari potest se intromittere iurisd. bullari In Intrigl. super bullar. lib. 1 q. 6.

24 Et cum clericus non declinat forum laicale, puniatur, adde Farinac. decis. 612. Graff. lib. 4. decis. cas. conscient. c. 18. nu.

18.num.27,Glorit.respons. 13.nu. 6. dicitur enim tunc transgressor canonis Baiard.ad Clar.§.fin.q. 36. num. 11. Thom.Zerul. in praxi episc. verbo Iudex nu.19.Menoch.caf.430.nu.2,& 3 Scacc.de iudice p.p.c.11.nu. 46. Afin. de exeq.§.6.c.49.nu.9.inde clericus citatus coram laico Iudice differens producere, & præsentare bullas clericatus si postmodum petierit remissionem ad suum Iudicem cōdemnandus est ad expensas Bellame.decis.226. Cassad.decis. 3. tit. de appellationibus Cappella Tholos.decis. 165, & ibi Aufrer. alios allegans, Anna singul. 131, & Gram. decis.29,nu.7,sed tales expensę taxantur à Iudice ecclesiastico, Dec.cōs.241 Gram. rit.18.n.16,est iterū tñ q̄ dicta cōdemnatio, & taxatio expēsarū faciēda sit per Iudicem ecclesiasticum Gramat.voto 18.nu.16.Dec.cons.241, & rationē affert Farinac. q.8 nu.17.

25 Num.39.] Quod comparere non teneatur clericus citatus pro causa criminali per Iudicem laicum ad allegādam fori declinatoriam Archidiacon. in c.placita 15.q.4. Afflict. in constit. Regni priuilegia nu.5. Gram. cons. 1. nu.44,& 45.Guid.Papa q.450. Aufre. ad Cappell.Tholos.decis. 165, & ex hoc dicunt admitti procuratorem, vel alium loco citati clerici absentis ad allegandam fori declinatoriam, & producendas bullas, vel scripturas clericatus Innocent. in c.veniens extra de testibus Guido Papa decis. 338. num. primo.

Verum supradicta vera sunt de iure communi secus autem de iure Regni Neapolitani D.R.Rouit. qui omnia sciuit in pragm.15. de militibus num. 45.quia per ritum 136.procurator,nec alius in causis criminalibus admittatur nec ad media causæ item per alium ritum 230. vbi allegaturus declaratoriā fori non auditur, nisi personaliter compareat per ritum 235. quo disponitur nullum clericum audiri nisi personaliter compareat cum documentis clericatus,& ita voluit Author hic in dicto verbo audiantur excusatores num.39. Prosper Carauita in d.rit. 230.in prin. in ritu 336,& in ritu 269.nu.2. vbi dicit ita seruari in omnibus Curijs Regni sed Vincent.de Franchis in decis.Neapol.329.tractat an, & quando si citetur clericus tanquam laicus per Iudicē temporalem admittantur scripturæ concernentes exceptionem fori declinatoriam per procuratorem,vel alium ad impediendam contumaciam, & cōcludit in primis citationibus non admitti,secus autem in citatione ad foriu dicandum, quia tunc ob graue periculum, quia condemnaretur clericus ad mortem recipiuntur, & ita seruatur in regno in maioribus Tribunalibus,quod eo magis admittitur, quia si in primo casu accusata fuisset contumacia, pęna & multa non exequitur, sed docto de clericatu nulla declarantur acta, & nō ex igitur multa ex contumacia iuxta tradita per Guid.Papa in d.decis.Gratianop.450,& repertis bullis,quæ veritatem contineant suspenduntur acta, vt per Vinc. de Franchis in dicta decis. 329 in fine,& tam ritus præfati, quam decisionis meminis Petrus Barbossa Lusitanus in l.titia in prin. nu. 24.31. ff.solut.matr.

Tamen in Gallia ad opponendam exceptionem fori declinatoriam ex parte clerici,vel per eius procuratorem nō fuit admissus citatus à Curia prophana arg.l.si quis ex aliena ff.de iud. per Arrestum Senatus Parisiensis, vt per Ioan.Papon.Arrestor. Curiæ lib.7.tit. 7.Arresto 5.

26 Num.40,& 41.] Vide Aufrer. in tract.de potest.laici super person. ecclesiastic.regul p.lim.5.nu.13. in 16. tomo tract. diuers. carta 287. Vbi dicit tunc habere locum quando clericus est verbaliter depositus,& postea excommunicatus, & deinde crescente contumacia anathemizzatus Rim.Iun.cons. 685.nu.44.lib.6.Cened.coll. iur. can. coll.37.nu.12.p.p. & Cass. in consuet. Burgund.rub.1.§.5.nu.57. vers. nono fallit.cart.mihi 196.

27 Et aduerte clericum tunc dici incorrigibilem quando à suo Episcopo ter monitus, & reprehensus non se emendat,& desistit à delictis c.contingit el 2.de sent.excommun.Farin.q.8. num. 44,& seqq.

Item qui pęnitentiā sibi iniunctam ob aliquem excessum non exequitur, vel

vel se occultat,& tergiuersat Detian.loco cit.nu.130.

Vel qui committit crimen depositione dignum, & postquam est depositus dicitur incorrigibilis,& propterea excommunicatur c.cum non ab homine de iud. vel qui enormitatibus ingerit, & se immiscet c.perpendimus de sententia excommunicatio Boss. de for.compet.num. 134. 139,& 140,& Scaccia de iudic.p.p.cap.11.num. 62, & 63. vbi vlterius dicit, quod si delictum per clericum commissum non est enorme, & sæuum,inde ad hoc vt clericus dicatur incorrigibilis requiruntur plura delicta, & vnum non sufficit Couarr. libr. practic. quæstionum c.32.num.20.Roland. à Valle cons.4. nu.32.lib.1.

Et quando clericus committit vnicum delictum, dummodo delictum sit sęuum & enorme, & taliter declarat Episcopus,& in talibus delictis enormibus, & grauissimis non est tunc necessaria perseuerantia, & reiteratio delictorum ad hoc, vt clericus dicitur incorrigibilis Guglielm. de Benedict. in cap.raynutius in verbo vxorem nomine Adelasiam decis. p.num. 149. de testam. Boer. decis. 69. num. 16, & Scaccia cap.11.nu. 64,& 65. q ponit exempla delictorum enormium & sęuorum,& num. 66. dicit quod de consuetudine seruatur, quod clericis propter enorme, & sęuum delictum relinquitur puniendus Curiæ sęculari etiam pęna vltimi supplicij Diaz in practica criminal. cap. 290. Detian. in cap. at si clerici col. final. de iudic.

Vel dicas clericum dici incorrigibilem quando perseuerat in delictis licet non sint eiusdem generis, & qualitatis, sed diuersę, vt si commiserit homicidium, furtum, vel asportauerit arma,& similia patrauerit dummodo delicta sint plura Detian. tractat. crimin.parte prima l.4.c.9.num. 130.

Nec est opus vt sint plura atque plura delicta, vt clericus dicatur incorrigibilis, sed sufficit sint duo Clarus quæst. 36. vers. quodãmodo Farinacc.quæst.8.num.55, & Scacc. tract. de iudic.p.p.cap.11.num. 63, & 67. vbi dicit, quod in hũc articulũ melius est, ac tutius relinquere arbitrio Iudicis Ecclesiastici, qui secundum qualitatem facti, ac personarum decernat, an ita delinquens debeat relinqui Curiæ sęculari, an non & quod Episcopus non possit cogi ad illos remittendum, & degradandũ pro vnico delicto Couarr.practic.quæstionum cap 20, nu. 7.Clar.quæst.36.vers.pariter in fine, & huic opinioni videtur assentire addit.ad Angel.in tract. de malef. verbo & ibi Caput nu.45.

Ego tamen dicerem incorrigibilem dici qui correctionis suæ, & melioris vitæ nullam speciem reliquit Deci.in cap.cum non ab homine num.17. de iudic.

Et quod constent delicta contra clericum,vt dicatur incorrigibilis cum non sufficiat esse inculpatum Celsus Vgo cons.63.Alex.cons.72.col. 1, & 2. vol.1,& quod sententia nempe Iudicis Ecclesiastici fuerit subsequuta Auth. meus hic Capic.decis.112.nu. 6. Clarus q.36.nu.29.& licet contra tenuerit Farinac.q.8.nu.31. tamen nostra opinio est magis recepta,vt recenset Gras. de effect.cleric.eff.1.nu.89, & per alios plures.

28 Num. 42.] De clerico quando dicitur incedere in habitu, & tonsura, & num. 43. quod si Iudex ceperit clericum debet describi facere particulariter cum quo habitu fuit captus, quia non statur eius dicto, quod non incederit in habitu ponderauit Baiardus ad Clarum quæst. 36. num. 15, & 16, & vide Ricc. collect. decis. 1051. Clerici quando in habitu & tonsura incedere debent,& in decisione 290. parte 4. vbi latissimè omnia.

Vnde habitus clericalis cuius coloris esse debeat, & quomodo cum de iure antiquo esset amictus linea tunica super quibuscumque vestibus, vt Dominus Reg. Tapp. in Auth. ingressi verbo monasteria c.1,nu. 22.C. de sacros.eccles.qui tamen hodie non defertur idcirco est attendenda consuetudo regionis in qua clericus reperitur Glos. in c. pen. in verbo decratis

T de vi-

de vita, & hon. vbi dicit ad cognoscēdū an aliquis incederet in habitu, & tonsura clericali videndum esse an ille qui in tali habitu incederet prima facie si videretur à populo iudicaretur clericus habui in quadam disputat. ex Glos. in clem. 1. in fin. de electione. Cappell. Tholos. decis. 227, & 252. Couarr. pra-ctic. qq. c. 31. vers. 4. illud Farinac. q. 8 num. 69, & Detian. tract. crim. p. p. lib. 4, c. 9, num. 69. vbi dicit quod omnis habitus honestus dicitur conueniens clericis dummodo non sit à consuetudine reprobatus) vide tamen curiosè formam habitus clericalis in c. pen. de vita, & hone. cler. vbi habetur, ꝙ vestis debet esse clausa desuper, nec nimis lūga, nec nimis breuis c. contingat interdum de sententia excommunicationis, vbi DD. dicunt quod clerici debent deferre vestes vsque ad tallos, vt Menoch. de arbitr. cas. 392, num. 2, & Masconus in tract. de maiest. milit. eccles. lib. 1. p. 2. c. 2, vers. de habitu autem carta 412, vbi dicitur quod vestes talares vsque ad pedes, vel quasi iuxta rationabilē mensuram, color vero vestimentorum debet esse potius niger, quā aliter Masc. loco cit. est verū tamē quod aliqui colores sunt clericis specialiter interdicti, vt est rubeus qui permittitur solum Cardinalibus, & viridis, qui conceditur Episcopis tantū c. pen. de vita, & honest. cleric. Scacc. de iudi. p. p. c. 11. num. 85, & 86. inde sicuti clerici prohibentur deferre aliquos colores, ita etiam aliquas vestes, & ornamēta, vt manicas pileum, epitocchum, seu tabarrum foderatum vsque ad oram calligas saccatas, & indumenta aperta c. pen. de vita, & honest. Menoch. cas. 392,) & vide de pęna clericorum vtentium talibus coloribus, & vestibus in c. quoniam de vita, & honest. vbi Vital. Clar. q. 36. nu. 11, Cappella Tholos. decis. 223, nu. 6.

29 Et de tonsura addas Masull. ad Capic. decis. 161, num. 10, & facit quod percutiens clericum in habitu laicali excusatur Giurba cons. crim. 38. num. 8.

30 Num. 44.] Quæ sint delicta grauia, & quæ leuia Menoch. cas. 266. Baiard. ad Clar. §, 1. nu. 9.

31 Num. 45, 46, & 47.] De clerico si perdat priuilegium fori per plura delicta commissa, vide quæ dixi in præced. num. de clerico incorrigibili vbi latissimè.

32 Num. 47.] De clerico incedente sine habitu, & tonsura, & immiscente se enormibus si perdat priuilegium, iam satis abundè supra diximus circa habitum, & tonsuram, sed cum immiscuerit se enormibus dimisso clericali habitu casus euenit dum homicidium commisit, & in actu aufugiens seculari habitu indutus, fuit decisum in S. C. esse remittendum ad Sacr. Cons. quia fuit habitum pro vero non habuisse animū dimittendi habitum, sed potius deponendi, vt cōmodius delictum committeret D. R. Tapp. in const. de personis nu. 37.] Sed quid in enormi delicto criminis læsæ maiestatis Monfor. in d. const. regni de personis dicit fuisse obseruatum contra clericum, vnde quidā clericus fuit tortus, & decapitatus de Franch. decis. 691. subdens idem fuisse obseruatum tempore Principis Salerni sed mihi nunquam placuit opinio hæc motus duplici rationen. Primo, quia ita tenuit Rota, nam Farinacc. in eius collec. & propriè decis. 241, vol. 2. refert Rotam tenuisse clericum nō incidere in crimen læsæ maiestatis.

34 Secundo, quia à nō subdito non cōmittitur crimen læsæ maiestatis Rub. decis. 31. per glos. celebrem, & magistram in clem corporali vers. subditus de sent. & rei iudic. Fab. decis. 10. C. ad l. iul. maiestatis, qui refert in illo Senatu decisum, quod qui nō est subditus nisi ratione feudi non dicitur committere crimen lęsę maiestatis quamuis possit predicto feudo priuari, sed si ab omni difficultate velis exire addas de Ponte decis. 9. qui refert annis elapsis in tali crimine cōtra clericos, & monacos fuisse de licentia Summi Pontificis processum per Iudicem laicum insimul cum Iudice Ecclesiastico in rebellione Calabriæ.

35 Et quando clericus se ingerit enormitatibus, & ter est monitus, & non est in sacris an perdeat priuilegium Gomez. variar. resolut. tom. 3. tit. quando reus gaudeat immun. eccles. Facchin.

contro-

controuerſ. iuris 28. Farinac. q. 8. nu. 6.

36 Num. 48.] Clericus in minoribus constitutus quando fori priuilegium perdat Ricc. coll. 1610, dic cum non habeat beneficium ecclesiasticum, vel alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi non inseruiat secundum Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6. Ricc. coll. decis. 2606, & adde vel non deambulauerit in habitu, & tonsura Guttierez de contract. iuratis c. 17. nu. 13 Baiard. ad Clar. q. 36. nu. 27. Menoch. consil. 912. nu. 34, & 35. lib. 10. vbi dicit, quod tunc non requiritur alia monitio Farinac. q. 8. nu. 5. in fine, & 66. Intrigliola singul. 138. num. 5. libr. 1. Nauar. consil. 25. num. 2. in tit. de priuil. 2. tomo. Hinc vide Bertacchin. loquẽtem de iure communi, quod si clericus incedit cum habitu sine tonsura, vel cum tonsura sine habitu nõ gaudebit fori priuilegio c. si Iudex laicus de sententia excommunicat. in 6. Cassan. in consuet. burgund. rub. 1. §. 5. num. 58. carta mihi 197.

37 Num. 49.] De clerico deferente arma post trinam monitionem, quod auferantur patet ex pragm. 6. de cleric. & diacon. ſiluatic. & ibi D. R. Rouitus qui ponit an si in vagina adessent ornamenta prętiosa, an illa etiam deberent auferri, & dicit quod ex Afflict. in §. si quis rusticus de pace tenenda num. 11.

38 Num. 50.] Breuiter pro ornatu materię excommunicationis, vide Ianuẽſ. in praxi canonica c. 7. num. 1, & sequẽtibus, & c. 23. Nouar. coll. 43. num. 3. vbi excommunicatio est gladius spiritualis qui in coll. 219. nu. 23. excommunicatus non est idoneus testis, & vide plura per D. R. Rouit. in pragm. 38. de off. procurat. Cęsar. num. 27. qui in pragm. 1. de ecclesiast. perſ. num. 5, excommunicatus etiam laicus non potest esse Iudex, & si excommunicari possit sine præcedente citatione ex sola informatione Episcopus Capibl. de Baronibus in pragm. 8. p. 3. nu. 35, & vide Ricc. coll. decis. 2729. quando excommunicatus per se, vel pro alijs intercessor esse possit, & de excommunicationib. Papæ reſeruatis coll. 3060, & quando citatus domi possit excommunicari in coll. 2051. & plura de materia excommunicat. in coll. 2462.

39 Num. 55.] De clerico illegitimo, & si habeat electionem fori discurrit) addas Gratianum omnia notantem in discept. forenſ. 218, per totum vbi, & quis dicitur illegitimus, & quando dispensatus ad clericatum possit obtinere pensionem, & quod cum Papa illegitimum promouet dispenset eum, & efficit habilem ad alia cum pluribus alijs, & in discep. 754. n. 19. & Illegitimi quando fiant per matrimonium clandestinum.

40 Et vide omnia quando clericus gaudeat fori priuilegio per Ricc. coll. decis. 2606, & 2283, & 2303.

41 Num. 56.] De clerico exercente artes viles quando perdat priuilegium clericale Borrell. p. p. summ. decis. tit. de episcopis; & clericis, & addas Ricc. coll. 1610. quando clericus ammittat priuilegium clericale.

42 Num. 57, 58, 60, 61, & 62.] De tractatione carcerationis quando excuset aliquem à comparendo, adde & cum non fuerit affectata, & Carauit. rit. 269 latè, quia tunc non excusat, & facit etiã quod effectus carcerationis affectatæ operãt, vt non remittatur causa Baronibus, vt exemplum est, quod pro habẽda remissione necesse fuit quem esse carceratum vt Carau. rit. 205. num. 4, & cit. rit. 269. num. 15, vbi de obseruãtia Baiard. ad Clar. q. 38. in fine prag. 6. §. item quod gubernatores tit. de officio iustit. pendente articulo super remissione reus stare debet carceratus, vel à Iudice remittente, vel à Barone petente remissionem inde dato, quod Baro est concordatus cum carcerato, vel re vera non est in fortijs causa non remittitur) inde obseruatur pręsentata fide carcerationis authentica facta ab officiali expediri statim prouisiones, vt detineatur nomine R. A. vel Vicariæ, vt practicaui ego dum præsentia scribo in hac Audientia Hydruntina, & multoties mitto commissarium exploratorem ad videndum si carceratus est in fortijs Petra ad Gramm. deci. 26.

Inde quando propriè dicitur carceratus in terminis istorum numerorum, & di-

& dicas, qui sub claue stat, quia si detinetur sub fideiussoribus per Ciuitatem siue territoriũ exceptio carcerationis tunc non excusat, quia potest comparere si vult, quia non tenetur in vinculis, nec poterit a Iudice inferiori molestari super contrauentione fideiussionis) cum qui vadit ad superiorem nõ fugit, nam Iudex maior prouideret ne molestaretur, quia con paruit coram eo, vt in dies ego expedio in hac Audientia Hydruntina prouisiones, & expedij in Audientia Barensi annis elapsis, & fuerunt postmodum confirmatę per Collaterale Consilium in contradictorio partiũ, & si ex ore sollicitãtium causas currat dici carceratum, qui stat per palatium, qui est sub fideiussione, & qui se obligauit ad omnem Curię mandatum Franch. decis. 709. nu. 10. Ann. cons. 140. num. 11. p. 2.) Cumia de sindicatu c. 4. nu. 5, & 8. Caball. resol. crim. casu 8. nu. 13, & Mastrill. de indultu c. 12. nu. 4. & 5. & de exceptione capetiuitatis, quod impediat contumaciam D. R. Tappia decis. S. C. 54. num. 5.

43 Num. 63.] De Baronibus habentibus priuatiuam iurisdictionem in suos vassallos, quod possint petere remissionem vassallorum) de effectu istius iurisdictionis priuatiuè, videndus est Roland. cons. 80. nu. 8, & Gramm. vot. 28. nu. 8. inde exemptus à Principe cũ reseruatione recognoscendi per ipsum, & quod nullus alius posset se intromittere non poterit prorogare alterius iurisdictionem absque Principis licentia a Panormit. & Felin. in c. significasti de foro competenti, & ib. Marian. num. 4. Abb. in c. fin. tit. eod. nu. 35. quod potest practicari in officialibus regijs perpetuis exemptis à iurisdictione, & cognitione aliorum, qui etiam si voluerint prorogare iurisdictionem Proregis non poterint, vti exempti prout si specialiter Princeps inhibuisset Dec. cons. 18. Natt. cons. 82. Cabed. decis. 22. Affl. d. 354. num. 15, & Capic. decis. 9. nu. 15, quia vbi iurisdictio datur priuatiuè nõ poterunt alij cognoscere Felin. in c. cęterum de iudic. Ruin. cons. 7. lib. 4, & Cabed. alleg. decis. nisi nõ opponeretur de tali priuilegio, vide omnia per Capibl. D. meum meliorem omnium in prag. 9. p. p. nu. 106. per plures sequentes.

44 Nu. 64.] De fure contrectante rẽ furatam, quod illius Iudicis sit cognitio vbi res furata asportata fuit) adde Bart. cons. 9. inter cons. crim. diuers. magnæ impressionis tomo primo Baiard. ad Clar. q. 38. nu. 45.

45 Num. 65.] De hac materia vide de Franch. decis. 66, etiam permissi Baroni inquirere vassallum extra territorium delinquentem non habenti priuilegium cognoscendi delicta extra territorium, qui in decis. 426. adhuc quod Baro habuerit priuilegium cognoscendi de delictis suorum vassallorum extra territorium, si illi fuerint latrones stradarum non remittuntur Auth. hic num. 89.

Et pro principali conclus. D. Auth. mei hic addas Gram. decis. 30. Carauit. rit. 205. num. 3. & pragm. 6. incip. pro bona §. item quod gubernator de officio iustitiarij, & quando iurisdictio priuatiuè, vel cumulatiuè concessa dicitur, vide Capibl. p. p. de Baronibus verbo iurisdictio in indice.

46 Num. 66.] Iudicẽ delicti esse competentem est triuialis conclusio, vt recitaui in Prato meo in auth. qua in Prouincia C. vbi de crimine agi oporteat ex ratione vt ceteri timeant, & vt consulentur parentes offensorum inde puniuntur Iudices non remittentes ad locum delicti inquisiti.) De inobedientia Iacob. beluis. in c. Romana §. contrahentes nu. 113. de foro cõpet. lib. 6. Scapp. tract. iuris non scripti lib. 5. c. 8. nu. 9, vt ex pragm. Caroli V. quæ est 5. sub tit vbi de delict.

47 Num 67.] Rex dat iurisdictionẽ cũ penes ipsum omnes sint) sciunt famuli mei dormientes, & addas Borrell. p. parte summę decis. tit. de iurisdictio, & imperio nu. sed quot modis conferri potest Capibl. doctissimus vir prima parte tract. de Baronibus prag. 8. p. p. nu. 32.

48 Num. 68.] Effectum iurisdictionis priuatiuè, vel cumulatiuè scripsit latè Capibl. tract. de Baronibus in pragm. 8. p. p. nu. 111. & quod differt priuatiua ab abdicatiua nu. 113.

Num.

94 Num. 69.] De principum priuilegijs, quod tertio prejuditium non inferant Rolan. à Valle cons. 45. nu. 12. vol. 4. Surd. de alimentis titul. 1. q. 44. num. 11. cum sequentibus, idcirco in damnum alterius strictè interpretatur concessio, & verba impropiari debent c. super eo de officio delegati Anna allegat. 69. Capibl. de baronibus pragm. 16. num. 2, vbi latissimè more suo solito, & Carauit. rit. finali num. 11. de Franch. decis. 125. Lanar. cons. 72. num. decimo, Marta voto 184. num. 5.

50 Num. 70, & 71.] Regem non posse plus in alium transferre quod habet) addas non posse contra libertatem disponere Grammat. cons. ciuili 147, & decis. 65. Capibl. præcitat. loco num. 5.

51 Num. 72.] Priuilegium conforme cum iure communi fauorabilius est, & latissimè interpretandum, vide in nu. 58. infra.

52 Num. 73, & 74.] Maior priuilegiatus præfertur) adde de iure fieri considerationem quis habeat maius priuilegium, an quis habeat naturale, vt præferatur accidentali Couarr. practicar. quæstionum cap. 5. l. habet ff. de tutelis, vt de concurrentia priuilegiatorum loquutus est eximius D. Regēs Tappia de constitut. principum in l. fi. c. 8.) & in hac materia vide de Franch. decis. 553.) quando conquassantur priuilegia inter priuilegiatos, etiam quod vnum sit maius, & Ricc. collect. decis. 2208, 348.

54 Num. 75.] Domicilium an sortiatur quis ex sola habitatione) ero copiosus, quia forensis est materia secundū Rauenn. singul. 829. Roman. cons. 264 num. 1. Carauit. rit. 301. num. 27. inde quod tempus habitationis in aliquo loco requiratur ad inducendum domicilium Ricc. decis. 108. p. p. Viu. decis. 477. Merlin. decis. Lucens. 42. Salern. in addit. ad Neapodan. super consuet. Neap. in proemio incip. audiuimus verbo ad hoc, & cum quis habitat cū muliere pro maiori parte anni dicitur habere domicilium in eo loco Carau. rit. 301, num. 30, & 31. Muta decis. 81. num. 10. Apicell. alleg. 19, num. 10.

55 Num. 76, & 81.] De præuentione inter Iudices adde pro principali conclusione Farinacc. q. 7. num. 52. ibi si præueniens in captura præferatur Iudici reali.

Sed in ipsa materia tū distingue, quod si reus fuerit captus, vel citatus per Iudicem domicilij, vel originis, an Iudex delicti possit auocare causam ad suum forum, & negat de Franch. decis. 37. ibi præferri Iudicem præuenientem, pro vt in decis. 88. num. 5. Guido Papa decis. 602. Marc. decis. 331, & si in contrarium alij affirment vt Couarr practicar. quæstionum c. 11 num. 6 in fine, & Gomez tomo 3. c. 1. num. 87, nam possunt saluari, vt debeat remitti ad locum delicti cū sit fortior Clar. q. 38. num. 19, si ambo præuenerint in inquirendo tamen poterit tunc requiri Iudex originis per superiorem ne vltra procedat, sed acta trasmittat sed si Iudex domicilij præuenerit in cognoscendo per viam accusationis nullo modo tenetur remittere, nam per accusationem fit vera præoccupatio iurisdictionis c. fin. de foro competenti Clar. quæst. 37. num. 2. Foller. in const. capitaneorum num. 54. nam vbi læsus eligit forum ibi reus puniendus erit, non enim par ratio est inquisitionis, quod est remedium extraordinarium cum ordinario super quo est Doctorum altercatio si ob tale inquisitionis remedium posset dici causa præuēta, vt Farinacius quæst. 7. titulo de inquisitione, inde etiam si Iudex originis cognouerit citando reum, si Iudex delicti fuerit præoccupatus per accusationem ad eum erit facienda remissio, & sic è contra si hunc elegerit pars Auendan. respons. 4. Barbosa in l. heres absens §. proinde ff. de iudic. numero 122, & tunc posset procedere opinio Couarr. vt Clarus voluit q. 39 num. 4.

Dubitauimus tamen in Hydruntina Audientia, an facta' præuentione causæ, & personæ per Iudicem originis Iudex delicti possit amplius cognoscere' stante opinione pro vera contra Grammat. quod Iudex originis

possit punire, & detur equale ius, an in pari causa melior sit conditio præuenientis Franch. decis. 18, & 505, Thes. decis. 90, in qua dubitatio e respondidi conclusiue, quod inter habētes equalem iurisdictionem, licet alter sit superior is cognoscit qui præuenit l. vbi cęptum ff. de iudic. Gaill. obseruat. 29. lib. 1. verumtamen sola informatio successi criminis non dat præuentionē, quia est præambulum ad causam Afflict. decis. 219. Rom. consf. 412, per citationem vero dicitur præuenta causa quia tunc dicitur cęptum iudicum Mascard. concl. 1227, num. 6, Afflict. 294 num. 3, Cabed. decis. 142, Franch. decis. 505, quidquid contrarium sentijt Anna singul. 79, nam salua sua pace contra communem sentijt, dummodo citatio sit intimata clem. 2. vt lite pendēte, ac sollemniter sit expedita, nam si nulla nullum producit effectum Cabed. d. decis. 142. l. si pater C. de stat. defunctor. præuentio etiam fit per capturam, & est fortior præcedenti Guido Papa decis. 207, Mascard. præcitato loco Gram. decis. 30. nu. 6. Franch. alleg. loco Cabed. d. decis. 142. in fine.

Sed an præueniens in captura præferantur ei, qui citauit realiter Farina. addas q. 7. num. 52.) addas tū Franch. cit. decis. 505. nu. 4, & 14. Detian. lib. 4. c. 21. Afflict. decis. 219. Barbos. in l. si quis postea nu. 70, ff. de iudic.

Et pariter occurrit dubitare annis præcedentibus in R. A. Barens. si verū quod captura dat præuentionem ex præallegatis inducat, tunc quando spōte comparuerit reus, & ex Boss. de foro compet. num. 98, & Farinac. cit. loco num. 53, decidimus, quod non, nam posset dici tunc carceratio affectata l. fin. vers. nullo tempore ff. de liber. homine exhib. Roman. consf. 320. de Frāch. decis. 505. Clar. q. 38. nu. 12.) & addas Carauit. ritu 269, num. 2.

56 Num. 77.] De vidua, quod habeat fori electionem, adde quod etiam pro dote habet priuilegium 6. pupillum Anton. Fab. decis. vnica Cod quando imper. Ricc. collect. 300. qui allegat de Franch. decis. 553, non habere electionem fori tamen contra pupillum conuentum ex contractu paterno, & adeo vidua habet priuilegium, quod si forum elexit, & postea nupsit causa non est proprio Iudici remittenda de Franch. decis. 257. cum sufficiat tempore electionis esse viduam Valasc. decis. 57. id. Ricc. loco cit.

57 Num. 78.] Concurrentibus duobus priuilegijs equalibus recurri ad ius cōmune adest rit. M. C. V. 231, & vide de Franch. decis. 188, & Viu. decis. 49, & 236, & Giurb. decis. 82, vbi concurrentibus actoribus, & reis priuilegiatis conquassantur priuilegia, & res reducitur ad ius commune Ricc. coll. decis. 308.

58 Num. 79.] Si priuilegium l. vnicè competat mulieribus habentibus virū inutilem latè nuntius Tartaglia in praxi ciuili vbi additt. ad caput 2. & præceptor meus Gratian. discept. forens. 666. num. 9. Scaglion. ritu 230. nu. 12. Nouar. de electione fori q. 8. vnde licet vidua propriè, & secundum suam naturalem propositionem vocatur illa, cui mortuus est vir. Nouarr. forens. q. 167 prima parte tamen consului habētem virum forte remigem, & exulem, ac similem, impropriè, & largè viduam appellari, sed non pro hoc priuatur commodis, & priuilegijs quibus vtuntur aliæ mulieres quibus in effectu fuerunt mortui viri Gaill. obser. 44. Polidor. Ripa obseru. 121. Viu. decis. 197, & 521. Franch. decis. 100. Ricc. decis. Cur. Archiepisc. 290. p. 4.

Et nota quod mulier quæ habuit maritum absentem per longum tempus adhuc vidua potest appellari quo ad hūc effectum, quia casus mortis equiperatur absentiæ sess. decis. Rota Aragon. 57, & D. R. Tapp. decis. supremi Senatus Ital. 9.

59 Num. 80.] Separationem Thori fieri cum iudicio Eccles. dic, quia cum matrimonialis causa apud Iudicem Ecclesiasticum pertineat tanquam sacramentum à Deo institutum, & per Ecclesiasticos Sacerdotes, & superiores perficiatur, & per illos sollemniter ordinetur consequens est, vt sicuti ab eo sollemnitatibus compleatur, eodem modo ab illis etiam submoueatur ideo clarum est matrimoniales causas ad Iudicem Ecclesiasticum pertinere C. quāto de

to de iudicijs Simon de Petris conſ. 147.num.13. de Franch. deciſ. 312. num. 2, & Camillus Borrellus olim amicus meus 3.parte tit.de diuortio nu. 92,& per totum omnia in materia.

60 Num.81.] cauſas recenſet ob quas viduis concedatur fori priuilegium,& perbelle ſcribit,& tu addas, quia viris ſunt orbatæ viduę,& ſi diues vidua miſerabilis dicitur, ita vt Regina vidua dicatur miſerabilis, & includitur ſub ſtatuto Imbrian.de primo, & ſecundo beneficio cap.1.de Franch.deciſ. 100. nu.9, doctiſſimus Capiblancus in pragm.8.p.p.nu.310.

61 Num.82.] De vidua inhoneſte viuente ſi gaudeat fori priuilegijs de Franch.deciſ. 233. nam ſatis ſunt miſeratione dignæ dicebat ingenioſus vti meretricem,vnde reconcilies cum Couarr.pract.qq.c 7, & Andr. & Afflict. in conſtituitione ſtatuimus,quod vidua non meretrix publica quæ aliquando ſui copiam facit non gaudeat prout nō gaudet quæ virum occidit id. Couarr. c.6.num.3. d. loco honeſtæ enim vitæ oportet viduam eſſe Borrell. in 3. p. ſummæ tit.6.num.149.] vide Carauit. ritu 10.num.2,& 7,& 8,& 19, nu.10, & Baiard.ad Clar.§.adulterium num. 195,& per alios num. quæ perdat vidua inhoneſtè viuens Menoch.de arbitr.caſ. 288. per plures num. & Nouar.de electione fori q.7.

62 Num.83.] De mulieri celebi) adde tamen non poſſe negari, quod iſta caſtitas non ſit, inconſiderationem nempè legimus mitius puniri ob caſtitatē mulieres Capibl. tract. de Baronibus pragm.6. num. 24, & vide aliqua infra in num. 64, & habes virginem inuptam, & orphanam equrperari viduis ad effectum, vt gaudeat l. vnica Gratian.diſcept.forenſ.565,nu. 69,& 82.

63 Num.84.] Vidua quæ dicitur,& num. 87. plura alia recenſet Ricc. melior omnium coll. 3049. Menoch.caſ. 66,num.7,& 8. Borrell. p. parte ſummę deciſ.tit.56.num. 16,& Nouar.p. p.quæſt.forenſ. q. 167. num. 1. Grat. diſcept.forenſ.565. nu. 72. ibi dicitur vidua quæ eſt ſine viro.

Et viduas feſtiuis diebus nubere poſſe dicebat Borrell. 7. parte ſummæ deciſ.tit.1.nu.477.485,& 486.

64 Num.85.] Virgo an viduæ priuilegio gaudebit,adde præferri ſecūdum Borrell.3.par.ſumm.deciſ.tit.4. num. 242.

Vide Gratian. diſcept. forenſ. 565. nu.70, quod vidua ſeruans caſtitatem non eſt procul à virginitate.

65 Num.68.] Viduarum afflictiones ſcribit inde poteſt mortem viri viduæ vtuntur viri priuilegijs Ricc. coll. deciſ.2984, ſed vtrū vidua gaudebit viri dignitate,quæ habebat annex madmi ſtrationem de Ponte de poteſtate proregis fol.345.num.34,& ſi retinet omnia viri priuilegia donec lectū viduale ſeruauerit Paſchalis de patr. poteſtatis p.3.c.10.nu.64, & p.4.c.2.nu.6

66 Num. 87.] Virgo ſi maius priuilegietur quam vidua ſupra in num. 64, & vide amicum meum cariſſimum Nouarium de elect.fori q.11.

Num.88.] De aureola) tendit ad priuilegium caſtitatis,& ad idē, quod diximus in materia priuilegiorum virginum ſupra in præcedentibus numeris.

68 Nu.89.]Virgo qūo definitur omnes ſciunt Nouar. de electione fori q. 12, & adde virginitatem puellæ debere probari per peritas matronas honeſtæ vitæ Gratian.diſcept. forenſ.235, nu. 50, & 51, ſed quomodo probetur Viſconte concl.fol.287.

Num.90.] Pro hoc numero, addas ad euitandum calumnias, vnde hodie ego vti Auditor ſemper interloquutus fui facta electione fori per priuilegiatas perſonas, quod infra tot dies procurent tranſmiſſionem actorum ſeruata forma electionis alias per R.A.procedendum erit.

69 Num.91.] De fiſco iniuriante, vel deprehendarte aliquem, & nu.92. de ipſius fiſci officio in republica neceſſario)currens tempus,& curioſitas in quā ſemper me ſuppoſui ſcribere de hac materia aliqua beneuole lector operabit, & vltra meum ſolitum prolixius de ea ſcribam,ſed nō cum Patuapopuli,ac gentium vtilitate.

Scias enim,& ſi iactent fiſcales eſſe potentiores Ciuitatis, vt dicebat Rebuff.in l.2.num.4. c. de debitor.ciuit.

lib.

lib.11,& proinde quod allegent ad eorum libitum,& iniurient, & detractēt conditionem alterius, vt aliqui mali fiscales operātur respectu quorū Deū rogo, vt ipsos ad requiem conducant, & ad animæ salutem, nam malefaciūt quia patet tunc assimilari.quod sit duræ ceruicis,& quod nunquam,vel raro sit equus, & rigorosus, vt dicebat Afflict.in const. regni si quis in posterum fol.79.nu. 49. dicimus enim fiscū corpus esse inanimatum de per se consensum nullum habentem, vt idem Afflict. in prælud.const.q.15.num.4.fol.9.vbi num.7. stomaco assimilandum fiscum dicit in fol.12. eodem loco Petra olim Auditor ad Gramat.decis.14.num. 9. inde deuenit quis diceretur fiscus, & respondidi cum eodem Afflict. q. 15. num.primo ante num.2.fol.11.vbi latè ad quem recurrat lector, nec omittā,quod si iniustè iniuriauerit,& vexauerit aliquem fiscus ipse teneatur Boer. decis.334. Peregrin. de iure fisci tit.2. num.7.Alfan.glos.9.num. 39. Gram. decis.60.num.21.amplia quod etiam capitaliter puniri posset, & sic è contra teneretur de suo fiscus damnum resarcire,quod ob eius negligentiam principi obueniret l.fin.C.de bonis vacantibus lib.10.

Nec dico,quod viuus debeat comburi fiscus indebitè aliquem vexans, vt Gram.decis.60.num.51,& tenetur ratione iniuriarum Crauetta cons. 168 2.dubio Bertazz.cons. 390. num. 11, & 361,num. 5,& potest videri imp.in l. vniuersi C. vbi causæ fiscales cum nō seruatur in praxi,& si quis ageret ad d. penas derideretur, vel forsan puniretur Boer.decis.334.in principio dicit tamē quod si fiscus esset in euidenti calumnia in expensis veniret condemnandus Baiard.ad Clar.q.10.num. 9.

Quia nō tam indistinctè intelligenda sunt,sed cum eorum temperamēto, nā & si licet dicere,quod sit talis vt non labores alienos à mercede vacuos esse querat, vt exclamabat Afflict. in cōst. cum circa iustitiæ nu.22. fol. 186, nec sit pernitiosus, quia vt plurimū si talis fuerit sine lingua moriatur, vt dicit glos.in §.surdus institutionibus, quibus nō est permiss. facere testamētum, nec peruertat veritatem ad finem, vt confundatur animus iudicum, vt testatur Galuppus amicus meus antiquus, & collega amantissimus nūc ob suas virtutes Auditor Prouinciæ Cosentiæ eodem tempore vocatus quo ego ab Excellentissimo Duce Alcala in hac Prouincia Hydruntina.

Et proinde debet se maturè gerere fiscus dum vota contra eum per Iudices proferuntur, vt notat Gram. decis.10. in fine quem sequitur, & notandum esse dicit Cab. decis. 119. in fine p. 2. Mastrill.de magistr.lib.5.c.8.num. 88 nec omnes delatores admittere, cum sępè dolo,malignè, & spè lucri illi deferūt,nam est genus hominum, vt inquit Cornel. Tacit.lib. 4. annal. publico exitio repertum, & pęnis nunquam satis coercitum l.ex varia & l. omnes C.de delator.lib.10.& propterea, nec passim admittēdi nec facilè respuēdi secūdū Ciceron.pro roscio amerino,& in prima vernina actione, vbi alia plura tradit in proposito, & ex hoc datur recursus à decretis liberatorijs ipsi fisco, vt de Ponte tractat. de potestate Proregis tit.3.§.1.num. 51, nec aliud cauetur enim proprios haberi Iudices Afflict.in cōst.causa num.2. fol.13, hinc dicebat meus collega antiquus in Audiētia Barēsi fiscales egrè ferre [illegible] quæ faciūt in fauorem inquisitorum, vt pariter testatur Mascatell. in praxi delictorum tit. de prohibita armorum asportatione nu. 25. immemor nō esto hoc tempore quo præsentia scribo de peritissimo Iuriscōsulto D. Alexādro Rouito Regētis filij nemini [illegible] cū do mei particularissimi D. & protectoris qui ob suas qualitates effectus,& virtutes, non immerito laudatur ab omnibus vt inter alios à D.Capibl. in pragm.1. de Baronibus pr.6.num.241, & de D. Iulio Mastrillo fisci patrono M. C. V. meo D.colēdissimo,vt ipse hor.in diuers. locis suarum operarum testatur, & experiētia,vt alij fatētur hac.n. forma institutum fisci patronum,in Tribunalibus ab Adriano Imperatore cauetur vt Helius sparta in eius vita Horos.in rub.ff.de off.proc.Cæsar. Octau.Vest. de vsu Curiæ Roman.lib.2. num. 2.c. 9.Peregrin.de iure fisci lib.7.tit.2. nu.

1,& olim queſtor parricidij dicebatur olim dictus ex quo capitalibus rebus perquirendis præ rat l. 2, §. deinde ærarum ff. de origine iuris ſcſt. libro 14. Surgens de Neap. illuſtr. c.26, nu. 26. Io. cala lexic. iur. verbo queſtor puniendus Alphar. de iure fiſci gloſ. 9. num. 18.

70 Num. 93.] Quod vidua duplex habeat priuilegium) ad propoſitum vidua an comprehendatur appellatione miſerabilium perſonarum, ita vt non includatur in benef. conſtit. ſtatuimus cum habeat beneficium de iure communi, fuit iudicatum quod non gloſ. in dicta conſt. ſtatuimus in verbo corporali præſtito Sacramento verſ. nam in vidua de Franch. deciſione 257.

71 Numero 94.] Competens Iudex quis dicatur, adde viduis eſſe Iudicem competentem eum, cui fuit per Regem conceſſa iuriſdictio cum derogatione l. vnice de Franch. deciſione 517.

72 Num. 95.] Ius oritur ex facto l. ſi ex plagis 53. §. in diuo ff. ad l. aquiliam l. fin. in principio ff. de iure iurando Menoch. conſil. 2. numer. 208. Anton. Monach. deciſ. Florent. 48. numero ſeptimo.

73 Num. 96] Reaſſumas præferri filios in accuſando mortem patris, matris, & ſic vxori mortui) adde titulo de prælatione accuſatorum per Gomez. de delictis c. primo nu. 32, verſ. ſi vero plures.

74 Numer. 97.] De prælatione priuilegiorum facit ſepatus omnia in compend. ſententiar. titulo de priuilegijs 55.

75 Num. 98, & 99.] Circa miſerabiles perſonas, addas priuilegiari Nouar. de priuileg. miſerabil. perſon. priuilegio 96, num. 6, vbi contra D. R. Rouitum in conſ. 88, num. 4, ſcribit poſſe varia-

76 ri à maiori tribunali Regio ad minus ſed quæ dicitur miſerabilis Rebuffus in conſt. Regni tract. de ſent. prouiſional. articulo 3. gloſ. vltima tomo primo.

77 Num. 100.] De metu, & potentia quod idem ſunt. vide Gammam deciſ. 250. Boer. deciſ. 101, & quomodo probetur metus, & ſi vis videre quando dicitur iuſtus metus Faber in ſuo Codice de eo quod metus, &c. vbi nonnullas deciſiones habes, & iuſtus metus dici poteſt ſi adeſſet timor Principis S. raphin. deciſ. 818, excluditur tamen ex qualitate perſonarum loci, & circunſtãtiarum Seraph. deciſ. 731, & per præſentiam principis, aut ſuperioris Mari ad Grammat. deciſ. 66, num. 5. quem nota pro eo quod dicit auth. quod in Curia principis non cadat metus.

78 Num. 101.] Priuilegia ſtrictè interpretari Capiblanc. in pragmatica 8, parte prima de Baronibus num. 91, & maximè in dubio cæterum quando conſtat ex tenore priuilegij de illius diſpoſitione tunc lata ſit interpretatio quatenus verborum proprietas requirit Detian. conſ. 113.

79 Numer. 102.] Inter priuilegiatos conquaſſari priuilegia, de Franchis deciſione 186. miſerabilis. n. contra miſerabilem non vtitur fori priuilegio, & in alio penes Magonium deciſion. 130. pia cauſa hæres inſtituta non detrahit falcidiam contra Eccleſiam, & filius familias contra alium filium familias non valet vti macedoniaco Fab. deciſione duodecima Cod. ad macedon. addas omnia per Nouar. de miſerabilibus perſon. priuilegio 46. nu. 3.

80 Numer. 103.] De tractatione ætatuum, vide omnia per Mari ad Grammat. deciſione 48. numero 13, 18, 21, & 22, & deciſione 34, num. ſecundo vbi quot ſint ætates hominum.

81 Numero 104.] Pupillis conceſſum reperitur etiam omnibus, qui per alios reguntur, eſt treuialis concluſio inde competit vniuerſitati, &c. vt Nouar. de priuileg. miſerabilium perſonarum priuilegio 81. numero tertio.

Et habemus de furioſis, & prodigis, qui ad inſtar pupillorum habent in integrum reſtitutionem Cremenſ. ſingul. 119, Franch. deciſ. 598, & 672, & de alijs perſonis qui per alios reguntur Nouarius

X de

de priuileg. miserab. person. priuil. 63 nu. 2, 3, & 4, & vide Capiblanc. in trac. de baronibus pragm. 8. p. p. num. 307, & 308.

82 Num. 107.] Quod priuilegium pręferatur inter duos) adde illud quod concurrit cum priuilegiato Affl.ct. decis. 56. Bart. in l. verum 12. §. item ff. de minoribus, & adde habenti priuilegiũ speciale præferri habenti generale Frãcis. Marc. decis. 267. c. 1. extra de rescriptis tamen priuilegio non censetur derogatum per dispositionem cõtrariam nulla ipsius priuil. gis facta mentione Natta consil. 274, & si sunt duo priuilegiati pari priuilegio præfertur ille qui tractat de damno vitando D. tian. consil. 410, se si vterque eorum certat de illo est potior causa rei verum si sunt dispari priuilegio priuilegiati priuilegium potentioris præponitur l. verum 12. §. item quesitum ff. de minoribus 25. annis, & si vis videre quando priuilegium secundum tollat primum, addas vera decis. 309. p. p. & decis. 377 p. 2. de Franch. decis. 125. Det. consil. 47.

83 Num. 110.] Priuilegij metam in sententia non debet excedere Baro) omnia Capibl. in suis tract. de Baronibus scripsit, & tũ nota ad propositum, quod in tãtum est vera hæc conclusio, quod Baro non potest priuilegia ipsi concessa, vt vassalli nequeant ab alio recognosci, quam ab ipso non vti respectu aliquorum, Afflict. decis. 275. Capic. decis. 17, ipse Capibl. in d. tract. p. p. prag. 8. num. 73, & seqq.

84 Num. 111.] Quod casus omnis illius sit in iuris communis dispositione Frãcisc. Molin. de ritu nuptiar. lib. 9. q. 54. num. 6. Mar. Anton. var. resolut. lib. 2 resol. 11. num. 16, & Rota Romana apud Farinac. decis. 131. num. 2. tomo 1, p. prima.

86 Num. 112, & 113.] Possidentis cõditionem esse potiorem) adde in tãtum esse verum, quod olim possessor hodie præsumitur secundum Rotam Rom. apud Farinac. decis. 419. tomo 1, p. 1. & decis. 634, tomo 2. p. 1, & Ricc. coll. decis. 2689.

87 Num. 114.] Habitare quando quis dicitur) nota cum quis pro maiori parte anni habitat negotia exercendo cũ apothecis seruis, & negotijs Cafaunta rit. 301, num. 30, & 31. Muta decis. 81 nu. 10, & seq. Apicella allegat. 19. nu. 10. facit quæstio, quando quis ciuis dicatur per Mari ad decis. Gran. 87. per totam.

88 Num. 115.] de remissione quando sit necessaria partis, vide Nouar. coll. super pragm. 1, nu. 12, & si requiratur in simplici indultu, vel delatione armorum Clar. q. 59. nu. 4, qui ait non necessariam remissionem. Farinac. q. 6, num. 21. Mastrill. de indult. q. 24. Sessa de inhibit. cap. 1. §. 5. Capibl. de Baronibus in pragm. 6, num. 52, & 53, ex quibus iudicauimus in R. Audientia Hydruntina hoc eodem tempore quo præsentia scribo.

89 Num. 116.] Subrogatum quando sapiat naturam subrogati Ricc. collec. decis. 2967.

90 Num. 117.] Dixi in prato meo super Codice satis abundè in tit. ne sanctum baptisma reiteretur quando Iudex possit minuere, & addere pęnam.

91 Num. 118.] Facit ad quæstionem si vassalli possint recurrere omisso medio) habuimus in R. A. Hydruntina hoc mense, & ex doctrina Bald. in c. imperialem §. præterea inter duos nu. 19 & ibi præpos. de prohib. feud. alien. per Fed. ric. soli principi id. competere, vel præd. Baronibus de eius licentia, & propterea impugnabamus Afflict. decis. 155, & ibi Vrsill. tenentib. opinionẽ vt Barones possint facere tales inhibitiones, vt Marant. in articulo iud. prorog. in fine de Franch. decis. 417, nempe vt intelligendi sint quando Princeps id concederet, & ita Ozasc. decis. 78, nu. 19, decisum dicit gaudendo, quod viderit Couarr. eiusd. opinionis lib. 1, var. resol. cap. 4. num. 8, & ita Capic. decis. 9. nu. 4.

92 Num. 119.] Crimen læsæ maiestatis quando dicitur commissum, & vide Viu. decis. 278, contra officiales Baronis non dici commissum, sed quid contra ipsos Barones, & vide Intrigliol. singul. decis. 41, Ricc. coll. 88, addas tamen eundem Viu. decis. 440, quod officiales seu Iudices dicantur pars corporis Principis, seu Regis, & eos offendentes

dentes dici committi crimen læsæ maiestatis, immo offendentes famulum Curiæ grauiter puniri Gram. decis. 14, Vrsill. decis. 274, & fuit decisum in personam cuiusdam Doctoris dantis alapam Iudici, qui fuit morti traditus de Ponte de potestate proregis tit. de prouisio. fieri solitis §. 2, nu. 18, sed in quo alio casu dicitur committi crimen læsæ maiestatis Ricc. coll. 2550, quando quis sibi magistratum vsurpat, & Baiard. ad Clarum in §. crimen læsæ maiestatis.

93 Num. 120.] Priuilegia omnia silere in crimine assassinij, tù addas plura specialia contra assassinos reperiri, vt recenset Capic. decis. 155, nu. 25, & sequentibus, & si plura vis videre addas Visconte in conclus. fol. 17, vbi omnia in tali materia assassinij, & de clerico committente assassinium si perdat clericale priuilegium Capic. decis. 112, Boer. decis. 297, quod assassinus non gaudeat immunitate Ecclesię Peguera decis. 54. Cappell. Tholos. decis. 329, Ricc. coll. decis. 547.

94 Num. 121.] Apud Principem omnia) adde D. meum eximium Aduocatum, & legum oraculum Fuluium Lanarium in addit. ad Regentem Lanar. suum patruum in repet. feud. fol. 113, nu. 23, vbi plura.

95 Num. 122.] (Dictionem quatenus significare) secundum scripta per Barbos. de dictionibus, & clausulis dictio. 162, fol. 123.

96 Num. 123.] si per inuestituram Principis possessio, & dominium transferatur, vide ipsum Regentem Lanarium in suis feudalibus repetit. fol. 387, à nu. 20. & sequentibus vbi melior omnium

97 Num. 125.] In crimine raptus si detur remissio, addas omnia per Viscontem in conclus. raptus fol. 243. Baiard. ad Clar. in §. raptus, est verum quod rapiens puellam in vno territorio, & in alio cognoscens ab vtroque potest puniri, & consului ex Marsil. col. fin. nu. 106, ff. de iurisd. omn. iudic. & ibi nu. 104, Bald. in l. si quis non dicam rapere col. 2. Felin. in c. 1, nu. 12. de præsumptionibus.

98 Num. 126.] Vagabundum non remitti Mari ad Gram. decis. 26. nu. 16, vbi omnia Visconte conclus. fol. 280.

99 Num. 127.] De effectu originis, & domicilij, adde Baiard. ad Clar. in q. 38, & Mari ad Gram. d. decis. 26, n. 19

100 Num. 128.] Principem esse dominum omnium personarum in regno.

101 Num. 130.] Pulchra est quæstio euenit in R. Audientia, & abundè disputaui eam quis sit Iudex, vbi fuit côclusum delictum committi, vel vbi fuit comissum cum Marsil. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iudicum num. 204, de eo qui exercebat Bononiæ, & mandauit committi homicidium Florētiæ, quod sequutum fuit, & in eam quæstionem deuenimus de ratificāte delictum in vno territorio alibi commissum à quo Iudice debebat puniri per Decian. in tract. crim. tomo primo c. 16, num. 13, vide q. de sagittante in vno territorio, & in alio vulnerante, omnia per Baiard. q. 38, à nu. 11, & sequentibus, & meliorem aliorum scribentium de hac re.

102 Num. 131.] Falsitas commissa per testes per quem Iudicem punienda si per committente examen, vel per loci delicti) quæstio est leuis, & concludas per illum Iudicem, cuius aures offensæ sunt ex regul. l. nullum C. de testibus, de Franch. decis. 419, num. 8 Thor. p. parte comp. decis. verbo testis deponens falsum.

103 Num. 132.] Pęna Regij banni, an remittatur Baroni) dixi abundè in prato meo, vbi omnia in primo lib. Codicis tit. de contractibus iudicum in l. 5.

104 Num. 133.] Priuilegia quando reuocentur D. meus Fuluius Lanar. in addit. ad repet. feudales Reg. sui patrui nu. 19, & seq.

105 Num. 134.] Quando lex spetialis tollat generalem, vide omnia in prato meo in l. 12. C. de pactis in 2. libro.

106 Num. 135.] Baro si petat remissionem de contrauentione Regiorum bannorum, in prato meo dixi ad d. l. 5. de contractibus iudicum.

107 Num. 137.] Quis sit Iudex competens offensionis facta officiali in tuitu officij etiam quod sit Baronis dixi latè in addit. ad decis. Gizzarelli 24, vbi cum decis. omnia patent.

108 Num. 138.] Circa territorium, adde

adde diſtingui illud per montes,flumi ra,& valles Capiblanc. de baroni. in pragm.8.p.2.num.19.

109 Num.140.] Iuriſdictionem coheri perſonis non territorio,eſt planus.

110 Num.141.] Miles à quo cognoſcatur, omnia vide in prato meo ſuper Codice in tit. de officio magiſtri militum,vbi omnia in primo libro.

111 Num.44.] Veritas in delictis habenda,ideo excuſat conuitij veritas in iuriantem Surdus deciſ.89.

112 Num.145.] De laico effecto clerico poſt delictum commiſſum,& è cõtra de clerico effecto laico à quo cognoſcantur Giurba in conſil. criminali 15.latiſſime.

113 Num.150.] Vt dicam in nu. 152, infra,perſonis miſerabilibus competit variatio, vide Paſch. de patr.'poteſt.p. 2.c.2,num. 91. Mari ad Gram. deciſ. 20.nu.2,ſed an clericus habeat ius variandi dicebat fiſci patronus R. A. Hydruntina Carolus Califanus, meo tempore eſſe deciſum, vt non habeat variationem) ſed ego inſurſi aduerſus dictam allegatam deciſionem,& dicebam id non verum,cum in caſu de quo agebatur erat offenſa perſona propria clerici,& non accuſabat de morte ſuorum, ex D.R.Rouit.de compoſ. prag. 8.n.18.& Capibl.p.p.de baronib.nu. 308,fol.245,qui ait Eccleſijs vero ſemper concedi variationẽ, & vniuerſitatibus, & ibi quæ ſint miſerabiles perſonæ.

114 Num.151.] Idem iudicium equiparari Ricc. deciſ. Cur. Archiepiſc. 223,num.4,p.2.Mar.Anton.var. libr. 3,reſol.25,nu.10.Tuſc. tomo 3. concl. littera E,concl.308,Menoch.de arbit. caſu 88,num.8.

115 Num. 152.] Variandi ius viduæ competere non difficultatur apud omnes cum ſint miſerabilis perſonæ Trentacinq.var.reſol.2.nu.25,Caſtillo quotid.controuerſ.iuris lib.3.c.25,nu.19, ſed quero an hoc ius variandi poſſit fieri etiam in Tribunalibus Ciuitatis vbi extat ſummus Princeps D. R. Rouir. conſ.88.num.4.Nouar.de priuileg.miſerab.perſon.priuilegio 96,& poteſt vidua variare petendo vſumfructum antefati,& deinde antefatum,& dicit Afflict.deciſ.291,num.3, Maxilla in cõſ. Bari tit.de iur.dotium ff. ſoluto matrimonio num.12.

116 Num.153.]Conſuetudinem tribuere iuriſdictionem etiam fęminis) vide de effectu conſuetudinis larga manu Tepat.in compend.iuris ſententiarum tit.56,per totum, & vide ſi mulieres poſſint tenere feuda, & officia Capibl. de baronibus in rub. num. 50, & poſt eum fuerunt ſcripta doctiſſimè per Regentem Lanarium in repet. feudali fol 398,num.55,per plures ſequentes.

117 Num.154.] Iuriſdictionem à partibus prorogari, & à l. vide per totum titulum meliorem omnium Borrell.p. p.ſnmmæ deciſ.tit.41.de iuriſdictione, & imperio.

118 Num.155.] Contractum iudicari ſecundum loci cõſuetudinem, hinc ſimpliciter contractus factus præſumitur, ſecundum conſuetudinem Bart.in l.25 ff. ad municipal. nam conſuetudo loci inſpicitur in contractibus Bart. in l.35 ff.de regulis iuris, & adde locum celebrati contractus inſpici ex conſuetudine, ſed locum ſolutionis circa ea quæ veniunt per moram adhibitam,& ea quæ veniunt in contractu Bart. in l. 1. ff.de vſuris.

119 Num.156.]Dominus Reg.Tapp. videndus eſt in conſt.iuſtitiarij de officio iuſtitiarij, quod delinquens fiat de foro delicti vt ſcripſi in num. 158 infra.

120 Num.157.] De clerico delinquente ſi debeant remitti omnes ad vnum Iudicem,vide quæ ſcripſi in prato meo ſuper Codice ad l. nulli C. de iudicij add.ad deciſ.Capyc.173.

121 Num.158.] Remiſſionem fieri ad ad Iudicem delicti,vide ampliat. & limitat.per Duen.regula 278,& Decian. tract.crimin.tomo 1.lib.4. ca. 17, per totum, & addas nomen delicti forum ſortiri, quamuis haberet priuilegium,quod etiam nomen delicti non poſſet niſi coram alio Iudice cõeceri c.1,& ibi DD.de priuileg.in 6. & c.ſi. foro competenti, quamuis Bald. in l. 1,& auth. ibi ponta C. vbi de crim. agi oporteat contrarium ſentiat, & malè ſecundum Caſtrenſ.& alios in d.auth. & Beron. conſ.172.nu.1.vol.1, & in tan-

tantum Iudici domicilij, vel originis tollitur potestas, quod adhuc si delinquens fuisset absolutus ab illis, vel condemnatus poterit Iudex delicti procedere contra illum Viu.opin.420. nu.4. vol.1.

122 Num.159.] Vide si confert decis. de Franch.505, de præuentione facta Iudici delicti in cognoscendo per iud. domicilij, vel originis, quod operet vt illi præferatur, licet contrarium fuerit decisum in causa Marchionis Braciliani, & Baronis casalis Ciriani, vt scripsit Mari ad decis.Gram.26, num.19, & de inquisito à Barone si capiatur à Curia superiori, siue à Principe si remittatur Gram.decis.30.

123 Num.160.] De Barone si teneatur capere suum vassallum bānitum per superiorem (& num.161.) facit quia nullus Baro debet esse beccarius sui vassalli Afflict.in const.pęnam eorum vltim. notabili auth. Bald. in c.1, §. si Iudex de pace tenenda Cassan.in cōsuet.burgund.rub.12.§, vnico nu.3, sed per prag 1, de recept. videtur inducta quædā receptatio cum non cęperit D. R. Rouit.ibi, & facit quæstio per Alberic. de statut.lib.9, q.4. de bānito publico prętereunte per aliquam villam, & publicè bibente in caupona, &c.

Occurrit mihi in hoc proposito, & fui interrogatus à nonnullis idiotis Baronibus si tenerentur eorum sumptu persequi contumaces, & bānitos qui rē publicam perturbant, vel possint cogere vniuersitates ad competentem familiam assignandam ad eorum persequutionem suis sumptibus, & vř dicēdum esse obligatos ad pertinentia circa ministerium iustitiæ, & extirpandos malefactores cum hoc principis sit Afflict. decis.265, num.81, fructus enim iurisdictionis, & vassallorum nō debent expendi in delitijs, sed ad pertinentia ad vtilitatem publicam, & iustitiæ administrationem Aiell. de iure a Iohæ nu. 19. vnde cum Barones subrogentur in terris feudatis in locū principis videtur ipsos ad prædicta teneri Mastrill.de magistr.lib 4, c.18, nu.47.) quod solum in causa necessitatis possint vassalli cōuocari. Attamen si distinguamus de bānitis persequendis extra territorium nec Vniuersitates, nec Barones esse obligatos affirmamus, sed proprium onus Principis bānitos, & rebelles extirpare suis sumptibus Luc.in l. susceptorem C. vt rusticani ad vll.obsequi lib. 12.

Si vero loquamur de contumacibus intra territorium, & delinquentibus, & Barones tenētur habere familiam, & ipsam salariare nisi in cōtrarium sit cōsuetudo, & multi Barones tenētur in eorum statu barricellum cum militibus, & posse suis sumptibus dicit Grande de bello exulū fol.97, n.4. adde q in multis locis cōsuetudo est q vniuersitas tenetur dare familiā, & camerlingū Sur. de Neap.illust.f.390, & tūc Baro non poterit vti ea familia pro alijs suis negotijs prout ego in hac Audiēt. ordinaui Arrēdatori terrę Carpigniani, & patet decisum cum Principe Hostiliani, & inter Comitem Murconi Scipionem Carafam, & Vniuersitatem Caiuani.

124 Nu.161.] Vassalli an possint prohiberi per Baronē ne adeāt Regia Tribunalia, sollicitatores dormiētes sc.ūt hāc quæst.& dicas publicare bāna ne omisso medio valeāt adire posse, D.R. Tap. in iur.regni tit. vbi de delicto, & in cōst statuimus n.33. D.R.Rou.in rub.de iurisd.nō turbād.alias Baro crimine lęsę maiestatis puniretur si prohiberet aditū ad superiores Surg.c.25, nu.21. & de prorege si possit prohibere accessū ad Regem per de Ponte tract. fol. 79. ad tex.in l.fi.C.de leg.lib.10.) Verum habentibus simplicem iurisdictionē denegatur potestas publicādi huiusmodi bāna, vt bené Mastr.de magist.li.4.c.16. n.67. Bouad.li.1.polit.c.16.n.8.) aduertēdo q debēt fieri huiusmodi bāna de licentia Principis, & proinde non licet Baronibus de per se Capibl.in pragm.8.p.p.de Baronib.nu.120 & seqq.

125 Num.152, & 163.] Loquuntur de priuilegijs clericorū cōiugatorū respectu quorū tu addas in Regno nostro ex pragm.1. de cleric. siluat. gaudere fori priuilegio, sed an respectu functionum fiscalium, & de iure canon. patet in c. 1. de clericis coniugatis in 6. per S.C. Tridentin.de reformatione c. 6. in 23. sess. si ascripti sunt in diuinis, & deferāt habitum clericale D.Reg.Tapp.in iur. regni tit.de episcopis, & cleric. rit. 66.

Y sed

sed si dimisisset habitum, & tonsuram & postea reassumpsisset an gaudeat de Mari ad Gram. decis. 10. nu. 4. in fine.

Et si procedat tam in ciuilibus, quã in criminalibus D. R. Rouit. in cit. pramat. num. 4, & 5, & doctissimus Capiblanc. in prag. 8, p. 3. nu. 50. 51. & sequentibus Cappell. Thol. decis. 414, & vide præter alios Ricc. decis. 170. p. 3, ibi in iudicio liquidationis instrumentorum vbi etiam si clericici coniugati gaudent priuilegio cap. Odoardus, & in decis. 111. p. 4. & de vxore clerici cõiugati si gaudeat foro ipse idem D. Rouit. nu. 2. quæ debet esse vnica, & virgo, vt ipsi gaudeant teste Nouar. coll. super pragm. nu. 2, & 31. Rot. Rom. in nouis. decis. 202.

Et gaudent pariter clerici coniugati canon. si quis suadente 17. q. 4. Ricc. decis. 169. p. 3. in princ. vbi & si possit cogi ad subeunda munera vniuersitatis, & quomodo coram Iudice Ecclesiastico sint conueniendi ipsi clerici cõiugati idem Ricc. decis. 320. nu. 1. p. 4. vide omnia per Mari ad Gram. decis. x, per totam vbi omnia apparent.

125 Num. 164.] De excusatione absentię infirmitatis, vel captiuitatis quando sit admittenda) meminit me dixisse supra abunde, quæ à quolibet possunt allegari Baiard. ad Clarum quæst. 34. num. 3. q num. 20, exceptionem infirmitatis non admitti ponit nisi docto de infirmitate, & de loco vbi sit) vide abunde per doctissimum D. R. Rouit. super pragm. fol. 445. num. 50, & quando non admittenda id. Baiard. q. 34. nu. 13, & 15, & nu. 9, & nu. 35, de exceptione carcerationis quando citatum ab alio Iudice excuset, & de exceptione captiuitatis D. R. Tappia decis. S. C. 54. nu. 5.

127 Num. 165, & 166.] De latronibus stratarum, &c. adde pragm. 5, vbi de delicto quis debet conueniri, &c. & patet ex Peguera decis. criminali cap. 15.) Datur enim præuentio, & pareat Auth. meus hic dum dicit, quod dicta pragm. non habet locum quo ad barones iurisdictionem habentes in eorum vassallos cognoscendi de delictis etiam alibi commissis priuatiuè, sed sed solum procedere in officialibus Regijs de vno ad alium non autem in officiali Regio ad baronem, vel de barone ad baronem attestando per Deum se millies, ita obtinuisse cum ego reperio aliter decisum patrocinante genitore meo Aduocato criminalista, & & facit per S. R. C. decisum de Regia Audientia ad baronem dicta priuilegia habentem non est remittendus, vt de Franch. decis. 426. vol. 2.

Et vide pro materia quando detur præuentio, & cum limitat. per Detian. tract. criminal. lib. 4, c. 20, tomo 1, & per quos actus dicatur legitimè facta pręuentio, & per Gram. decis. 30.

128 Num. 167.] Latronem ibi suspendi vbi fuit captus exemplifica, quia vt diximus si est latro stradarum, & suspenditur, ac punitur ibi ratione præuentionis si latro simplex, & ratione contrectationis habes ex de Franch. decis. 681. Anna singul. 438, D. R. Rouit. in pragm. 1, vbi de delicto num. 35 & 36, etiam si furtum esset comissum Neapoli Capic. decis. 104, sed ciues Neapolitani non Vrsill. ad Afflict. decis. 41, post num. 9.

Sed cum non appareat res furata, tunc non dicitur commissum furtum per contrectationem si nõ asportaret rem furatam, sed pretium Martin. de Gratis cons. 61, nu. 4, & 5, vol. 1, inter consil. criminal. paruę impressionis Angel. de maleficijs in vers. etiam vestem cęlestem vers. quarto quod si fur in fine & ibi August. de Arimin.

129 Num. 168, & 169.] Ad casum de duobus baronibus, vnum habentem iurisdictionem criminalem, alterum ciuilem adderunt aliqui baronem in criminalibus addendum, vt exemplificatur in adiutorijs, quæ debentur ipsi in criminalibus, quia est dignior cum habeat merum imperium, quod est potentius simplici iurisdictioni l. imperium ff. de iurisd. & statutum est in cõcilio, quod is præcedere debeat, ac licentiam præstare vti maior in concilijs congregandis de Franch. decis. 338. Capyc. decis. 27, sed contrarium est verum, nam licet dignior sit criminalis ciuili attamen Baro ciuilis dicitur verus dominus terræ ipseque præstat regi sertium iurat fidelitatem ipsi soli competit

tit

tit facere pingi sua arma,& insignia, quæ denotant dominium, & non domino criminalis, qui dicitur habere iurisdictionem potius in officio, quam feudo Frecc. de subfeudis 2, & 4. authorit. de Franch. decis. 131, & ad litterã doctissimus Capibl. in sua 8. parte de baronibus in pragm. p. num. 62, & sequentibus.

130 Num. 170, & 171.] Si habens iurisdictionem ciuilem habeat mixtum imperiũ) DD. disputarunt hunc articulum, & aliqui dixerunt venire merum, & mixtum imperium, vt Luc. de Penna in l. si quando C. de bonis vacantibus lib. 11, Bart. & Alex. in l. 1. ff. de iurisd. omn. iudic. Andreas in c. 1, quid sit inuestitura, sed contrariam opinionem sequuti sunt innumeri, & ea præcipuè ratione, quod merum imperium sit de regalibus, & non intelligitur cõcessum sub quauis generali infeudatione l. obligatione generali ff. de pignor. mens. n. disponentis præsumitur sin vsus Bald. in l. ex facto num. 2, ff. de vulgar. & pupillar. & de iure expressa, & specifica concessio requiritur vnde equipollens, vel indefinita loqutio nõ sufficit c. 1. § in generali si de feudo defuncti fuer. controuers. Bellugarub. 23. §. dicemus, qui asserit merum imperium nõ venire specificè sit expressum cum gladij potestate in cuius signum Barones habere furcas erectas cum non in omnibus hoc debeat præstari, quod videtur cõfirmatum in Regno ex cõst. ea quæ decus, & const. dignum, quod nemo audeat exercere merum imperium nisi expressè sit concessum Afflict. in prælud. constit. & in decis. 122. Responderunt tamẽ DD. huic negatiuè opinioni, Doctorum hanc partem esse verãm de stricto iure, quia tamen in Regno communiter merum imperium est omnibus cõmunicatum & factum est de solito, & consueti cõcedi, & sequenda est prima opinio cum solita subaudiantur in generali concessione ex magistrali tex. l. fin. C. de fideiussoribus l. quod si nolit §, quod assidua ff. de ædilitio ædicto; vnde concessa terra cum plenaria iurisdictione, vel generali, seu alta, & bassa venit merum imperium, vt vltra præcitatos Vrsill. decis. 122, de Franch. decis. 119, num. 13, & sine dubio hoc hodie procedit cum antiquitus hæ quæst. subsistere poterant quando nunquam, aut raro merum imperium concedebatur, vt legimus apud Frecc. de subfeud. auth. 2. nu. 21, qui refert Carolũ primũ concessisse multas Ciuitates suo filio vti Nuceriam, Surrẽtum, Sarnum, Salernum, solum tamen intra districtũ Salerni merum imperium ei indulsisse, tunc erat de exceptis, & reseruatis vsque ad tempus Reginę Ioãne II. vt de Franch. decis. 510, sed à Rege Alphõso valde ampliata fuit feudatariorum potestas. Rex enim Alphonsus cępit communicare Baronibus merum imperium, & deinde tamẽ antea fuit cęptum vendi cõtra constitutiones antiquas, Boss. tit. de remed. ex clement. princip. n 51. quo tempore pessundata fuit M. C. V. quæ solum cognoscebat de causis merij imperij Afflict. cõst. Regni cõtigit 3. notabili, & Carau. rit. 49, & per Regem Robertum postea fuerunt cõcessæ quatuor litterę arbitrarię, quæ tam ansam dederunt Baronibus transigendi permutandi, componẽdi crimina, quæ ad solum Regem spectabant Isern. in tit. qua sint regalia vers. bona vnde dicimus Barones verè dici Reges in eorum terris Maranta disput. 6.

Sed quod sit merum, & mixtum imperium addas l. imperium ff. de iurisd. omn. iudic. & nolo ommittere merum imperium habere plures gradus quod nota quia licet facta generali, vel specifica cõcessione veniat merum imperiũ nõ tamen subaudiũtur omnes gradus, soliti non vero reseruati Principi in signum supremæ maiestatis, vel dominij vel concessi alijs magistratibus.) vide proinde curiosus Iacobin. de Sancto Georgio tract. feudorum vers. sed an Princeps tex. in c. Regni Hodie si cum sceleratis) & addas omnia ad hanc materiam per Camill Borrell. p. p. summæ decis. tit. 41. per totum, & c.

131 Num 172.] Baro in ciuilibus si cognoscat de minimis furtis, & damnis datis, & c.) dicas ad instar Baiuli, qui de quibus causis cognoscat latè Montanar. in pragm. 2. nu. 190, de administr. vniuersit. quod omnibus causis paruis, & magnis cognoscit de mi-

minimis delictis furtis, & iniurijs ciuiliter, & d tutelis Galter. de tutel. fol. 31. nu. 28, & 29, & seqq. Capibl. de baronib. in prag. 8, nu. 175. Visitote in cõclus. Baiulus exercens) & nota in hoc proposito vassallos dici habentis iurisdictionem ciuilem nõ criminalẽ Frecc. de subfeud. lib. 2. auth. 2. nu. 26. vers. si Dominus de Franch. decis. 17, nu. 14, in tãtum quod si vassalli male tractantur à Barone habẽte iurisdictionem criminalem Baro iurisdictionis ciuilis pro vassallis agit, & appellat Oldrad. cons. 206. Anna sing. 61. vbi dicit ita prouisum per S.C. inter ducem populi, & Abbatem Gabrielem Sances, & vide quæ scripsit Guid. Papa decis. 464, num. 3. Gaill. pract. obseru. li. 1. obseru. 126, & 127. dicẽs per Cameram imperialem admitti dominum pro suis vassallis, & ita prouisum in duabus causis, quia dominus iurisdictionis ciuilis non criminalis dicitur Baro, (vt diximus.

132 Nu. 173.] Habentem iurisdictionem ciuilem posse multare, &c. dixi ad saturitatem in prato meo in tit. de modo mulctarum, & ibi etiam cumulaui multam non posse imponere nisi ordinarium, & nõ delegatum 2. Capiblanc. de baronibus in pragm. 14, nu. 62.

133 Num. 174, 175, & 176.] Cõdemnationes penarum cuius sit &c.) dixi pariter in l. 5. in prato meo C. de modo mulctarum, & vide pro correlarijs in pena spreti mandati, & iurisdictionis offensæ, quæ nõ pertinet ad Baronẽ arg. l. nullum C. de testibus ibi non subiectus punitur à Iudice nõ suo ratione cõptẽtus, vel suæ offensionis, vel delicti corã eo patrati, quia aures eius sunt offensæ de Franch. decis. 470, inde vassalli Baronum cõuersantes cum cõtumacibus M.C. ab ipsa cognosci debẽt, & nõ remittuntur Baronib. & proinde nec pena, nec causæ remissio debet fieri ad Baronem si eius vassallus offenderit aurem maioris magistratus in non obediendo, & cõtemnendo DD. in l. cum emancipati §. emãcipatus ibi glos. ff. de collat. bonorum Capyc. in inuestitura vers. cum multarum, & vers. & sciẽdum vnde citatus vassallus à superiore si erit cõtumax illa pena nõ debetur Baroni, sed Iudici qui citauit Natt. cõs. 540. nec aliam cõtumaciam exoluet Baroni Carauit. rit. 205. num. 10. Thesaur. decis. 250. in fine Iacobin. de S. Georgio vers. de castro nu. 12. in fin.

Sed quesitum fuit mihi à D. Illustrissimo Marchione Orioli meo præside prouinciæ terræ Bari, viro omni doctrina, & integritate cõspicuo, si pena nouiter à statuto imponeretur, adeoquod faceret delictum id, quod nõ est debeatur Baroni, vel soli Principi, nam dicebat ipse omnem penam multam, ac emolumẽta esse infeudati: erat difficultas, quia illud erat in delictis de iure prohibitis, & cognitis nõ in nouis vt Surd. cons. 152. vol. 2. de Frãch. decis. 434. in certa causa cõtrauentionis bãni in non reuelãdo frumẽtũ, quæ decisio cõtradicit decis. Thes. 132, & Boss. de penis num. 25, cum dixerunt etiam si à statuto noua pena inducatur, & fiat delictũ, quod non erat de iure, quod nihilominus feudatarij subintrent in locũ fisci cum priuatiuè sibi ipsi debeãtur penæ, ita respõdidi nisi Princeps reseruauerit sibi illam penam, & decisio de Franch. loquitur in casu suo, quia ibi erat læsa sua authoritas, & sic intelliguntur supra allegata, & sic in illo casu cũ Princeps sibi reseruauerit duas bona esse fiscalia, & vti talia Baroni nõ applicari Peregr. de iure fisci lib. 4. tit. 3. DD. in l. si vacantia C. de bon. vacantibus lib. 12. de Franch. decis. 125, vbi de exemplis.

134 Num. 177, & 178.] De causis criminalibus loquuntur idcirco causa criminalis dicitur quando pena applicatur fisco ex delicto Bart. in l. agraria ff. de termino moto Peregrin. de iure fisci tit. de penis, & multis cũm quando respicit vindictam publicam criminalis est Clar. quæst. 1. Maranta in suo speculo vers. iudic. an ciuile, vel criminale idem Baiard. ad Clar. quæst. 73. & Capibl. de Baronibus doctissimè, & more suo solito propriè in prag. 4. nu. 105, & seqq.

135 Num. 179.] Si vniuersitas habeat electionem fori Menoch. de arbitr. casu 66. Vrsill. ad Afflict. decis. 257. nu. 2 & habere primum, & secundum beneficium Gram. consil. ciuili 77. num. 7. Cala de modo articulandi in princip. num.

num.99. Carauit.rit.233.num.3.sic decisum referens per Regiam Audientiam Principatus citra, & Basilicatæ, & per M.C. decretum confirmatum, & sic decisum per signaturam Romæ refert Farinac.decis.862. nu. 1. Trentacinq. var.resol.lib.2, resol.2.nu. 35. vt citat.Thor.in comp. p. parte verbo Vniuersitas, & amicus meus Nouar. de electione fori q.20,& 21, per totam vbi quæ dicitur vniuersitas.

136 Num.180.] Gratia an possit allegari per procuratorem contra Rebuff. affirmes cum verum sit quod quilibet pro inquisito potest opponere impunitatem delicti Hipolit. cons. 94. Bart. in l. vbi pactum num.9, 10, & 11, C.de transactionibus Aret.in § sequens alia nu.2.inst.de actionibus.& idem Hipolit.in rub.C.de probat.num.214. Mor nilis in constit. pœnam eorum num.3. vers.& an quilibet) tanto magis extinctionem delicti, & vide in terminis per de Franch.decis. 314 Caball. cas. 23, & Pascal.de patr.potestat.p.4, cap. 3. num.30.

AD TITVLVM
ANNOTENTVR BONA CONTVMACIS.

SVMMARIVM.

1 *Annotatio bonorum quando fiat.*
2 *Barone contumace sequestrari feuda.*
3 *Bonorum appellatione si veniant vua.*
4 *Legatum omnium mobilium an comprehendat ancillam.*
5 *Et an segetes.*
6 *Nouarius Auditor Luceriæ Auctoris amicus carissimus.*
7 *Legatum omnium mobilium quæ comprehendat.*
8 *Bonorum appellatione an veniant iura.*
9 *Contumax intra annum an possit alienare bona annotata.*
10 *Annotatio bonorum qualiter fiat, & quomodo.*
11 *Nomina debitorum si contineaatur appellatione mobilium.*
12 *Molendinæ, & molæ an sint de mobilibus.*
13 *Pecunia an veniat appellatione mobilium.*
14 *Animalia mobilium appellatione an veniant.*
15 *Rei vendicatio intentur per filios contumacis ad recuperandam partem bonorum.*
16 *Iudex mandat debitoribus contumacis ne soluant.*
17 *Fiscus alienat bona quæ seruando seruari non possunt.*
18 *Peculium quando confiscatur.*
19 *Fiscus quomodo succedat contumaci.*
20 *Filius quando valet exhæredari.*
21 *Fiscus in qua parte succedat foriudicato.*
22 *Vxores foriudicatorum recuperare dotalia.*
23 *Mater foriudicati quid habeat in bonis.*

1 NVm. 1.] Practicè Actuarius dic quando fiat annotatio bonorum per Farinac. q. 11. num. 2. ibi bona contumacis de iure communi annotātur, q͂ si infra annum comparet recuperat secus post annum, & adde ex iure const. Regni in ciuilibus, tāquam in criminalibus contumacem puniri in tertia parte bonorum mobilium, & hoc militat in prima citatione ante litis cōtestationem, cęterum lite contestata contumaciæ prædictæ pęna cessabit, vt in contradictorio iudicio seruatū fuisse testatur Afflict. in const. pęnam nouem vnciarum sub nu. 15. vers. in glos. p. in fine, & cum citat Auth. in prax. criminali rub. accusentur contumaciæ num. 18, vbi tradit in facto, idem obtinuisse Salerni licet obstet ritus M.C.V. incip. item seruat ipsa Curia in primis, & si rectè verba illius ritus ponderantur frustra cernitur fuisse allegatum ad propositum ex quo ibi tertiæ partis bonorū mobilium in citationibus post litem contestatam factis nō principaliter imponitur, sed pęna quatuor vnciarum, siue ad tertiam præd. si d. tertia maior pars dictę pęnæ existat nō tamen expectato triduo fit condemnatio, & subdit ibi ritus oportet, vt fiat condemnatio ad hoc vt fiat actus contumaciæ, & citatio expedienda erit mandando alicui ad talem pęnam vnciarum quatuor nō tamen in citatione dicitur, seù ad tertiam partem bonorum mobilium, vnde Carauit. in d. ritu se remittit ad d. in ritu 97. vbi in medio column. vers. dispositio istorum rituum concludit aliter hodie seruari quo ad citationes lite contestata factas ex quo in illis citationibus in quibus pęna fuit apposita ad quam de necessitate oportet citatū condemnari, & vocare expectandum est triduum secus in his quæ ante litem contestatam expediuntur, & eo elapso Curia sedente fit condemnatio ad pęnam, & quoad alias citationes quę fiūt sine pęna puta ad publicandum, & ad concludendum non accusantur contumaciæ, nec fit condemnatio, sed elapso termino fit publicatio, vel alius actus, & hoc quo ad criminales, quo ad ciuiles causas extat cōst. si quis post litē, & vide pro ornatu istius num. Baiard. ad Clar. q. 44. num. 8. & sequentibus.

2 Num. 2.] Barone contumace vltra pęnam tertiæ partis bonorum mobiliū cōfiscari castra, & casalia quo ad iustitiæ administrationem practicaui in R. Audientia Hydruntina in causa Baronis Cicala inquisiti cum illis de Metula de anno 1631. nam sequestrauimus terram Sternatię, ob quod coactus se præsentauit) & dixit Anna singul. 52 qui in singul. 180. dixit pariter pro feudo sequestrari, & omnia cumulauit doctissimus ille iurisconsultus D. meus Capibl. prima parte tract. de Baronibus in pragm. 5. num. 111. vide Sigismund. Scacc. de iudic. causar. ciuil. & crimin. c. 97. num. 19, & ita bis pariter obseruatum, ait Freccia de subfeud. lib. 1. in 29. author. num. 11. meminit Catalan. de indultu c. 12, num. 29, & 34. Liparulus ad Andream in c. 1. sub num. 2, vers. possessionem de mulcte vassallo qui contum. est vbi alias refert decis. & R. de Ponte de potestate proregis tit. de prouis. fisci solitis §. 1. Carauit. rit. 220. num. 17, & seqq. & Mastrill. de indult. c. 22, num. 25, vbi omnes citat amicus meus nō modice veneratioris inter scribentes Thor. in comp. prima parte verbo iurisdictio, vt donec tedio affecto comparuerit, & contumaciam purgauerit, & ex ipso de Ponte loco pręcitato nu. 7. decidimus in eadem Audientia quæstionem in causa alterius Baronis contumacis qui habebat facultatem nominādi si poterat stante eius contumacia nominare Iudicem in sua Baronia in causa Baronis de Muro affirmatiuè iuxta decis. Collateralis Cōsilij, ibi positam Visconte in conclus. Baro committens.

3 Num. 4.] Si bonorum mobilium appellatione contineantur viuę maturè quæstio est superflua) sed an appellatione bonorum veniūt serui Castill. decis. Rotæ Siciliæ 128. p. 2. prout interrogauit me vno die eximius ille vir præsidens R.C. Anellus de amato vbi etiā
4 quod in legato omnium mobilium existentiū in domo comprehenditur ancilla, etiam quod ancilla sit fugitiua, quia cum per accidens absit dicitur esse in domo.

5 Sed num segetes, & victualia seminata

nata adhuc non recollectæ sub legato mobilium veniant, negat Thesaur. q. forensf.26.lib.1. licet affirmat uè decisum de nonstrce Hieronymus de Laurentijs in decis.16.vide Auditorem pinde meum carissimum amicum Prouinciæ Apuleæ Nouarium in tract.de incertis, & male ablatis priuileg. qui currit post addictiones Tiraquelli de pia causa.

7 Et nota quod legatum mobilium comprehendit non solum superlectilia domus verum etiam vasa argentea, & omnia quę de loco ad locum moueri possunt vt fuit resolutum per Rotam in fulginaren. legati 6. Nouemb. 1620. corā R.P.D. Pamphilio.

8 Et si appellatione bonorum veniūt iura per Cap.in indice primę partis de baronibus verbo bonorum appellatione, & si appellatione alimentorum veniunt vasa Visconte in concl. verbo vasa,&c.

9 Num.5.] Si contumax intra annum possit alienare bona annotata dicunt DD. quod pendet si fiscus bona à delinquente alienata, siue post, siue ante delictum possit reuocare tāquam in fraudem alienata, vt ex tex.in l.post cōtractum ff. de donationibus Clar.q. 78, vers.solet etiam Peregrin. de iure fisci lib.5.tit.1.num.146.cum sequentibus,& decis.50. Bertazz. cons. crim. 295,446,457.477,& 497.vol. 2, & in terminis cōst.Regni negatur, vt Menoch.præsump.124,num.58, vsque ad 66.lib.3.quos allegat D.R.Rouit. tit. de sent.foriudic.nu.15, sed non est bona verisimilitudo, & applicatio vnde concurras cum D. Auth. nam verum est bona annotata post annum fiscum capere propria authoritate nō reperto cōtradictore, qui alioquin esset audiendus l.defensionis,& ibi notata per glos. C.de iure fisci lib.10, vt exornat Pinellus in l.p.p. 2, nu.24. C. de bonis matern. Peregrin.de iure fisci lib. 5.tit. p. nu.196,& glos. in l. fisci verbo copia C.de bonis vacant.lib.10, allegat, idē D.R.Rouit.in rub. de sent. foriudicaiudicationis num.5.

10 Num.6 & 7.] Annotatio bonorum qualiter fiat, & quæ bona debeant annotari, & inuentariari præter scripta in primo numero huius tituli) adde quæ scripsi annuente Deo in prato meo in l.si intra prouinciam C.de bonis proscriptorum & allegat eximius R. Rouit.loc.supra citato nu.14) bi quomodo fiat annotatio bonorum, & sub qua forma.

11 Num.8.] Si nomina debitorum cōtineātur mobilium bonorum appellatione,&c. vide Antonium Fabrum decis.11.de donationibus vbi nomina debitorum negat venire in donatione omnium bonorum. Ricc.coll.decis.239 in fine ideo dicas per discursum constituere 3.speciem separatam à bonis mobilibus,& stabilibus, & ideo bonorum mobilium, & immobilium appellatione nō venire Iason in l. à diuo pio §. in venditione 4. notabili nu. 7. per illū tex.ff.de re iudic. Tiraquell. de retract. consanguinit.§.p.glos.7.nu. 7, Pinell. in rub.de bonis maternis p.p. num.24 fol.18. Thesaur.lib. primo qq. forens. q.2. nu. 2, & Iason consuluit in cōs.5. vol.3.iuxta opin. Antonij Fabri non venire nomina debitorum in donare Clar.§.donatio q.19, vers.pariter Roland.à Valle cōs.65, nu. 7, & 8, vol.1, & quid in generali obligatione Gratianus discept.foreſ.748, num.2, & 507, num.1, & 16. Et in terminis confiscationis nō venire nomina debitorum dixit Alex.cōs.244, vol.2. Fusc. singul. 15, littera N.Thes.iun.d.q.2, & Viscōte concluf. nomina cum ampl. & limitat.

12 Num.9,& 10.] Si molendinæ, & molæ sunt de mobilibus vide Carocc. decis.107.

13 Num. 11.] Si venit pecunia appellatione mobilium respōdidi affirmatiuè ex Thesauro decis. 160, & tibi deseruiat vsque ad num. 14, vide Gratian. discept.forens.81.num. 1.

14 Num. 15.] Dic per Carocc. decis. 56.venire anim lia appellatione mobilium Ricc.coll.239, quæ nota quia deseruiunt ad ornatum tex.in l. mouētiū ff. de verborum significatione.

15 Num.16.] De rei vēdicatione intētāda per filios cōtumacis ad recuperādam partem bonorum) dic ꝙ de iure Regni Neapolit. stante gratia cōcessa Neapolitanis quomodo bona diuidantur

tur an fisco, vel filijs per de Franch. decis. 202, 213, nu. 10, & seqq. & in pęna vsurarij per Franch decis. 23, num. 37 vers. Hinc idem Dominus Regens) Paschal. de patriæ potestatis p. 4, c. 5, nu. 43, & sequentibus, ad hoc vt non necesse sit disputari de hac quæstio Camill. de Medic. cons. 71, & Mastrill. de indultu c. 22. nu. 87.

16 Num. 17.] Quod Iudex possit mandari debitoribus contumacis ne ei soluant dura mihi videtur cum vt diximus nomina debitorum non potest sequestrare data opinione, quod non veniant appellatione mobilium, sed neque potest saluari quod dicitur fructus quia respectuum fructuum iam etiam diximus supra num. 2. in fine cum frumenta, & fructus sati comprehenduntur Hieronymus Laurentijs decis. 16.

17 Num. 18,] Fiscus alienat bona quæ seruando seruari non possunt planus est.

18 Num. 19,] Peculium, vel quasi non confiscatur, adde quia pater habet in illis cōmoditatem Caualc. de vsufructu mulieri relicto nu. 181, cum seqq. Paschalis de patriæ potestat. c. 3, lib. 1, nu. 8, & sequentibus.

Sed si publicarētur bona an patris veniant filiorum peculia, vel vsusfructus, quē pater habebat in bonis aduentitijs filiorum Peregrin. de iure fisci lib. 5, num. 129, Horat. Carpan. in consuetudine Mediolani de iure, & priuileg. fisci nu. 101, cum pluribus sequentibus & Duena regul. 275, in 7. limit. Paschalis idem p. 4, c. 5, n. 23.

19 Num. 20,] Fiscum succedere in totum contumaci mortuo patre contumacis filios nō habenti, hæc quæstio discutitur per DD. in const. Regni ob filiorum, & est videre omnino Cumiā in c. si aliquem verbo masculus nu. 6, & in verbo mortis nu. 6, quid cum habet filios, vel alios cōiunctos loquendo in feudo, & quid in cęteris bonis per Viscontem concl. foriudicatus nō potest facere, & in bonis foriudicatorum quomodo id intelligitur stante gratia Neapolitanis concessa Paschal. de patrię potestate p. 4, c. 5, nu. 43.

20 Num. 21,] Filium posse exhæredari ex causa foriudicationis, adde eo ipso, quod est foriudicatus est inhabilis ad succedendum, vt post Isern. tenet Canet. in c. si aliquem fol. 219, & Cumia in loco præcit. verbo masculus num. 4, & seq. Crass. in tract. §, institutio q. 3, & 5, post Clar. in §, testamentū q. 20, nā foriudicatus in hoc Reg o pro mortuo habetur de Franch. decis. 102, 213, & 276, & 589, num. 5, de Ponte cons. 69, & de causis exhæredandi filios Couar. in c. raynutius de testamentis in principio sub num. 8, Paschal. de patr. potestate p, 2, c. 5, nu. 11.

21 Num. 22,] Si fiscus succedat foriudicato solum in ea parte in qua institutus est foriudicatus à patre venit si in hæred. non adita succedat Cephal. cōsil 321, vol. 3, Farinacc. q. 25, nu. 239, Paschal. p, 4, c, 5, nu. 24, & adde quod cum foriudicatus efficitur inhabilis ad succedendum tam ex testamēto, quam ab intestato locum alijs facit ad succedendum, vt post Isern. tenet Canet in c. si aliquem fol. 219, Cumia in verbo masculus num. 4, & seqq. Crass. in tractat. §, institutio q. 3, & 5, Clar. in §, testamentum q. 20, verum durante vita ipsius foriudicati si feudum possideret ipse fiscus possidebit cum loco præcitato ante num. 8, dummodo parentes liberos, aut sororē nō habuerit, vt incōstit. Regni ob filiorum culpas, sed si filius foriudicatus in vita patris decesserit fiscus non ei succedit, sed frater secundogenitus, vel soror in capillo fuit in totum excluso Cumia verbo masculus num. 172, & 173, de Ponte de potestate proregis fol. 426, num. 19. Hinc in quadam disputatione habita cū ōnullis Aduocatis criminalistis Neapolitanis dicebam secundum const. si quando vassallo foriudicato feudum aperiri illi à quo tenetur de Ponte refert feudal. lect. 6, num. 35, sed an fisci s non extantibus parentibus, & alijs excludat agnatos, & Cumia in verbo masculus num. 6, & in verbo mortis num. 6, nisi feuda sint ex concessione Regia, vel alio iusto titulo acquisita in quibus ascendentes liberis non succedunt, vt in const. foriudicatum bona vers. nisi intelligo in feudo nouo de Franch. decis. 3, num. 2. Cumia in c. si aliquem vers. rubrica num. 39, secus si est feudum anti-

antiqum de Frauch. d.decif.num.2, in quo ascendentes liberis succedunt Cumia d.l. co nu. 48, reliqua bona ipsius foriudicati si filios non habet fisco applicantur intellige vsque ad primum gradum cōst. foriudicatorum in princ. Campan. in c.regni 155, num.19. si vero liberos habet natos, & conceptos ante foriudicatio em connumerata persona foriudicati liberis pro rata, & numero liberorum bona ipsa per fiscum numquam annotari volumus idem de Frauch.decif.563 nu.3. Maranta conf. 71, in fine.

22 Num.23, & 25.] Vxores foriudicatorum recuperare iura dotalia hinc posse retinere donec per fiscum eis satis fiat de dote, & donatione propter nuptias Roland. à Valle conf.31, nu. 33, & 37, cum pluribus sequentibus vol. 1, Peregrin. de iure fisci lib. 5, num. 82 Farinac.quæst.25, num. 115, Baiard. ad Clar.q.78. num. 78. nec sub confiscatione bonorum viri venire, & quæ prius ab ipso fuerunt vxori donat , etiam causa mortis Io. Lopez in repet. rub de donation. inter virum, & vxorem §.76, num.24, Farinacc.q.35, nu. 127, & 130, cum seq.

23 Num.24.] De matre foriudicati quid habeat in bonis ipsius) vide successionem foriudicati pertinere ad eos quos allegat Consil. de Anna in conf. 13, num.8, & conf.9, num.15, & 25, & eius pater in repet.const. termin. vitæ hom. num.151, vsque ad 147, Reg. de Ponte conf.69, num.5, & 7, de Frāch.decif.514, num. 5, & de bonis foriudicati Ciuis Neapolitani per de Frāch.decif.213, num. 10, 13, & 21, & decl.num.36, Visconte in conclus. foriudicatus.

AD TITVLVM

BANNIANTVR.

SVMMARIVM.

1 *Bannum quid sit.*
2 *Aedictum quid sit.*
3 *Bannitus pro causa ciuili si per procuratorem audiatur.*
4 *Bannum debere publicari.*
5 *Bannum remoto officiali iterum publicandum.*
6 *Bannum pratoris quantum duret cum alijs correlarijs.*
7 *Banni forma traditur.*
8 *Bannum an publicetur die feriata.*
9 *Banniti si debent receptari.*
10 *Receptatio quid sit.*
11 *Bannitus quis dicitur.*
12 *Receptantium pœna.*
13 *Pœna an minoretur ratione affinitatis in receptante.*
14 *Vxore receptans bannitum virum, an puniatur.*
15 *Receptans ignoranter bannitum an puniatur.*
16 *Bannitus quis non præsumitur.*

17 *Receptans bannitum toleratum, an puniatur.*
18 *Bannitos receptantes tabernarij, an puniantur.*
19 *Amicitia inueterata, an excuset receptantem bannitum.*
20 *Receptans delinquentem an puniatur.*
21 *Receptans per vim bannitum an puniatur.*
22 *Aduocati pro bannitis postulant.*
23 *Receptans bannitum quem postea Curia prodijt an liberetur.*
24 *Mandans contumacibus litteras an puniatur.*
25 *Banniti debent capi à quolibet.*
26 *Bannitus largo modo dicitur Curiæ rebellis, & quando ex inobedientia quis sit rebellis.*
27 *Bannum quo tempore publicandum.*
28 *Banniri an quis possit pro omni crimine.*
29 *Bannum in quantum se extendat.*
30 *Bannitus de vno loco quando censeatur de adiacenti, & ibi num. 31, & 32, de alijs conferentibus ad hanc materiam.*
33 *Fugæ effectus.*
34 *Bannitus ab vno Iudice possit ab alio capi.*
35 *Bannum an possit remitti à quolibet officiali.*
36 *Vniuersitas delinquens an puniatur, & ibi quomodo citetur.*
37 *Banniri an quis possit non expresso nomine.*
38 *Bannitus quando possit rebanniri.*
39 *Bannitus an desinat esse ciuis suæ Ciuitatis.*
40 *Iudex quando cognoscat de delicto suæ familiæ.*
41 *Inquisitus an pendente inquisitione exerceat officium.*
42 *Præsentationis banniti effectus.*
43 *Contumaciorum pœnæ.*
44 *Accusator contumax an puniatur.*
45 *Contemptor Regij mandati, an puniatur.*
46 *Contumaciæ purgatæ effectus.*
47 *Procurator an admittatur pro bannito.*
48 *Dies ceptus an habetur pro completo.*
49 *Vniuersitas an puniatur de receptatione.*
50 *Statuta contraria quomodo attendatur.*
51 *Vniuersitas quando puniatur.*
52 *Statuta contraria reduci ad ius commune.*
53 *Indultus si tollat ius partis.*

1 NVm. primo] Amplissime vir) dicas bannum eiectionem esse à bono publico, & quandam à communione aliorum separationem excommunicationis instar, quæ excommunicatum eijcit ab Ecclesia Oliban. de iure fisci cap. 12. num. 10. Catal. de indultu c. 13. num. 3. Nell. de bannitis p. p. 2. temp. nu. 12. Boss. de bannitis nu. 1. Azzued. in l. 1. num. 1. tit. 10, lib. 4, & Bald. in l. 1. C. de hæredibus instituend. & Giurba cons. crimi. 3, num. 3.
2 & si vis videre quid sit ædictum Borrell. lib. 1. c. 17. nu. 2, 3, 4, 5, & 13, & de definitione banni per Giurbam cons. 3. num. 3.

3 Num. 2. 55, & 60.] Bannitum pro causa ciuili nõ audiri per procuratorẽ, consultus respondidi ex regula, quia non auditur nisi refectis expensis l. sancimus vbi Bald. & alij C. de iudicijs Specul. tit. de expensis §. 3. num. 4, vt Borrell. p. p. summ. tit. de contumacia num. 54.

4 Num. 3, & 7.] Bannum debere publicari per Ciuitatem, latè Borrell. de magistr. edictis lib. 2, c. 2, vbi quomodo publicatur Neapoli, & cum qua forma, & ibi nõ ligare nisi à die publica-
5 tionis) & aduerte neque ligari banna remotis officialibus, qui illa fecerunt cum debet iterum publicari Gratian. discept. forens. 542. num. 18, & 19.

6 Hinc occurrit si bannum commissarij, vel prętoris eorum officio finito expiret, & quid in banno proregis, vt cõsultus fuit nudius tertius ab Illustrissimo meo præside, & cum allegassem Ottau. Vulpell. cons. 19, num. 4, & 64, num. 5. Grat. decis. 84, nu. 7. remansit decisus quæsitus verum si est emanatũ à Legato à latere est perpetuum Euge. cons. 22. nu. 9. Vrsill. decis. 290, ad Afflict. & late omnia scripsit Visconte cõclus. iuris verbo bannum fol. mihi 17.

7 Nnm. 4, 5, & 6.] De banni forma & quæ debeat contraere, tù addas qua lingua debeant fieri banna, ac edi-

cta

cta per Borrell.de magist. edictis lib.2 c.2.num.18,& sequentibus, & de materia in lib.1,c.17,per totum, & quod bannum sine ordine iudiciario cancellari debeat dixit Cartar.de exeq.sentētiæ c.fi num.189,qui in c.1. num. 427. quo ordine proferri debet subdit) & quod debeant registrari bāna. D.Reg. Tapp.decis.S.C.47.num.8.

8 Num.8.] An bannum possit publicari in diebus feriatis,vide per nos in addit. ad decis. Gizzarell. 58, & per Borrell.in summ. decis. titul. de ferijs parte p.

9 Num.9.] Si banniti debent receptari,adde secundum pragm.3.de receptatoribus malefact. nō solum banniti nō debent receptari,sed etiam malefactores licet adhuc non contumaces,sed extra Regnum posse receptari dixit Bertazz.consf.crim.57,num. 11. vers. quo ad secundum vol.1, vt D.R.Rouit. in pragm.præd.3,nu.5,& indistinctè de iure communi habes receptationem bannitorum esse prohibitam, adeo q etiam statuta, siue proclamata prohibenda bannitos receptari comprehendunt etiam receptantes bānitos qui deliquerunt extra territorium proclamantis Rim.iunior cons.27,per totum vol. 1.) sed an teneatur receptans si sciebat solum illum esse bannitum non autem causam banni, vide Baiard. ad Clar.q.90,nu.43, & vide Giurbam cōsil.criminal.25,nu.1.

10 Queras tamen quid sit receptare, & dicas esse proprium refugium abscondendi causa & prestare reo in agro,vel ædificio Salycet.in l.1.C.de his qui latr.& si quis dando potum bannito dicitur receptare Bart.in l.1,ff.de seruo corrupto Auth. hic num. 22, & vide Menoch.de arbitr.casu 348,vbi latè,& ad das Bertazz.consil.98,num. 19. Rim. iun.107,319,num.31.si inuenit in domum an dicatur receptari,& si dicatur receptator per vnam vicem tantum, Oldrad.cons.26,col 2, Afflict. in cōst. patarenorum nu.9, & receptatoris nomine qui contineantur per Giurbam cons.crim.28,num.3.

11 Et queras quis dicitur bannitus per Giurbam consil.crim.4,nu.4.D.R.Rouit.in d.pragm.nu.6.

12 Num.10.] Ponit pęnam receptātiū bānitos, de qua per Gomez. de delict. tom.3,& 3.num.50.Menoch.cas.348, in prin.c & Baiard.ad Clar.q.90,num. 53,& patet in pragm.3,de recept.malefactorum, & in Barone receptatore delinquentes in sua iurisdictione, quod possit per Regem priuari, Peguera decil.crimin.36,& pract.crim.c.20. in fine D.R.Rouit.in rub.de recept. malefact.

13 Num.11.] Si ratione affinitatis minoretur pęna receptanti, vide Afflict. in rub.de iure prothomiseos nu.16, & patet ex pragm.4,de recept. malefact. per quam corrigitur pragm.3, eod.tit. concordant const.patrem pro filijs, & const.pęna carere volentes Laurent.decis.Aueni.1,nu.4,vt D. R. Rouit. in d. pragm.vbi & si comprehendantur affines spirituales nu.5.

14 Num.12.] De vxore receptante virum bānitum diximus alio loco) vide plura applicanda per Giurbam consil. criminal.85,) & planus est iste numerus,quia attentis præallegatis in præcedenti numero nō potest difficultari, & vide Menoch.casu 348, Rimin. iunior cons.27,num.11. etiam quod receptasset criminosos læsæ maiestatis Beron. cons.190,nu.4,vol.3.

15 Num.13.] Receptans bānitum ignoranter an puniatur) dic ex Bart.l.3,§. non solum ff.de incend.min. Rom.cōsil.473,Det.cons. 62,] in fine Gramat. decis.99.

16 Nota tamen ad hunc propositum, quod quis non sit bānitus præsumetur Bart.in l. 1, ff. de receptatoribus Boss. tit.de rapina nu.19,& seqq. nisi fuisset notorium,& publicum Baiar. ad Clar. q.90.num.5 ,& seqq.& Carrer.in practic.§,homicidium nu.32. defendi tamen in M.C.quem non imputandum de scientia in hoc casu cum probauerat absentiam à loco, & Ciuitate,& referēte Iudice Macedonio ex doctrina Bal. in l.planè ff. de excusat.tutorum, & in c cum in tua qui matrem accus. poss.in causa cuiusdam de Ciuitate Nolæ.

17 Num.14.] De receptante bānitum toleratum à superiore) adde Marsil. in pract.crim.§,aggredior num.28.Simon de pretis cons.81.num.3, Bursat. consil.

Et addas, quod actio iniuriarum ciuilis annali præscriptione, ēt tollitur nisi intra annum à tempore illatæ iniurię computandum lis fuerit contestata l. si non conuitij C. de iniurijs Rot. Rom. decis. 240, & adde quod talis actio iniuriarum nō solum per petuatur per litis contestationem, sed etiam per libellum datum principi l. 1, & 2, quando libell. princip. dat. & Socc. in c. si culpa in fine ff. de iniurijs de damno dato.

Et adde quod annus est continuus, sed talis quādo vni fit iniuria per metū Cepoll. cons. 70, num. 4

28 Num. 22] Quod excipi de falso perpetuo potest) vide Baiard. ad Clar. q. 61, num. 3, vers. item adde.

29 Num. 23] Quod præscriptio debet opponi, & allegari alias iudicium non procedit) adde per quemlibet de popu lo

lo posse opponi Marsil. cõs. 24. n.30. & posse opponi quandocunque etiam post litem contestatam Arnon. com. 155. Felin. in c. inter monasterium col. 7. de re iudicata Iaffred decis. 318, & vt dixi si non opponeretur accusatio, seu inquisitio iudicium valeret, & teneret Bart. in l. 1, §. accusatio ē ff. ad turpill. & in l. absentem vlt. col. ff. de p ... is Balb. in 4, p. principali q. 2.

30 Num. 24] Præscriptio quando curratur) adde Arisminum Tepatum in compend. iuris sentent. tit. de præscriptionibus.

31 Num. 25] Ius inquirendi per quantum tempus præscribatur adde licet accusatio, seu inquisitio spatio 20. annis tollatur vt quis amplius de crimine inquiri, nec accusari possit hoc tamē procedit agendo secus autem excipiendo, quia exceptiones sunt perpetuæ Ceph. cons. 338, num. 65, vol. 3, & cons. 558 nu. 57. vol. 4, & licet agi non possit criminaliter nisi spatio viginti annorum poterit tamen agi ciuiliter vsque ad triginta annos secundum Boss. in tit. quomodo procedatur per actionem in delictis nn. 20. distinguendo, vt ibi per eum.

32 Num. 26] Præscriptio si possit opponi per agnatos, & cognatos Balb. in tract. de præscript. 4, princip. q. 2

33 Num. 27] De nullitate citationis, & banni, quod causet nullitatem foriudicationis de Franch. decis. 514. nam for iudicatio sumit robur à citatione de Frāch. decis. 322, Mari ad Gram. decis. 24. nu. 13.

34 Num. 29] De forma sententiæ foriudicationis penes Regentem Salernitanum decis. 3. nu. 1

35 Num 30, 31, & 32] Si fiscus succedat foriudicato, & quomodo meliorē omnium habes Visconte concl. foriudicatus, & adde foriudicatione facta subfeuda nō ammitti, sed mortuo eo perueniri ad successorem, & viuo foriudicato, Curiæ tanquam vni ex filijs foriudicati est de fructibus correspondendū Staiban. cons. 62, nu. 9. qui in consil. 9 nu 2, quando foriudicatus fit successibilis scribit, & cons. 35, nu. 3, & nu. 22, & in cons. 35, num. 3, latissimè, & facit Anna cons. 17, nu. 1.

36 Num. 33] Si mulieres, & minores possint foriudicari quæstio est pulchra) de minore habes Afflict. in const. n ... orum iura nu. 8, in fi. Intrigliol. sing. 60. lib. 1. Cartar. de exeq. sentent. capt. reo nu. 224, & Mastrill. decis. 161, & patet decisum penes Thor. 1. parte comp. verbo sententia foriudicationis qui plures rationes affert quis applica tù in muliere.

37 Nu. 34] Foriudicationem redi nullam si tempore primæ citationis fuerūt allegata impedimenta, & non fuerunt admissa) sed an foriudicatus debent admitti ad allegandum se fuisse impeditum aliquo impedimento R. Salernitanus decis. 3. nu. 3, & ibi Thorus addens, & vide D. R. Tapp. decis. S. C. 53 in princ. & 54, nu. 1, vbi in casu occurso in personam cuiusdā de domo Caball. Ciuitatis Amanteæ qui allegauerat similem exceptionem captiuitatis aduersus exequtionem sententiæ foriudicationis, qui refert ipso fisci partes defendente fuisse per Collaterale Concilium absque alio termino processum ad exequtionem sententiæ foriudicationis rationes de his redens n. 5. quod licet talis exceptio impediat exequtionem intelligendum est quando fuisset captus ante citationem, & non postea Anton. deballis lib. 5. tit. de prag. regni tit. de nullit. foriudic. non aud. n. 17

Et pariter reditur nulla quoties citatio foriudicationis fuit nulla de Frāch. decis. 514. cum foriudicatio sumit robur à citatione idem decis. 322. de nullitate enim foriudicationis permittitur foriudicato dicere Baiard. ad Clarum q. 94. num. 8. & sequentibus.

AD

AD TITVLVM

CAPTVS FORIVDICATIS RECOGNOSCANTVR.

SVMMARIVM.

1 *Foriudicato capto fieri recognitionem.*
2 *Recognitio fit ad cautelam.*
3 *Recognitionis forma.*
4 *Foriudicato dandum terminum ad dicendum.*
5 *Nullitates proponendæ aduersus sententiam foriudicationis.*
6 *Foriudicationis sententia exequitur sine alia pronunciatione.*
7 *Sententia foriudicationis an præscribatur.*
8 *Sententia foriudicationis post decem annos dicitur nulla.*

1 NVm.1.] Fisci patrone dic recognitione fieri) quæ recognitio ad
2 cautelam fit Scapp. de iure non scripto lib.5.c.177.nu.1.& 2.Cartar.in tract. c.2.nu.3.Franch.decis.688.in princip. Caball.resol.crim.casu 270.p. tom. & D.R. Tapp.decis.S.C.53.in princ. & decis.54.num.1.inde si foriudicatus negat se illum esse secundum Marsil.singul 72.Anna cons.9.nu.25.de Frāch. decis.209. an sententia exequtioni demandari debeat,& dic testibus esse faciendam Auth.in tit. captis foriudicatis,& in verbo capiat informationem num.46.& quid si per testes non plenè conuincatur vtrū possit torqueri Clar. §.fi 1.q.96.vers. quero nūquid, & quid si sunt plures eiusdem nominis, vel sit erratum in nomine Angel. de malefic. verb. Caiam. S m ronij num. 6. & 7. Boss.in tit. de bannitis quid ammittāt nu.18.Clar.cit.q. 96. vers. quero nunquid in fine)& vide Thor. qui omnia cumulauit in addit. ad Regentem Sa-
3 lernit.3.nu. 11. vbi de forma recognitionis foriudicati, & quando fieri debeat,& adde Auth.nostrum in rub. capiat informationem nu.46.addent. ad Franch.decis.24.nu.7.Caball. cent. 3. cas.270.Visconte add t.ad Franch. decis.213.

4 Num.2.] Foriudicato deberi dari terminum) adde quæ latè scripsi in additione mea ad Gizzarell. 13.nu.2) sed in decis.D.R. Tapp.S.C.53. & 54. num.1.patet in casu occurso in personam cuiusdam de domo Caballo Ciuitatis Amanteæ qui allegauerat exceptionem captiuitatis aduersus ex qutionem sententiæ foriudicationis, & re fert ipso fisci partes defendente fuisse per Collaterale Consilium absque alio termino processum ad exequtionem sententiæ rationem de his redens nu.5 inde foriudicato capto,& recognito fit monitio ad dicendum quid voluerit aduersus sententiam foriudicationis.

5 Num.3.4.& 5.] De nullitatibus ad uersus sententiam foriudicationis, & quæ nullitates valent allegari latè D. R. Tapp.decis.S.C.54.nu.2.& 6.& reperio scriptum, quod consanguineus, vel

vel agnatus, vel amicus, siue sit de citatis, siue non ante sententiam latam, & lectam sententiam foriudicationis potest comparere, & appellare à decreto quod foriudicetur qua pendente non potest ferri sententia de Franchis 668. num. 3. D. Reg. Rouit. in pragm. prima de sentent. foriudicat. num. 34. & 35. adde Mari ad Grammat. decis. 25, & 21, & quod quando opponitur de nullitate sententiæ foriudicationis & apparet ex eisdem actis eo existente in posse Curiæ, & opponente de nullitate sententiæ sententia foriudicationis declaratur nulla de Franch. decis. 673, & 674, & cum non existit in posse Curiæ foriudicatus si possit de nullitate dici de Franch. decis. 788. Thor. in compend. verbo nullitates, & Gizzarell. decis. 16, in fine, & de die 20. Septembris 1623. facta relatione fuit prouisum in Collaterali Concilio instante fisco quod, veniat foriudicatus ad se præsentandum cum guidatico duorum mensium, & respectu bonorum cõfiscatorum audito fisco, & partibus M. C. iustitiam faciat vnde faciunt ea quæ scripsit Thor. in addit. ad decis. Regentis Salernitani num. 13, quod nullitas euidens, & notoriè apparens potest à foriudicato opponi, sed non à cognatis, & agnatis, & ibi num. 5. allegat nos addit. ad Gizzarell. 13, qui tamen possunt opponere exceptionem clericatus de Franch. decis. 329. sed quid in clericatu assumpto post foriudicationem idem de Franch. 209. Riccius coll. decis. 1401. fine.

6 Num. 6] Quod sententia foriudicationis exequatur sine alia pronuntiatione Franch. decis. 102, num. 31. Medic. consil. 69. num. 11. Mastrill. decis. 249, num. 18, Muta in pragm. Siciliæ tomo primo tit. 12. num. 6. Rouit. consil. 96. num. 6. p. 2. Paul. Bellon. in tractat. de potestate eorum quæ in cont. fruct. lib. 2. c. 75. Thor. ad decis. Regentis Salernit. 3, nu. 6. ibi condemnationem statim exequi capto foriudicato intellige secundum quæ scripsit Autor num. 2. dato termino ad dicendum causam quare vt in additione nostra ad Gizzarell. 13. num. 2, & vide Annam consil. 9. num. 25.

7 Num. 7] Si præscribatur sententia foriudicationis vide quæ dixi infra in num. 8.

Et effectus est temporis in sententia quod quando lapsum est biennium exequitur sententia sine actis Alex. cons. 22. vol. 5, & 25. vol. 6. Boer. decis. 124 Cartar. decis. Genuæ 58. num. 2. Thes. q. forens. 2. num. 3. libr. 3, & Mari ad Gram. decis. 34. num. 20.

Adde ex Nouar. lib. p. quæstionum forens. 141, intra quantum tempus foriudicatus à Curia Baronali per illam Curiam assecurari, & à banno extrahi possit, & concludit quod infra annum id agere potest Ricc. collec. decis. 1576 in fine.

8 Num. 8] Si sententia foriudicationis post decem annos possit dici nulla Viu. decis. 439, num. 38. Thor. prima parte compend. decis. verb. foriudicatus ibi post spatium 13. annorum Auth. meus infra in rub. captis foriudic. num. 8.



AD TITVLVM

VERVM SI CITATI COMPARENT, ET PVRGANT CONTVMACIAM AVDIVNTVR.

SVMMARIVM.

1 *Comparitio de sero coram quibus fiat, & quid operet.*
2 *Praxis circa comparitionem de sero.*
3 *Moræ effectus, & quando fideiussor eã purgat, & nu. 13.*
4 *Relaxatio sub fideiussoribus quando fiat.*
5 *Confessus si habilitetur.*
6 *Citatus quando non tenetur comparere.*
7 *Contumax quando quis dicitur.*
8 *Contumax non citatur sub pęna carcerationis.*
9 *Contumaciæ effectus.*
10 *Contumax si potest allegare fori declinatoriam.*
11 *Contumacia quod indicicium faciat.*
12 *Contumaciæ pęnę.*

1 NVm. 1] Humanæ Iudex) prosequendo hanc pulchram tractationem licet calores ęstiui satis me tedio afficiant, & maximo hoc tempore Augusti, quo in hac Ciuitate Lycij vbi præsentia scribo exiltunt non in parua consideratione) pro ista practica, quod comparitio de sero operat cum fuerit facta vsque ad primum somnum, vt quis non remaneat contumax, intellige in causa criminali, & liquidationis instrumentorũ secundum D. R. Tapp. in suo iure regni in ritu 206. incip. item seruat vt citat Author. & Francisc. Anton. de Iudice in tract. liquidat. instrum. fol. 41. nu. 37. & patet in decis. de Franch 685, vbi debitor citatus super tenore instrumenti, & reputatus cõ tumax potest cõparere de sero vsque ad primum somnum, & ibi affirmat id. etiam prouisum de iure communi, & quod comparere de sero licet vni pro omnibus citatis, sed non respectu non requisiti comparentis pro requisito sequitur Thor. p. p. comp. verbo comparere de sero, & si vis videre circa primũ somnum plura, addas congesta per Carauit. in rit. 206. annotat 2. aduertendo huiusmodi comparitiones de sero posse fieri, & debere fieri corã Iudicibus non coram Regente, & in Audientijs coram vno ex Auditoribus, vel coram iustitiarijs, vt ex prouisione rituum sancitum erat Carauita d. rit. 206. nu. 2. qui ita seruari in M. C. dicit trahendo pragm. 13. in vlt. cap. de offic. magist. iustit. in quo solum de iudicibus mentio apparet facta, & ex veteribus curialibus posse compareri tam coram Iudicibus ciuilibus, quam criminalibus.

2 Num. 2.] Ad intellig. ritus qui allegatur 204. tu addas stilũ currere, quod si quis fuerit citatus super tenore instrumenti si ille comparuit de sero coram Iudice M. C. tenetur sequenti die ostendere actuario cedulam Iudicis manu sub-

subscriptam, aut vero fuit citatus pro causa criminali, & tunc etiam comparitio de sero admittitur, & tenetur cedulam prædictam ostendere actuario in ciuilibus mensario, & vtroque casu comparere tenetur in prima sequenti Curia quo non comparente contumax reputatur, si vero tunc comparet, vel carceretur vel fideiussoribus relaxatur, vel fit mandatum quod nō discedat à palatio sub pena vnciarum 50. quando delictum est paruum vt D. R. Tapp.in d.rit.collocat in suo iure regni lib.3.fol.91.sub tit.de purgat.contum. & comparentibus de sero, & proinde intellige circa d. per Auth. quod debet præstare fideiussores secundum Carauit.in rit. 204, & nota vocari insistentiam illam quam facit debitor creditori in sequenti Curia vt meminit de Frāch.decis 685.nu.1. in fine de Iudice supra citat.de liquidat.instrum.42.n.38.

3 Num.3.] De hac materia moræ, & eius purgatione adde Marsil.in singul. 473.dd.in l.si insulam ff. de verborum oblig.Gabriel.cons.181.num.7.vol.1. Rimin.iun.cons.475.nu.2. Bertazz. in cons.560.nu.25.Mascard.concl. 1066 nu 24.Viu.com.opin.522.vbi quando fideiussor potest purgare moram rappresentando reum infra breue tempus, vel sponte se præsentauerit etiam quod in fideiussione adsit dies, pena, & iuramentum, & quod post breue tempus pena purgari possit etiam si mora, & pena fuerit declarata decisum fuit per Senatum Pedem.testatur Thesaur. decis. 77 Farin.q.34.nu.135. cum seqq. & Steph.de Seraf.de priuil.iur.priuilegio 48,nu.11,& seq.vbi ponit decem, & octo casus,in quibus moræ purgatio nō admittitur in promissionibus iuratis, nec etiam de equitate canonica (tēpus autem quod dicatur breue ad præsentandū reum,& purgandam moram remittas arbitrio Iudicis,vt per Menoch. de arbitrar.cas.40,& Iason. in l.si post tres n.6 ff. si quis cautionibus,quod est necesse scire alias sequeretur, quod iudicis authoritas quotidie contenderetur & carcerati, vel habilitati recederent, aut se presentarent ad sui libitum prætextu quod omni tempore moram purgare possent,quod quidem permitti non debet, ne iudicialis authoritas vilescat,vt dicit Carau.in rit. 163. nu. 2.inde fortius refert Bertazz. in cons. 560.nu.21,& voluit Petrus Belluga in tract.specul.princip.rubr.31. nu. 27 quod etiam si pena fuisset exacta in totum, vel in parte fideiussores possent moram purgare præsentando reum. sed cum temperamento, vt superscderetur vsque ad exitum causæ, & reperto quod principalis iustam causam fouerent fideiussor esset liberatus si vero in iustam quod nō esset exemptus,vt Author meus hoc eodem tit. infra in nu. 13,& Carau.in rit.163.) aduertendo, quod quando habetur in fortijs reus post incusatam penam,quia fuit captus semper debetur pena cū non possit tractari de purgatione moræ vbi opera fideiussorum non intercessit ad præsentādum reum, nec ipse reus sponte se præsentauerit,quia Bellug.dicit,quod si fideiussores possunt purgare moram etiā quod pena sit exacta in totum,vel in partem,ego credo,quod in hoc se decipiat,vt cantabā colleghis meis in Reg. Aud.Hydrunt.nam facta exequtione non est locus purgationis moræ Rimin.senior in cons.421.num. 8. vol. 2. Ias.in d.l.si insulam nu. 31. vbi tamen ponit duas limitationes,& vide Farin. in q.34.nu.125.

4 Num.4.] Quando quis est sub fideiussoribus relaxandus memini me alio loco dixisse, & vide Carauit. in rit. 41. num.15.Baiard.ad Clar.q.46. nu. 22. qui ait in regno nostro fuisse prouisum per regiam pragm.8.§, item vogliamo lo primo de officio magistri iustitiatij, quod vbi cadit pena solum relegationis non sit permissa liberatio inquisiti cum fideiussoribus neque per palatium Curiæ,neque per aliam partem,nisi ex causa toto tribunali visa, & audito fiscali Aduocato Nouar.coll.156.

5 Num.5.] Quando aliquis est confessus non habilitatur dixi num.2,& 3. hoc eodem titulo supra, cum non erronee declarari fecit esse confessū Marsil. in pract.crim.§.attingam nu.3. Gram. cons.55.nu.8.

6 Num.6.] De purgatione contumaciæ,& citatus quibus modis excusatur, & neque teneatur cōparere per Baiar. ad

ad Clar.q.34.nu.38.

7 Num.7] Contumax quando quis propriè dicitur, vide Borrell. in summ. decis.tit.de contumacia.

8 Num.8] Contumacem carcerari) inde contumax non potest citari ad cõparendum sub pęna carcerationis, Farinac.q.18.num.58.& 59.

9 Num.9] De effectu contumaciæ latè Borrell. in summ.decis.tit.de contumacia.

10 Num.10] Si contumax possit allegare fori declinatoriam, vide Borrell. in summ.decis.tit.de contumacia, & latè Baiard.ad Clar.q.64.num.37, & 38.

11 Num.11] Contumacia quod inditium faciat quando fuit purgata Marsil.in l.2.de quest.nu.3. Auth.in tit. [illegible] nutatur nu.14.nisi probaret, quod ex probabilibus causis fuerit absens.

Sed quomodo dicitur purgata contumacia C[illegible].rit.220.num.22, & vide rit.211.quod in hoc Regno contumax si voluerit audiri soluũtur per eum Curię ducati tres & duo carlenij.& ita practicauimus in R.A.Hydrunt.

12 Num.12] De pęna contumaciæ dixi latius supra in tit.accusentur contumaciæ in nu.11.

13 Num.13] Dixi latius hoc codẽ tit. supra in num.3. si fideiussor eo quod non præsentauit principalem fuit condemnatus ad pęnam si post aliquot dies præsentauit si eam euitet.

AD TITVLVM
ET SI COMPAREANT ANTE CONTVMACIAM EXAMINENTVR.

SVMMARIVM.

1 *Comparitio spontanea, est maximum inditium innocentię.*
2 *Comparitio spontanea quando dicitur.*
3 *Comparens statim examinandus.*
4 *Contestatio litis quomodo fit in Regno.*
5 *Examen quando dicatur perfectum.*
6 *Reus quando potest corrigere suum dictum.*
7 *Rei in Regno subscribunt eorum depositiones.*
8 *Rei qui amputauerunt eorum linguam quomodo sunt examinandi cum alijs corrollarijs.*
9 *Affrontatio quomodo sit facienda.*
10 *Confrontatio est loco repetitionis, & quomodo.*
11 *Reus torquetur nolens respondere.*
12 *Reus reiteratis vicibus examinatur.*
13 *Notarius de mandato Iudicis debet subscribere etiam actus, & motus quos facit reus in examine.*
14 *Minor se maiorem asseres an sibi præiudicet.*
15 *Conuersatio cum alijs quod inditium facit.*
16 *Reus interrogatur super quolibet negotio.*
17 *Asserens se clericum sed nolens respondere an est cogendus.*

Prin-

18 *Principalis excusatur a variatione, & periurio.*
19 *Iudex præcipit alicui, vt dicat veritatem.*

1 NVm. 1.] Comparitio r ē spontaneā maximum innocētiæ inditium) Amic. conf. 7. n. 19. Cauett. conf 6. . 39. Raud. conf. 27. vol. 2 Macerat. lib. 3. resolut. 5. nu. 9. Triuis. dec f. 13 n. 44 lib. 2 Viu. decis. 282, nu. 9, & 10. Mascard. de probat. concl. 904. nu. 22. & concl. 1330 nu. 1. Becc. conf. 44. nu. 12 Clar. § fi. q. 21. vbi Baiard. Giurb. cōf. 13 nu. 22, & 37. nu. 29, & conf 91 nu. 25. latissimè Visconte conclus. f ontanea comparatio Honded. conf. 87. vol. 2. inde occidendi animum excludit id. Giurba conf. 45. nu. 30 Fatuus sanè ille esset qui cū nocens sit & reus criminis, vellet se priuar libertate, & in carceribus se constituere putans celare veritatē vt Marsil. conf. 117 nu. 49. Giurba d. conf. 13 nu. 22. in fine.

2 Aduertendo quod spontanea dici nō potest comparitio si permiserit in contumaciam bāniri, vide bonorum confiscationem timens ad illam impediendā comparuit Farinac. resol. 6 num. 13 Giurba d. conf. 13 nu. 23 vbi de alia declaratione vsque ad num. 26

3 Nu. 2] Comparentē debere statim examinari, & nu. 13) adde clar. in q 45 pract. crim. vers. scias ad 5, & sic practicari in nostris Tribunalibus inde dicimus aliquando contestari litem vt infra in tit. fiat contestatio litis abundè præter Baiard. in d. q. 45. nu. 2. quæ in Regno r q uiritur, & per solam responsionem rei interrogati à Iudice super delicto dicitur cōstituta Gomez. de delict. c. 12 nu. 18. circa medium, & ipse

5 Baiard. nu. 57 verum pers &um eius examen non dici affirmes si in eode cōstitutus reus reuocauerit suum dictum primo loco cū rationis reditione Bald. in l. presbyteri C. de episc. & cler. Ias. in l. lecta ff. si certum petat. Bursat. conf. 79 nu. 15. quinimo in decis. pedemont.

6 79 nu. 17. reus potest corrigere dictum suum antequam conuincatur docto de errore Baiard. ad Clar. q. 21. num. 151 & 152) & aduertant Iudices reos in Regno subscribere eorum depositiones

7 & si nesciunt scribere q faciunt signū crucis Baiard. q 64. nu. 146.) & si occurrat quod examinendus sibi amputa

8 uit linguam ne se ipsum, & complices detegeret, vel quod alias mutus esset, & surdus à natura, vel ex accidenti tūc debet capi i formatio an is bannitus qui lingā sibi amputauit scribere sciat quoniam sciens scribere cogi potest ad dicēdam veritatem per scripturam an sit idemet qui in sententia nominatus, & descriptus est qui vt in sententia dicitur condemnatus, ac etiā ad detegēdū complices per torturam, vt. s. tormentetur donec debito taliter tempore manu sua propria scribat se esse etiā eādem et personam quæ descripta est, & cōdemnata vt in sentētia sibi exhibita, vel do nec complices, ita etiam scribat, & receptatores quemadmodum hoc modo cogi posset ad dicendam veritatem de delicto ipso si cōden natus nō esset vt singulariter voluit Tancred. in sua com pendios. in vlt. rub. q. 4. dicens ita fuisse responsum cōtra quendā patruum qui de nepotis sui quem occiderat vt illius hæreditatem consequeretur necem detegeret linguam sibi amputauerat, vt. s. capta informatione quod scribere sciet tamdiù tormētaretur, donec manu sua scrib ret se scelus commisisse, & valet confessio hæc ita per scripturam extorta Ferrat. cautel. 57. Bonacoss. tractat. cautel. littera M. cautel. 35.) Si vero scribere is nesciret quis linguam sibi amputauit, vel qui ex accidenti mutus esset per signa cogito respondere, vt etiam mutus, & surdus à natiuitate interrogari poterit per signa, & signis similiter respondebit prout super delicto ipso si condemnatus non esset per signa interrogaretur, & signis responderet Gomez. c. primo delictorum num. 69. Plac. lib. primo epitom. delictorum cap. 32. num. 18. Cartar. de exequt. sentent. titulo capto bannito c. 2. num. 43. & sequentibus, vbi practicam ponit de examine muti, & surdi, & Theutonici, vel alterius Regni, qui linguæ latinæ, vel nostræ, quod vernaculæ esset imperitus, vt numero 51. & sequentibus latissimè præter alios quos allegat) sed quonmodo

rei examinandi sint,& si possint interrogari de delictis in specie Farinac. q. 83,nu.97,& 98,distinctè.

Hoc eodem nu... ag.t Auth. noster
9 de affrontatione facienda cum testes dicant ad visum ta tum agnoscere r ū tū memoriæ habeas debere testes iurare in præsentiam partis dum faciunt cō frontationem Boer.decis.319. nu.4,& 259,nu. 2, & vide Guglielm. de benedictis in c. R y nutius num.102, de testam.circa formam quomodo sit faciē da huiusmodi confrontatio quæ habetur loco publicationis secundum Bart. in extrauaganti ad reprimendum in verbo & figura, & non ommittas pariter Cartar.in praxi interrog.teor.lib 3 c.3,nu.28,& multa lib. 3,c. 1, nu.93, quando sit abstinendum à confrontatione,& dixit Bertazz. magnus criminalista in conf.70,nu.30.vol.2,consil. crim.diuersorum,vt refert Bursat. cōs. 192.nu.36.vol.2. confrontationem es-
10 se loco repetitionis quando testes iurant in præsentia rei in actu confrontationis.

11 Num.3.] Torqueri reum nolentem respondere inquisitioni, & condemnari ad pęnam pecuniariam.

12 Num.4.] Reum pluribus,& reiteratis vicibus debere examinari) præter allegata in nu.2. facit nu. 8. quia reus super quolibet inditio est interrogandus) pro quorum numerorum ornatu amplia tū & neque sufficere responsionem per verbum credo Bart.in l.genero nu. 2, circa medium ff. de his qui notantur infamia cum debet respondere per verbum veritatis scio hoc,vel feci hoc Afflict.in const.de interrog.litigant nu.7 fol.41.Baiard.ad Clar.q.5 num.14

13 Num.5] Notarium de mandato Iudicis debere scribere omnes actus, & motus quos facit in examine reus)talē esse officium Notarij nos scripsimus in ad sit ad Gizzarell.decis.24,nu.7)sed sub qua forma debent scribi præcipuè actus variationis, & vacillationis Baiard.ad Clar.q.25,nu.13, vt supra in nu.4. Auth.hoc eodem tit.

14 Num.6] Minor se maiore asserens an sibi præiudicet Baiard. ad Clar. q. 60,nu.6,qui hunc locum quem allegat concludit sibi præiudicare nisi restitutionē petierit,nos omnia cumulauimus in prato nostro in l.2.& 3, C. si minor se maiorem dixerit vbi singularia, & ibi si ex errore, & restitui si ex dolo nō Abbas conf.21.lib.1.Crauett.cōs.121 Afflict.decis.193.nu.12.Bilot.de absolut.à iuram.lib.1 c.14.nu.18. Imbria. de 1,& 2.benef.consid.3.nu.51.Grat. discept forens.c.576.nu.39,& 4,& pariter eo in loco quid si tam dolus suus, quam aduersarij concurrent an habeat minor restitutionem in integrum, & diximus in terminis nostri Authoris respectu pęnæ indagandæ.

15 Num.7] Conuersationem cum participantibus in delicto facere inditium facit infra nu.14.) pro quorum ornatu Gram.cons.17,nu. 14. ibi cum sanctis sanctus eris, cum peruerso peruerteris, & adde conuersationē malam cū alio adminiculo facere inditium ad torturam,idem Gram.consf.53.nu.25,& decis.34.ad finem,& voto 6.num.3.Menoch.q.89. num.125. Giurba conf.87 nu.15.qui in conf.28.nu.6. latè quando conuersare quis dicetur.

16 Num 8] Reum debere interrogari super quolibet negotio vide penes Aur.

18 Num 9] Asserens se clericum, & nolens respondere in examine, an cogendus sit. Allegatur Carat. in praxi interrogandorum lib.1.c2.num. 14.ex decis.de Franch.329,num.9.instructio fit penes Iudicem secularem ad finem remittendi ad Ecclesiasticum, & ponit Borrell.in summ.p.p.decis. tit. 7 nu. 7 & seqq.& sic remanet detentus à Iudice laico, vt ibi cum carceratus prætendens se clericum penes secularem Iudicem interim detinetur.

Num. 10, & 11] Circa interrogatoria faciēda reis adde Baiar.ad Clar. q.64.nu. 23, vbi quando fiat de socijs complicibus siue mandatoribus si debet fieri in genere,vel in specie, & cum ista materia interrogandorum reis fiēdorum in scolis disciplina non tradatur,vt dixit Cartar.de exequt.sent. c. 2 nu.89,videas penes eū omnia) & Boss. tit.de examine reorum nu.12, & Marian.in c.qualiter, & quando de accus. num.950, & 1002. vers. vnde non debet.

Num.

18 Num.12] Excusari principalem à pęna varietatis & periurij Bertazz.cōs. 124.nu.1,& 2,vol. 1, & à pęna falsi & ibi addentes & plenè quando in constitutis suis dicitur principalis in se, & testis in alios, quia habet interesse Bertazz.cons.323.nu.2.vol.2. Cartar. in praxi interrogatorum lib.3.c.3. nu. 16. vbi tenet, quod non possit puniri in de DD.dicentes induci indicium ad torturam ex variatione intelligendi sunt quo ad testes, non quo ad principalem Farinac.pract.crim.q.52.nu.19, & 20 vbi nu.10,& 41. de vacillatione, titubatione, tremore, pallore, trepidatione & declinatione oculorum versus terrā, vt Fusc.singul 2. littera V. vbi propriè distinctio inter principalem, & testem, & cum aliis allegat Visconte in concl. vacillatio, titubatio &c.& vide plura per Giurbam in cons.87.nu.7, & 8.circa ipsam variationem, & omnia per ipsum Farinac.cit.q.per totam.

19 Et ad id quod scribit Auth. cum Iudex praecepit ei vt sub pena diceret veritatem, & respōdidit vti mēdax quod teneatur ad illam pęnam vide Baiard. ad Clar.q.45.nu. 9. vbi alleg.decis.Senat.pedemont.66.

AD TITVLVM

EXAMINATI LIBERENTVR SVB FIDEIVSSORIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Offerens dare fideiussoriam cautionem si carceretur, & in quibus casibus*

2 *Confessus pęna pecuniaria si relaxetur sub fideiussoribus.*

3 *Fugiens semel à carcere an relaxetur sub fideiussoribus.*

4 *Inquisitus de falso an relaxetur sub fideiussoribus.*

5 *Iudex quando possit iterum capere relaxatum.*

1 NVm primo] Carcerandos non esse delinquentes offerentes dare fideiussoriam cautionem si sumus in delictis in quibus venit imponenda pęna infra relegationem; Carab. singul. 84.habilitatio inquisiti &c.)& Masull. ad Capic.decis.30.num.7, & Carauit. rit.41.qui affirmant arbitrio Iudicis relinqui, quia tunc nō graue fortassis cōsideratur delictum pro quo habilitatio propriè denegatur ad tex in l. diuus ff. de custodia reorum, vt dicam infra num. 4.

2 Num. 2, & 3] Confessum de pęna pecuniaria nō relaxari sub fideiussoribus) pro vt debitor vigore obligationis liquidatę pęnae acta Curiae) & ratio est quia tunc pars Iudicis est in condemnādo,& interim debet in carceribus retineri l.si cōfessus ff. de custodia reorum Par.de sindicat.in verb.fideiussor officialem c.3.post nu.15. August.ad Angel.in verb. pro quibus facit id. Auth. noster

noster num.12. ibi conuictus, vt dicitur debitor vigore obligationis liquidæ, vel confessus de pecuniaria pœna, & infra vbi dicam in verbo, & si confitebuntur nu n.73. Roderic. Suarez tract. de fideiussoribus in causa crimin. post num.4. vers. quod limita nisi accusatus confiteretur crimen Menoch. de arbitr. cas.303. num. 4. nam debitum liquidum tunc dicitur, & proinde statim debet solui facit scripta Bald. in l. sed & si is in 2. lectura in fin. ff. de in ius vocando, & hoc non solum procedit in conuicto, & confesso quæ paria sunt ad tradita per Grammat. decis. 36. num. 61. sed in confesso extraiudicialiter etiam Auth. infra in verbo, & si confitebuntur 3. part. principali nu. 36. vbi confessio extraiudicialis dicitur probatio, vt dicam, & facit hoc eodem tit. num. 6. vbi habebis verum in confesso extraiudicialiter delictum capitale.

3 Num. 18] Etiam in casu quod quis esset relaxandus sub fideiussoribus si alias aufugisset, quod nõ debeat relaxari) nota quia tunc se fecit indignum vt iterum sub fideiussore relaxetur etiam quod agatur de pœna pecuniaria Boer. decis. 215. ante medium num. 22. Tiraquell. de pen. temper. caus. 31. num. 14. vbi ampliat etiam quod reus sit nobilis Rodric. Suarez in tractat. de fideiuss. in caus. crimina. num 33, & seqq. Mascard. probat. cõclus. 1003. num. 87. Menoch. de arbitrar. cas. 303. num. 9. & seqq. vbi alijs similibus hanc comprobat opinionem & deinde licit non per hoc sublatum esse arbitrium Iudici si voluerit illum relaxare sub fideiussoribus quod Auct. non misit ponere, & sic secundum eum poterit isto casu Iudex etiam carceratum qui alias ex carcere aufugeret fideiussoribus relaxare, & non relaxare pro vt sibi visum fuerit Farinac. q. 33. num. 34, & 35.

4 Num. 19] Neque relaxandum sub fideiussoribus inquisitum de falso adhuc quod pœna pecuniaria veniret affligendus) ad has propter criminis turpitudinem, & multa illius specialia Marsil. in pract. crim. §. attingam num. 5. in fine vers. addo etiam, & in rub. de fideiuss. num. 232. inde statutum loquens de carceratis relaxandis non extenditur ad inquisitos de falso Dec. cons. 143 num. 5. Menoch. cas. 303. num. 12. Gram. consil. ciuili 109. Mago. decis. Lucens. 41. nu. 1, & 2. p. p

5 Sed cum attendatur pœna, & non crimen concludas si venit imponenda pœna pecuniaria relaxari reum sub fideiussoribus Farinac. quæst. 53. num. 32, & vide Bertazz. consil. 12. num. 2. lib. primo.

6 Num. 20] De practica istius num. quod Iudex carceratum relaxans sub fideiussore non idoneo poterit ipsum relaxatum tanquam non benè relaxatum iterum capi facere, & per talem capturam non censeatur liberati dicti fideiussores scripserunt Aug. ad Angel. de malefic. in verb. quod fama publ. præced. post nu. 67. in fine addict. Francisc. Cast. tract. de indit. & tortur. in quest. cap. 9. rub. de captura, & carcere num. 12, & Marsil. in practic. §. attingam num. 10.



AD

AD TITVLVM VEL CARCERENTVR

SVMMARIVM.

1 *Carcer si detur ad pęnam.*
2 *Carcer quomodo debet esse, & numero 4.*
3 *Carceratus quando detinetur in compedibus.*
5 *Nobilis quomodo detinetur.*
6 *Senes quomodo carceretur.*
7 *Carcerandi non sunt de proximo liberandi.*
8 *Fęminæ quomodo carcerentur.*
9 *Carcer quando detur ad pęnam.*
10 *Carceratus quando quis dicitur.*
11 *Visitatio in carceribus quomodo fit.*
12 *Accusator quando teneatur subministrare expensas carcerato.*
13 *Carcerati infirmi debent curari.*
14 *Carcerari non debent quis pro delicto antiquo.*
15 *Contractus initus per carceratum an teneat.*
16 *Contractus initus inter dominum, & vassallum an teneat.*
17 *Vassalli an teneantur ad custodiam carceratorum.*
18 *Capiens hominem propria authoritate ad quid teneatur.*
19 *Carceratus in dies grauatur.*
20 *Carcerati sunt sub protectione regia.*
21 *Cognoscens carceratam mulierem ad quid teneatur.*
22 *Mulier cognita & differens conqueri præsumitur ex voluntate non vi cognita.*
23 *Carceratus an possit recomendari ad instantiam alterius Curiæ.*

1 NVm. 1] Carcerem non dari ad pęnam, sed ad custodiam Carauit.rit.4 /.num.19.Marsil.singul.565 Capibl.de baronibus pragm.19.num.1.vbi pulchrè Gomez.var.resolut. tomo 3 c.9. de captura reorum num 6 vers. quia carcer non est inuentus ad pęnam Menoch. de arbitr. casu 305. num.2.

Sed aliquando datur ad pęnam, vt est in leuibus delictis in quibus iura nullum particulare decernunt supplicium l.1.§ fin.ff.de alc.lusor.& alcat. Ioan.de Platea in l. nemo carcerem C. de exact.& tribut.lib.10. Bart.in trac. de carceratis Capibl.loco præcit.nu.6 ex de Franch.326 Viu.504, & vide tù Baiard.ad Clar.q.70 num.6, & Menoch.cas.380.

Et ab Ecclesiasticis dari in pęnam carcerem nō solum ad tempus, sed ad vitam, quæ morti ciuili comparatur c. nouimus de verb.signif.Marc.dec.912 de Ponte cons.73.qui latius pur ctum in Regno deducit, & vide infra nu. 10 prout à Regijs per viā cōdemnationis.

Inde nota carcerem dari ad custodiam respectu causæ finalis, sed respectu causę materialis dari ad maximam

penam Gail. de pace publica cap. 1, & in tantum iura succurrunt miseris carceratis, quod non permittunt carcerario, siue custodi carcerum pro expensis, & portello detineri posse carceratum liberatum, vel condemnatum ex Guid. Papa q. 48 & Masull. ad Capyc. decis. 11. Carabb. singul. si iudic. officialium 45. quia carcer datur ad custodiam non ad penam.

2 Num. 2 & 8] Docet quomodo debeat esse carcer s. vt non sit subterraneus &c. & si potest esse absque catenis & vinculis arbitriũ Iudicis suppleat) vt in prag n. 19. de baronibus patet cõtra quam si fieret esset potius necare quam custodire vide Bellugam in speculo princip. rub. 23 §. dicamus vers. aliud est num. 8. Meno h. de arbitrar. cas. 305. Coller de process. exequ. p. p. 6. c. num. 101. & Nouar. in coll. su per pragm. 40 qui ex Thoro licet eum non citet refert pendẽte relatione in S. C. carceratos in foueis tenebrosis & subterraneis carceribus nõ esse detinẽdos, vt decisio in causa terrę Hyte cũ eius Barone vt ipse Thor. in prima parte in verbo carcerati in obscuris ex Amendola ad decis. de Franch. 526. nu. 19) succurritur enim per huiusmodi pragm. miseris carceratis ex tirannico more damnatorum fiscalium qui pro prouentibus in illis ponunt carceratos cum ille versus dictat in eorũ ore quod carcer facit prouẽtus nõ omittas Corneum cons. 325. nu. 4. lib. 4. M. rs l. de bãnitis verbo carcerati num. 4. Gomez var. resol. tomo 3 c. 9 tit. de captura reorum num. 6, & vide de reliquis circa vincula ferrea in seq. num.

3 Num. 3] Præter quę allegaui in prato ad l. p. C. de custod. reorum vt in casu quo carceratus esset detinẽdus in vinculis ferreis, & compedibus debeat taliter detineri vt illa dolorem, & cruciatum nõ afferant Gomez. tomo 3 c. 9 nu. 6 vers. item adde Cyrill. in summa criminali tit. de custod. reorum § 1. num. 3 vers. ita tamen & Iodoc. in pract. criminali tit. de carcererijs num. 6. Casus autem in quibus quis ferreis compedibus debeat detineri obseruãtur primo cum aliquis esset cõfessus. vel conuictus de graui, & capitali crim. ne & locus carceris no esset tutus l. si cõfessus ff. de cust. od. & exhib. reor. Paris de sindicat. in verbo carcer c. 30 num. 5 vers. nam is qui est in casu criminis, & condemnationis. & Ant. in practic. crimin. cano. c. 12 num. 10, & seqq. & Boss. in tit. de carcerat. si le ull. committe id. qui inquit carcerem debere esse talem (& hec faciunt pariter pro num. 2 supra) quod cęlestis aer nõ negetur, & carceratus viuat, vnde nõ debent pauperrimis carceratis claudi ianuæ, & fenestræ ex quibus habent lucem, sed solum pro nocte verum orto Sole debent aperiri arg. l. p. C. de custodia reorum, vt in prato meo dixi, & sic seruatur in M. C. Vicariæ & in omnibus carceribus Regni huius.

4 Num. 4] Carcerem debere esse talem, quod carcerati nõ exeant, & habito respectu ad causam, & qualitatem personæ Clar. in §fi. q 46. & arbitrio Iudicis qualitatem personæ carceratæ extimãdam patet ex humanissimo Imperatore Constantino in d. l. 1. vt omnia nos in prato nostro ad eam diximus Gom. cit. loco c. 9 nu. 6. Menoch. cas. 301. Bonac. ss. comm. opin. vers. carcerandus an sit reus pagina 19 in fine p. parte Ripa tract. de nocturno tempore tit. de custodia reorum nu. 15 & vide in num. sequenti.

5 Num. 5] Nobilem nõ debere ita duriori mancipari sicuti plebeium,) addas proinde in iure fieri distinctionem carcerum nobilium & ignobilium de Franch. h. decis. 630 quia nobiles præsumuntur delicatiores nõ soliti ad incommoda ferenda, ita quod non debent arctioribus carceribus mãcipari sicuti plebei Anna singul. 357 vbi addidi latè Capibl. de baronib. in pragm. 19 num. 17. Visconte in suis conclus. concl. nobilitas qui plura deducit in materia nobilitatis & quando de ea habeatur ratio vt etiam nos in addit. nostra ad decis. Gizzarelli latissimè scripsimus & D. R. Rouit. in prag. 1 de penis nu. 15 & Ripa de nocturno tempore titul. de custod. reorum nu. 15, & quid in delictis atrocissimis per Capibl. loco cit. num. 25 & si vis videre in quibus differant nobiles à plebeis Bertrand. consil. 313 nu. 5 vol. 3 Tiraquell. tract.

de

de nobilitate, & addita per nos in d. singul. Annæ 357

6 Num.6] Non ita carcerãdos senes sicuti iuuenes Boer.decis.217 num. 10 Ozasc.decis.123 quia commodiori loco sunt detinendi Baiard. ad Clar. q. 46.Menoch.de arbitr. cas.305 num.8 cum fauore ætatis eis consulitur, & ea est causa vt potius ei succurratur quam quam iuuenibus Carauit. rit. 101 nu. 3.qui allegat Bald.in c.1 de renunciatione dicentem plus valere vmbram senis, quam eloquentiam, aut gladium iuuenis,vt eum allegaui in addit. ad decis.vlt.Gizzarelli in princip. inde & vinculis senes detineri non posse Grassus in prelud.tract.de exceptionibus num.177,& Grat.lib.2.disceptat. forens.c.328,& maiora senibus priuilegia reperiri concessa quam iuuenibus habemus Cacher.decis.pedemont.123 Ricc.coll.decis.2215, qui senem sexagenarium pro debito carcerari non posse affirmat nisi contraria vigeret cõsuetudo.

Sed quando dicitur senex quis Menoch. de arbi. casu 59 q. arbitrio Iudicis considerat, & Duei a regula 250 attenta valetudine robustitate,& qualitate delicti Brun.de indic.p.4.nu. 18 Paris de sindicatu in §.officialis pe suit ad cordam num 11.incipit enim senectus à quinquagesimo anno vsque ad septuagesimum annum Baiard. q.64 num.69

7 Num.7] De proximo liberãdi nõ ita carcerandi sicuti alij Menoch. cas. 305 num.9 quod carcerati de proximo liberãdi nõ debent in duro carcere affici sicuti alij non ita de proximo liberãdi Hyppolit. consil.94 num. 17 vol.2. Boer.decis.217.nu.16. versic. quarto limitatur Paris de sindicatu verbo carcer cap.2 an potestas quæ aliquem nu. 1.ea ratione quia proximè liberandus habetur pro absoluto quo ad hoc vt fideiussoribus dimittatur Marsil.in practic.crimin.§.attingam num. 14 Clar. in pract.crim.q.46. vers. pariter etiam & Lazar.pheuul.in tract. de momento temporis c.28 num.20. vers. sic carceratur.

8 Num.9] Fœminas nõ debere carcerari in loco masculorum) ex quo Caball.resolut.38.asserit mulierem honestam nobilemque in carcerem nõ detinẽdã, sed domum alicuius honestę matronæ assignari debere subfideiussoria cautione si crimen sit leue,& quod propriè carcerãtur in loco separato à cõuersatione masculorum Imol.in c 2 nu 16 de pignoribus Marian.in tract. de citat. articulo 5, quæst. 17. Boer. decis.349.nu.5.Blanc.in pract.crim. fol. 4.num.27.Thor.p. parte comp. decis. in verbo mulier si nobilis sit vel in castro vel in monasterio,vel in domo cõsanguinei Scacc.de iudic. causarum ciuil.& criminal.c.46.nu.23. Ricc. coll. 608.

9 Num.10] Ex distinctione carcerũ quam facit Author quod detur primo ad pęnam in exemplis per eum positis ex quibus declarãtur allegata in num. 1.hoc eodem tit. supra addas verum & etiam tunc posse poni carceratos in carceribus obscuris,& subterraneis,vt latissimè Farinac.de carceribus,& carceratis q.27.num.104. cuius opinio ex dispositr.pragm. 19. de baronibus hodie in Regno nostro nõ seruatur vt diximus hoc eodem titulo in num.2,& 8.supra,& proinde ad corroborationẽ addas casu cõstitutos ex quibus carcer datur pro pęna per Capibl.remissiuè in d.pragm.19.num.9,& nu.4.quod carcer sit in quadruplici differentia, & si esset vera opinio Farinac. nõ reciperemus quod Episcopi condemnãtes reos ad loca subterranea,& periculosa essẽt irregulares,& grauiter punirẽtur vt cõstat ex Belluga in spec.principum rub. iudic.lib.2.cẽtur.8.cas.305, qui refert comoditates quas debet habere carcer ne Baro sit in culpa Viu.decis.211,qui dicit quod tales carcerati impunè possẽt frangere tales carcere.

10 Num.11] Si carceratus dicitur qui stat per palatium) Capibl.prima parte de baronibus in pragmat. 19. num. 22) Mari ad Granm. decis. 33. num. 15.

11 Num.12 14.& 15] De visitatione quam debeat facere Iudex in carceribus adde) pragm.8.§.item è stato cõcluso de offic.magistr.iustit.vbi D. R. Rouit.Baiard.ad Clar.quæst.46.num. 8.

Num.

12 Num.13] De accusatore si teneatur subministrare expensas carcerato, dic ideo fiscum teneri alere carceratos inopes Caball.cas.201. Capibl. in prag.n.19. de baronib.num.19, & ibi nu. 14. quod carcerati inopes sint alendi à Barone, & nu.16 latissimè.

13 Num.16] Quod carcerati infirmi debent curari Petra ad Gramm.decis. 33.num.11. inde Iudex eos tenetur habilitare ad locum meliorem Baiard. ad Clar.q.46, & custos tenetur denuntiare infirmitates carceratorum alias sui culpa præsumuntur mortui Mascard. conclus. incip. carceratus Boer. decis. 216. vbi etiam admonet Iudices ne faciant vexari carceratos manicis ferreis, vel catenis alias mors erit ei imputanda nisi in grauioribus delictis, vel existente suspictione fugæ Gomez. var. resol. tit. de capt. D.Reg.Tapp. tit. de custod. carceratorum, qui simul concessit omnes prouisiones factas super custodia reorum, & consequēter in culpa erunt si rei erunt pauperes, & non curarūt vt eis prouideatur de victu ad quē præstandum tenetur fiscus in locis demanij, & in feudis Barones.

14 Num.17] Carcerari an debeat quis pro delicto antiquo) adde carceratio quibus in casibus sit licita tam pro debito etiam fiscali, quam pro delicto antiquo D.R.Rouit.num.17. in pragm. 1. de custod. reorum, & vide per Nouar coll. super pragm. coll.40. D.R.Rouit. in pragm.1. de custod. reorum num.7.

Num.18] Pęna vbi venit minorāda debet esse pęna pecuniaria.

15 Num. 19] Contractus initus per carceratum an teneat Anna singular. 418. Fusc. singul. 229. Mascard. de probat. conclus. 1053. num. 30. 31, & sequentibus vol.2. Farinac. de carceribus quæst.35, Thor. in compend. decis. fol. 121. addens ad Cappell. Tholos. decis. 309.

16 Adde pariter contractum celebratum inter dominum, & vassallum non tenere, quia metu factus præsumitur maximè quando subditus enormiter leditur Marant. consl.39. num. 16, & sequentibus Visconte in concl. contractus factus.

17 Num.20] Vassalli an teneantur ad custodiam carceratorum Capibl. in pragm.19. de baronibus nu.29.

18 Num.21, & 22] Capiens hominem propria authoritate ad quid teneatur dixi in Prato meo ad tit. C. quando licet vnicuique se sine Iudice vindicare.

19 Num.23] Carceratum in dies grauari) vide discursum per totum Capibl. pragm.19. de baronibus, & quod redat carceratio squallorem carcerato D.R.Rouit. in pragm.9. de baronibus num.6.

20 Num.24] Carceratos esse sub protectione regia pendet à ratione numeri sequentis.

21 Num.25] De cognoscer te carceratam mulierem Farinac. q. 31. num. 112. Menoch. de arbitr. cas. 292. Baiard. ad Clar. in §. Fornicatio num. 24 & 25.

22 Adde tamē ꝙ mulier cognita, & differens cōqueri, & accusare ꝙ præsumitur ex voluntate, & nōvi cognita Capib. in pragm.8.p.p.nu.331. de baronibus.

23 Num.25] Carceratus an possit recomendari ad instantiam alterius Curiæ Guazz. in suo tract. ad defensam reorum.



AD

AD TITVLVM

AVDIANTVR EXCEPTIONES PROPONENDAE PER EOS.

SVMMARIVM.

1 NVm.1] Circunspecte doctor) maximè vtilitatis est scire si proceditur contra aliquem ad querelam, vel ex officio, tempè, quod expensę sint reficiendæ per contumacem ad finem, vt audiatur quādo proceditur ad querelam secus si ex officio, quia tunc non reficiuntur expensæ Guglielmus de benedict. in verbo mortuo testatore el 1. num. 169. in craynutius de testam. & quod querela edi debet, vide quæ allegaui in Pratonico in l. ædita C. de edendo.

2 Num.2] De accusatore, quod teneatur declarare si intendit facere partem in iudicio) applica quæstionem si iudex possit præfigere terminum offenso ad querulandum. Baiard. ad Clar. q. 58. num. 9. verum procedit quando præcedit diffamatio facta per offensum, quia licet taceat in querulando tamen ratione diffamationis poterit præfigi talis terminus, & eo nō veniente decerni, quod alias non audiatur Rom. cōs. 53. Cagnol. in l. diffamari nu. 14. vers. 4. difficultas Carau. rit. 105, num. 7.

3 Num.3] De accusatore quod non teneatur se inscribere ad penam talionis vide Duenam regula 27, & adde talem penam talionis hodie non seruari limita in casu filij famil. accusantis, vt hab. bis in num. sequenti vide plura per Ricc. coll. decis. 1037.

5 Num.4] De filio famil. accusante quod teneatur se obligare de consensu patris Farinac. q. 12. nu. 10, & Detian. tract. crimin. tomo 1. lib. 3. c. 9. in statu tamen Ecclesiastico fuit expressè prouisum per const. marchiæ c. 17. lib. 4. quod filius fam. l. possit accusare, & denuntiare, & se defendere absque cōsensu patris, siue curatoris authoritate si nulla vrgentia præcedant inditia contra ipsum, & quod habeat legitimam personam standi in iudicio in criminalibus, tam in primis causis, quam in causis appellationum, in rit. 201, & 161 ibi Carau. filius fam il. non admittitur ad denuntiandum nisi se obliget ad certam penam de probando ipsam denuntiationem, & non concordando cum denuntiato sine licentia ipsius Curiæ cui obligationi pater consentiat, vel nisi constet Curiæ, quod habeat de alijs bonis de quibus solui possit dicta pena q̄ per desuetudinē i. m recessit ab aula Gram. decis. 39. in fine) & si alias vis videre adde doctissimum Capibl. 2. p. de baronibus c. 44. nu. 15. vbi affirmat absque patris consensu accusare filium, & vide plura correlaria per Viscontem conclus. filiusfam il. de consensu patris præstando in iuditijs ciuilibus, & criminalibus.

5 Num.5] De clerico accusante si teneatur præstare aliquos qui principaliter se obligent vide per Farinacc. q. 12. num. 12. si clericus possit accusare, & adde in Curia Ecclesiastica

6 Neapolitana indistinctè non admitti accusatorem nisi se obliget de probādo Baiard. ad Clar. q. 81 num. 6.

7 Num.6]. Quod accusator tenetur præstare fideiussorem de soluendis expēsis adde quod si data fuerit per accusatorem, vel querulantem cautio de expensis in casu succumbentis, & deinde non

non succumbuit in causa principali, sed super ipsius desertione, an fideiussor tenebitur Bald. consil. 106. num. 15. vol. 2. Maranta in pract. p. 6. meb. 8. num. 1.

8 Num. 7] De accusatore nō præstāte fideiussorem, nec se obligante in casu quo tenetur an procedatur pendet a quæstione si desistente accusatore possit proced) de qua est videre Carauit. rit. 272. num. 26. quē legas pro ornatu numeri se quertis octaui.

Num. 8] De accusatore non prosequente accusationem, adde fiscum pro sequere c. crimina de collusione detegenda, sed an possit prosequi accusatio vsurariæ prauitatis desistente accusatore Mianad. decis 39. de Franch. decis. 552, & amplia per Ricc. coll. decis. 1813.

9 Num. 9, 10, 11, & 12] Accusatio quæ debet continere omnes sciunt. & nota Iudicem ex officio supplere omnia necessaria accusationi Abbas in c. causam de iudic. Dec. in c. dilecti de iudicijs Ferrar. Gargia consil. crim. tomo 1. in folijs.

10 Num. 13] De accusatore quod debeat legitimare suam personam, adde de consuetudine non obligari ad pœnā talionis vt supra dixi Baiard. ad Clar. q. 12 nu. 10. nec iurare de calumnia, & teneri cōtestare litem Vitalin. in tract. suo maleficiorum tit. quot mod. super malefic. proceditur nu. 9.

11 Num. 14] De exceptione illegitimationis accusatoris) adde Bero. in c. 1. de accusat. n. 2. vbi de accusatore inhabili si ex officio possit à Iudice repelli post lapsum termini ad proponendā declinatoriam, & quomodo sit procedendum super inhabilitate accusatoris & rei Beron. in c. 1. num. 10. de accus. sed debet opponi except. ante litem contest itam Bart. in l. qui accusare in princ. ff. de accusat. sed Conrad. in practic. titul. de accusat. dicit quod si inhabilitas prouenit de iure ciuili tunc ea opponi debet ante litem contestatā si vero proueniat de iure gentium, vel naturali, & tūc potest etiam post litem contestatam opponi.

12 Num. 15. vsque ad 19] Quādo mulier admittatur ad accusandum Carauit. 191. nu. 8, & latè Crauett. cons. 220 primo dubio, & de vxore habetur per Farinac. q. 13. num. 24. vbi etiam de sponsa.

Et adde quod mulier in aliis nonē casus potest accusare per Decian. tr. ct. criminali lib. 3. c 7. tom o 1, & si vxor concurrat cum filijs ad accusation n de morte mariti filij præferuntur de Frāch. decis. 382. vol. 2.

Nec omnino etiam patrem pro filio accusare maritum pro vxore ita monacum pro monasterio per Capibl. de baronib. c. 14. nu. 3.

21 Num.30] De testibus deponentibus de absentia quomodo debent dicere, facit quomodo probetur negatiua de qua per Vmuium decis.272, nu.6 vbi negatiua, quod mulier carnaliter cognita non extiterit probatur, qui in decis.426, negatiua non coarctata loco & tempore est improbabilis nu. 11, & quod quando negatiua est vaga, & improbabilis magis creditur testibus fisci quam rei Zianc.discept.1, num. 57, & vide plura num. 58.

22 Num.31] Dixi in num.88, infrà abbunde, & adde falsi suspicionem cessare cum cessauerit comodum Vulpell. cons.135, num.13.

23 Num.35] Falsum quando non dicitur, dicquando adiuatur primordio veritatis Marsil.singul. 35, & cum non concurrit vera com mutatio veritatis, nam præparatio non mutat eam Crauetta cons.46. Zianc. discept. 27, nu.8 inde aliquando falsum committitur dicto aliquando facto Mont cell.in practic.regul.15, nu.7, & ibi à nu.8, vsque ad 25, vide Afflict. decis. vltima nu.8, & 13. Cephal.cons.230, nu. 8. & 355 num.44, vol 3, Bertazz.cons.71, num. 52, vol. primo.

24 Num.36] Falsitas cessat cessante dolo Vulpell.cons.129, nu. 14, quia falsi crimen cessat cessate vno ex tribus inter quos est dolus idem Zianc. loco cit.nu.41, lasi in l.in actionibus nu. 26 & 28.ff. de in litem iurando.

25 Num.39] De vtente instrumento continente plura capita vera, & plura falsa an puniatur de falso, venit quæstio si instrumentum falsum in vno capitulo censeatur in totum, vt Aeth. in nu. 68, Felin.in c.fraternitatis nu. 16, cum seqq. de hęretic. vbi ponit sex limitationes, & Mascard.de probation. concl.742, & de teste super vno capitulo falso in omnibus, quod præsumatur falsus Gabriel.com.concl.lib.7, conclus.4 Mascard.concl.742, Menoch. de præsumpt.lib.5, præsumpt.22. Baiard. ad Clar.q.53, vers.sed quero.

26 Num.40] Si vtens falso teste qui aduersario non nocet, & producenti non prodest puniatur de falso dixi in num. 29, infra abundè, vide si facit ad propositum Nouar.coll.2, nu.21, quod falsitas committatur in instrumento nullo, vel in sentētia pariter nulla, facit q. de eo qui produxit falsos testes, quod sit puniendus etiam si dicat se illis vti nolle Gabriel. commun. concl. lib. 7, concl.7, nu.8, Menoch.casu 315, num. 30, & facit etiam quia adhuc quod cessauerit vnum ex requisitis in falsitate arbitrio Iudicis puniatur Menoch.cas. 306, num. 20, & seq. Mazzol.cons.99, nu.23. & Vulpell.cons.120, & quomodo excusentur falsificantes per Campeg tract. de testibus regul. 424, & 436.

27 Num 42] De vtente falsa scriptura priuata per Carauitam ritu 281, num. 5, Vulpell.cons.6, nu.7, & 8.

28 Num.44] De producente falsos testes, vel scripturam falsam, vide omnia per Baiard.ad Clar.in §.falsum nu. 51

29 Num.55] De subducente falsos testes, adde quod puniri potest etiam si testes

testes recusauerint deponere falsũ Bertazz.cons.218.nu.6,& similiter punitur etiam in testibus corruptis non vtitur Bert.319, nu.6,adhuc in testis persuasus ad falsum deponendum verum diceret, sed pœna extraordinaria, quia alicui non fuit illatum in documentum Afflict.cons.qui falsitatem num.1, sed quando testes dicãtur subornari Mascard.de probat.concl 1340 & de coniecturis subornantium Vulpell. consil. 103 nu.3,& si subornato contra subornantem credatur Vulpell. consil. 103, Marc.decis.488.Beto.q.58,& si puniatur testis corruptus licet non probetur falsum deposuisse D.R.Rouit.in prag. 4. de falsis nu.3.

30 Num.57] Falsi crimen exceptuatũ ab indultu D.R.Rouit.in prag.4. de falsis nu.30,Baiard.ad Clar.in q.59.

31 Num.59] De Notario quando dicatur falsum committere, adde si instrumentũ conficiat falsum licet sollẽnitatis defectu nullum puniri quandoque pœna falsi, & quandoque stellionatus Vulpell.conf.6.nu 4.

32 Num.64] Instrumentum per quos testes probetur falsum Crauett.consil. 56,& 75,Menoch.de arbitr. caſ.103, Roland.conf.38,vol.1. Natt.conf.9, 96,& 123,Hipolit.singul 283.

33 Num.68] De instrumento falso in vno capitulo si in totum dicitur falsum omnia dixi in addit.ad decis.Gizzarelli in 2. parte, & vide in teste per Menoch.de arbitr.caf.108.

34 Num.73] An falsum deponat qui credens aliquid verum id dicit, vide Gabriel.comm.conclus. lib 7, tit. de crimin.concl.33

Inde ad incurrendum falsum non est necessarium, quod aliquis pro certo sciat probationem esse falsam,sed sufficit quod credat vero similiter talem esse si cum sua opinione concordat veritas,quia verum est aliquem vsum fuisse falsi instrumento, & dolosè ex quo credebat illum esse falsum vnde debuit abstinere Felin.in c. præsentium num. 12,de testibus.

35 Num.74] De teste vno modo in iudicio dicente, & alio extra an sit falsarius, vide Menoch.de præsumpt. lib. 5 præsump.22,per totum ibi quando testis ex repugnãtia,& contrarietate reddatur falsus,qui in tract.de arbitr.casu 108,plenè de testibus variantibus, & Gabriel.commu.conclus.lib.7.de malefic.concl 31,& vide ad punctum sententiæ omnia per Baiard.in q. 53, per totam.

36 Num.79] De effectu bonæ famæ satis & supra dixi in tit.dẽtur capitula quod suffocauit vxorem nu.29.

37 Num.81] De probatione coniecturæ Mascard. de probationibus concl. 405,nu.1.probari per duos testes.

Sed quid sit coniectura, & vnde nascatur Menoch. de præsumptionibus lib 1,q.7,n.21, & quod à præsumptione distinguatur Mascard.de prob.q.14 num.7,& de speciebus coniecturæ in num. 17.

38 Num.84] Coniectura vna aliam tollit in nu n.47 in tit. dẽtur capitula quod suffocauit vxorem dixi supra Mascard.de probat.concl.403,nu.6

39 Num.85] Contractum redi nullum per defectum substantialium) vide instrumentum carentem debitis sollemnitatibus licet viuo Notario ipso nil probare eo tamen mortuo facere semiplenam probationem Menoch.de præsumpt.lib.5,nu.10.

40 Num.86] Facit quia nullum producit effectum de Franch.decis 232, nu. 6,ibi sententia foriudicationis non potest proferri super citatione notorie nulla prout contumacia,vt per eum,& licet sit vera hæc conclusio tamen in materia falsitatis potest ea committi in instrumento nullo, vel sententia pariter nulla Nouar.coll. 2.nu.21.

41 Num.88] Suspicio in crimine falsi quando pro veritate habeatur)Crauetta conf.134,nu.26 Gabriel.com m.cõclus.lib.7,concl,6,Abb.conf.99,per totum,sed quomodo latè Baiard.ad Clarum §.falsum nu. 34, & de cognitione suspicionis, & de gradibus eius in nu. 230, sed ex quibus præsumptionibus inducatur suspicio falsitatis latè Mascard.de probationibus concl.740,volum.1,& Menoch de præsumpt. lib. 1, nu.41,42,& seq.qui in q.7,lib.1,quod ex multis præsumpt. causetur atque conficiatur præsumptio.

Et adde falsi suspicio pro veritate habe-

habetur in ciuilibus, & ad refrigẽdum fidem probationum tantum non ad puniendum de falso criminaliter D. R. Rouit. in pragm. 4. de falso num. 24) vide tamen Gaspar Thesaur. quæst. forens. 47. lib. primo.

42 Num. 89] De cassatura in contractu, &c. addas Menoch. lib. 3. de præsumptionibus 141. per totum ibi de instrumento cancellato, quid operet, & adde quod radendo, vel interlineando scripturas committitur falsitas Ruin. cons. 15. vol. 5. item lacerando Grat. cons. 59. nu. 12, & cons. 72. vol. primo Marc. q. 741. & si scripturæ aliquid additur, vel detrahatur Ancaran. consil. 173, & si aliquid admoueatur Marc. q. 141. sed ad hoc vt pęnæ falsi locus sit oportet, vt rei substantia commutetur c. ex litteris de fide instrumẽtorum Cephal. cons. 331. nu. 13.

Et quando dicitur commissum vitiũ rasuræ, vel cancellationis in parte substantiali, vel accidentali Menoch. de adipis. poss. ss. remed 4. nu. 12, & rasura non nocet quando ea non obstante potest legi, quod prius erat scriptũ, vt dixi, & illegaui in quadam causa in hac R. A. Hydruntina Crauett. cons. 73. n. 15. Gram. cons. 75. in ciuilibus Vrsill. ad Afflict. decis. vltima nu. 5. Menoch. de arbitr. cas. 318. & Mascard. de probation. concl. 1254. vol. 3, & adde pręsumi falsitatem ex atramenti diuersitate Nouar. coll. 2. nu. 10. Vera. decis. 3. nu. 3. num. 14.

43 Num. 90] Delicti in genere probatio quomodo fiat docet Muscatell. in praxi de cognit. seù probatio delicti in genere Ambros. in tract. de modo forman. processũ informatiuũ lib. primo c. primo per totum.

44 Num. 91] De Deffinitione falsitatis Menoch. de præsump. q. 7. li. 1. n. 41

45 Num. 92] Falsitatis suspicio quãdo cessa cum palã, & publice quis egit Crauet. cons. 75. Petra addit. ad Grani. decis. 50. nu. 12. & dic cessare præsumptionibus, & coniecturis Port. cons. 95 Menoch. de præsump. q. 20. qui in lib. 1. q. 7. nu. 41. definit suspictionem, & conatur ostendere gradus suspictio ũ vt Deti in. cons 99. nu. 11. vol. 2, & nota Mascard. de probat. concl. 740.

Et adde falsitatis suspictionem oriri ex scriptura cõtra stilum Nouar. coll. super pragm. 25. nu. 25. qui in coll. 92. nu. 9. quando pro veritate habeatur vt supra nu. 41.

46 Num. 93] De effectu bonæ famæ dixi in tit. præcedenti dentur capitula ꝙ suffocauit vxorem nu. 29.

47 Num. 94] Præsumptiones de quibus fiant) vide Menoch. de præsumpt. q. 23. lib. 1. per plures numeros.

Et in materia verisimilis adde quæ sint per Menoch. de arbitr. cas 85. nu. 5 & per plures sequentes numeros.

48 Num. 95] Depositioni cui magis sit standum, &c. adde corroboratæ ex præsumptionibus, & coniecturis & in materia falsi probari cũ falsum ex illis appareat Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 58 nu. 8. & q. 40. nu. 13.

49 Num. 96] Crimina occulta probãtur per testes inhabiles faciunt termini Giurbæ consil. 43. num. 22. & cons. 91. num. 2. ibi in ijs quæ sunt difficilis probationis coniecturæ satis sunt etiam ad condemnandum.

50 Num. 97] Probationes liquidissimæ in crimine falsi requiruntur) ideo debent esse testes omni exceptione maiores Foller. cons 80. num. 7. inter consil. crimin. diuersorum Ziancius ad defensam reorum disceptatione 27. num. 6. & vide dicta supra num. 95.

A D

AD TITVLVM

ITEM QVOD FVIT CAPTVS INFRAGANTI CRIMINE.

SVMMARIVM

1 Captus infraganti quomodo damnatur.
2 Captus infraganti non datur copia.
3 Fur infraganti fustigatur absque sententia.
4 Angel. doctrinæ, & Ias. de repertis infraganti furare.
5 Defensio non datur capto infraganti.
6 Captus infraganti damnatur absque processu.
7 Captus infraganti quis dicatur.
8 Appellare an valeat captus infraganti.
9 Capi à quocumque quando possit captus infraganti.
10 Clericus captus infraganti an spolietur armis à laico Iudice.
11 Testes idonei an sint birruarij contra captum infraganti.
12 Notorium quod dicitur.
13 Captus infraganti vt dicatur an sufficit esse visum vel captum.

1 NVm. 1] Practicè Iudex quod captus infraganti crimine debeat damnari ex abrupto) conclusio est treuialis Afflict. in const. humanitate notab. vers. item querit hic And. & in const. iustitiarij non per calendas Gram. decis. 36. nu. 8. inde non datur
2 copia, nec expeditur citatio id. Gram. num. 71, cum seq.
3 Patetque in fure infraganti capto, qui sine sententia fustigatur Angel. in l. ictus fustium col. 1, ff. de his qui notãt infam. qui dicit quod hodie seruatur, quod inuenti ad furandum vuas per officiales absque interloqutoria, vel
4 diffinitiua ducuntur cum vuis per collum per Ciuitatem, & Iason in l. vnica nu. 29, ff. si quis ius dicẽti nõ obtẽperauerit dicit quod in leuibus delictis inuentus infraganti sine aliquo processu potest puniri ad catenam, & ita dicit de facto seruari.
5 Num. 2] Defensionem non dandã capto infraganti dixi infra in tit. & facta litis contest. nu. 1, & 2, quia proceditur iuris ordine non seruato, & absq; processu Alex. cons. 275, viso thema-
6 te lib. 7. Florian. in l. si seruus num. 5. vers. sed aduerte ff. ad l. falcidian. Marsil. in l. vnic. C. de raptu virginum nu. 89, vsque ad 94.
7 Num. 3] Ordinem non seruandum dixi supra in præcedentibus numeris, & dicam infra.

Sed quis dicitur captus infraganti Farinac. q. 21, nu. 133, & Giurba cons. crim. 98, nu. 1. qui in actu delicti deprehensus est, & Vulpell. cons. 137. nu. 16
8 Num. 4] Appellare an valeat captus infraganti dic vti notorius, quod non Paul. Fusc. de visit. lib. 2, c. 23. nu. 10, Borrell. in summ. decis. tit. 33. nu. 173, p. 2. qui à nu. 176, vsque ad 179, quando in notorijs admittatur appellatio inde appellatione interposita exe-

AD TITVLVM

ITEM QVOD EST NOTORIVS DELINQVENS.

SVMMARIVM.

1 *Ordo non seruatur in notorijs, & manifestis.*
2 *Tortura non habet locum in notorio.*
3 *Notorium per quos testes probetur.*
4 *Notoriè criminosus ex officio damnatur.*
5 *Notoriè criminosus summatim interrogandus.*
6 *Litis contestatio non datur in notorio.*
7 *Dilatio non datur in notorio.*
8 *Copia repertorum non datur in notorio.*
9 *Iudex friuolas exceptiones notorias reicit.*
10 *Notorium quomodo probatur, & num. 17.*
11 *Notorium quotuplex sit.*
12 *Notorium quomodo inducatur, & num. 14.*
13 *Notorium facti transeuntis quomodo probetur.*
14 *Notorium quomodo consideretur.*
15 *Notorij effectus.*
16 *Ordo procedendi in notorio.*
18 *Sententia an requiratur in notorio.*
19 *Appellatio an detur in notorio.*
20 *Iudices quomodo procedunt in notorijs.*
21 *Iudex potest se informare in notorio ex officio.*
22 *Blasphemiæ pena.*

1 NVm. 1, & 6] Perspicace Iudex pẽdet à dictis in præcedenti titulo proximo in materia infraganti capti, attenta eius definitione, de qua per Giurbam consil. criminali 98, nu. 1, & vide in notorijs, & manifestis ordinem iudiciarium non seruandum per Guid. Papam singul. 198, Hypol. 51j, c. quoniam 10, & Glos. extr. de filijs presbyterorum.

2 Num. 2] Torturam non habere locum in notorio adde proinde dicimus esse remedium extremum ad inueniendam veritatem Zianc. discept. crim. 3, nu. 4, & nu. 54.

3 Sed per quot testes probetur notorium Mascard. de probation. conclus. 1105, vol. 2, & plures alij in nu. 16.

4 Num. 3] Notoriè criminosus ex officio damnatur, hinc dixit Gramat. decis. 105, nu. 16, non requiri sententia in eo) ibi in delinquẽte coram Iudice) sed an requiratur probatio Paris. consl. 147 vol. 4, Roland. consl. 94, nu. 22, vol. 1, Gram. decis. 36, num. 55, & Mascard. concl. 1103, vol. 2, diximus supra in præcedenti titulo infraganti capto.

5 Num. 4] Quod notorius delinquẽs summatim sit interrogandus ideo inoleuit cautela vt Iudex pronunciet notorium criminosum, vt per Gram. decis. 65, nu. 12, & 103, nu. 15, sed quomodo damnatur notorius delinquens infra num. 29

6 Num. 5] Si litis contestatio requiratur in crimine notorij dic si requiratur

tur citatio Gabriel. com. concl. lib. 2, de citat.concl.prima nu.2) inde in notorijs possunt recipi test. s ante litis cõtestationem Guid.Papa sing.128.

7 Num.7] Dilationem non dandã in notorio facit, quia Iudex se informat de notorio absque alia citatione Gratian.discept.forens.780,nu.14.& 765 nu.70,& 766,nu. 17, patetque in debitore ꝙ si notorius est non soluendo discussio non est facienda discept. 723.nu.19.

8 Num.8] Copiam repertorum non dandam notoriè delinquenti nota, qa à quocunque Iudice est danda Menoch. de arbitr.q.78,nu.5,& eadē causa, quia nullus ordo iudiciarius seruatur Viu.decis.331,nu.3, & decis.68, num.14.

9 Num.9] Quod exceptiones notoriè friuolis Iudex reicit habemus in praxi, & fortius quod ex officio fit Muscatell.glos.cont ndere p.p.nu. 18

10 Num.10] De probatione notorij applica notorium probatione non indigere,& acta facere notorium D.R.Ronit.in prag.n.p. de abus.in scrib. nobl. nu.112.& ad principale quesitum notorium releuare ab onere probãdi per Grat.discept.596,nu.2,3,& 7, nisi requireretur probatio pro forma, & discept.525,nu.9,abunde,& 925,nu.13 sufficere allegationem notorij.

11 Num 11] Notorium quotuplex sit dic aliud facti permanentis aliud transeuntis Capyc.decis.124,nu.5, Mysinger.obseru.3,cent.61,nu.6

12 Et dic quando dicitur notoriè factũ per Capyc.decis.69,& quid sit notoriũ & qualiter probetur infra nu.16.& supra hoc eodem tit.num.2, & vide Gratian.discept.142,nu.6,& quomodo inducatur notorium 127, nu.29,& notoriè occisus ꝙ dicatur corã decẽ hominibus Menoch.de arbitr.cas. 166, nu. 2,& ibi de tota materia.

13 Num.12] Notorium facti transeuntis probandum per Mysinger. cent. 6, obseru.4, & vide in facto transeuntis, per Grat. discept.forens 312, nu. 18.

14 Num.13] Notorij qualitatem ante omnia probandam) dic notorium ex quibus inducatur, & an sufficiat illud allegari arg. text. in c. ad nostrum el primo de iure iurando inde ex confessione in iudicio emanata notorium inducitur Rubin.decis. 13, Bald.decis. 51,Gramat.decis.36,ex actis iudicialibus Cappellæ Tholos.decis. 225, p. p. nu.6, & quod est in iudicio probatum dicitur notorium Ricc.decis.15,Gram decis.36,ex bullis apostolicis,& publicis instrumentis Bald. decis. 51, & facta à multis, vel à maiori parte populi Mysinger.obseru.3,cent.6,

15 Num.14] Facit pro hoc num.scriptum infra in nu.21,& 22,vt oporteat effectus notorij decerni debet esse notorium,& vti talem taliter procedẽdum.

16 Num.15,& seq.de ordine procedẽdi in notorio) dic cum aliquid committitur præsente Iudice in actu exercendi iustitiam, & officium suum per Bajard.ad Clar.in q.19,nu.6,& in notorio nali Gram.decis.103,nu.16,Magon.decis.Rotę Florent.47

17 Num.16 Notorium quomodo probetur Ioseph Ludouic.decis. Perus.67, Magon.Rotæ Florent.decis.47, Guid. Papa decis.4 7, vltra allegata supra in num. 2,

18 Num.20] Si sententia requiratur in notorio,& qualiter, dic cum Gratian. discept.forens.383,nu.8,non esse propriè sentẽtiam,sed exequtionem iuris) adde tamen in notorio quod requirit à l.sententiam operare illam necessariam licet sit notorium Gramm.decis. 105,nu.17,& notorium facti non permanentis requirere sententiam declaratoriam] Ioseph Ludouic. decis. Perus.67,nu.22

19 Num.21,& 22] Si appellatio admittatur in notorio, dic cum Grat. discept.forens.383,nu.7,negando aduertẽ tamen debere prius constari illud esse notorium id.444,num,22, & 9,& 572 num.44,& 45

20 Num.24] De parte negãte notorium vide solam in suis commentis Glos.super decreto præsenti tit. de restitutione spoliatorum nu.15,quia tũc dubitatur Iudices captis summarijs informationibus iudicialiter vocata parte,aut ipsa præsente pronunciant notorium Tepat. var. sentent. in comp. tit.67,vers.notoria quia in fine.

Num.27] Pro isto numero adde omni-

omninò Gram.decis.65. nu. 12. & 105. nu. 16. Baiard. ad Clar. q. 7. num. 8.

Num. 28.] In præcedentibus num. diximus id.

Num. 29.] Pro ornatu huius numeri nota, quod factum sufficit esse notorium licet Iudici ex processu nō sit notorium, & sat est notoriū allegare. Rubin. decis. 13. Capic. decis. 54. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 67. Tamen de necessitate notorium debet proponi, & allegari, D. de rota decis. 7. de appellat in nouiss. Guid. Papa decis. 121.

21 Capicc. cit. decis. 54. quod procedit si ille quod debet allegare notorium est præsens aliàs secus, Lanfranc. Balb. decis. 238.

Et adde Iudicem posse se informare in notorio, ex officio, & parte non citata, Grat. discept. 870. nu. 4. & 925. n. 7.

22 Num. 30.] De blasphemię pęnis scripta sunt aperta per Baiardum ad Clar. in §. blasphemia, & per D. R. Rouitum in pragm. de blasphemia.

AD TITVLVM ITEM, QVOD COMMISIT CRIMEN LESÆ MAIESTATIS.

SVMMARIVM.

1 *Mittens nuntium, vel litteras hostibus Populi Romani, an cōmittat crimen lesæ Maiestatis.*

2 *Socius criminis si admittatur contra socium, & ibi plura.*

3 *Testes singulares etiam probent, & varij in crimine lesæ Maiestatis.*

4 *Testes non repetuntur in crimine lesæ Maiestatis.*

5 *Minor torquetur in crimine lesæ Maiestatis.*

6 *Crimen lesæ Maiestatis quibus modis committatur.*

7 *Congregans gentes ad quod teneatur.*

8 *Rebellis quando quis dicitur.*

9 *Conatus solus quando puniatur.*

10 *Seditiosus quis dicitur.*

11 *Congregans gentes, vt faciat seditionem non sequuto effectu si puniatur.*

12 *Filij non præsumuntur dissimiles patribus.*

13 *Filij mares sunt patri similes, & fœmina matribus.*

14 *Crimen lesæ Maiestatis quando committatur.*

15 *Vsurpans Magistratum quod incidat in crimen lesæ Maiestatis.*

16 *Litteræ Regis non semper sunt exequendæ.*

17 *Fingens se Officialem an dicitur committere crimen lesæ Maiestatis.*

18 *Crimen lesæ Maiestatis an dicitur commissum per Vassallum iuramentum præstantē hostibus Regis, & quomodo.*

19 *Crimen lesæ Maiestatis quando propriè dicitur.*

20 *Conatus proprius quando puniatur in crimine lesæ Maiestatis.*

21 *Offendens Officiales an committat crimen lesæ Maiestatis.*

22 *Crimen lesæ Maiestatis si committatur per Clericum.*

23 *Copia denunciationis si detur inquisito de crimine lesa Maiestatis.*

24 *Filius an puniatur ex delicto patris.*

25 *Appellatio an permittatur incrimine lesa Maiestatis.*

1 NVm. 1.] Collega ornate scias committi crimen lesæ Maiestatis per mittentes nuntiũ, vel litteras hostibus Populi Romani cum Dec. consil. 604. & seq. Gramat. decis. 6. vbi de eo qui hostibus denunciauit exercitum contra illos venientẽ, quia dicitur committere crimen pro duellionis, Decian. tract. crimin. lib. 7. c. 13. nu. 15. & c. 29. post nu. 7. Misinger. respons. 44. nu. 2. & Gigant. de crim. lesæ Maiestatis lib. 1. q. 20. n. 3. tit. qualiter, & à quibus crimen lesæ Maiestatis committatur intellige quando littere continerẽt aliquid contra Principem, vt secus Boer. de seditiosis q. 6. n. 15. vide infra auct. meũ in fragmẽtis n. 62. & si fuerint realiter missæ, sed nõ tamẽ sigillate, Baiar. ad Clar. in §. lesæ Maiestatis nu. 2. Prout si acceperit quis litteras, & nõ miserit auct. infr. in fragmentis nu. 62. sed quomodo sit verum Farin. de crim. lesæ Maiest. q. 115.

Sed in hoc aduerte duo esse capita criminis lesæ Maiestatis s. primũ, & secundũ, vt Farinacc. q. 112. n. 9. qui n. 10. pluribus in casibus dici commissum in primo capite.

Num. 2.] De socio criminis si ad-
2 mittatur contra socium criminis in crimine lesæ Maiestatis in terminis, Mascard. de probat concl. 463. n. 23. Adde in tali crimine admitti testes aliàs non admittendos, l. famosi, l. in quæstionibus ff. ad l. iul. Maiestat. l. de minore in princip. ff. de quæstionibus, Angel. cons. 317. Boss. de crim. lesæ Maiestat. n. 112. Et in terminis Capic. decis. 130. Muscatell. in prax. crimin. tit. de crimine lesæ Maiest. human. n. 23. & 24.

Aduerte tamen, quod socij criminis depositio, etiam in delictis exceptuatis, non facit inditium ad torturam non concurrent[illegible]us alijs adminiculis, Menoch. de arbitr. casu 474. n. 43. Mascard. de probat. concl. 131. Franch. decis. 577. n. 1. Trentacinque cons. 20. n. 1. & seq. vol. 2. Et huiusmodi depositio in tormentis est ratificanda, Clar. 21. vers. scias etiam; vide Farinacc. q. 43. à n. 24. Castrens. & Visconte conclus. socij criminis, vbi plura.

Num. 3.] Quod testes singulares, &
3 varij probent in crimine lesæ Maiestatis.] conclus. 463. Mascard. num. 1.

Et amplia quod licet in alijs criminibus testes omnino, sint repetendi parte citata quando non habiti fuerunt pro repetitis tamen in crimine lesæ Maiestatis nullo mo-
4 do sunt repetendi fidemque faciunt etiam parte non citata ad ipsorum iuramẽta vidẽda auct. in tit. & demum repetantur 3. par. nu. 43. Felin. in c. quoniam de probationibus

Num. 4.] Faciunt allegata in n. 1. & auct. in fragmentis n. 62.

Num. 5.] Testes inhabiles, & infames admitti faciunt allegata in num. 2.

Num. 6.] Quod minor torquetur in
6 crimine lesæ Maiestatis si tù vis videre alios casus in quibus torquentur minores, Baiard. ad Clar. q. 64. n. 67. Afflict. decis. 208.

Num. 7. & seq.] Quibus modis com-
6 mittatur crimen lesæ Maiestatis per Baiard. ad Clar. in §. lesæ Maiestatis n. 2. & sequenti

Num. 11. De cõgregante gentes, &c. per Marc. q. 251. parte 2. Et latè
7 per Mastrill. tract. de indultu c. 37.

Sed aduerte quod statutum puniens coadunantẽ gentem habet locũ in coadunantẽ quatuor, aut quinque homines, Bart. in l. prætor 4. nu. fin. ff. vi bonor. raptorum.

Num. 12.] Et habes de desumente arma aduersus Regem, Baiard. ad Clar. in §. lesæ Maiestatis nu. 2. & sequentibus vsque ad num. 15.

Crede

8 crede rebellem dici per Bruum. concl. feudal. 38. & vide Gramat. decis. 6. quando rebellis, vel insurgens cõtra Principem dicatur incidere in crimen lesę Maiestatis; & quod etiam legẽs litteras proditionis incidat in hoc crimen per Bartholom. de Capua singul. 43. & quod conatus solus, seù tra-
9 ctatus de occidendo potestatem, seù alium Officialem puniatur crimine lesæ Maiestatis, Guido Papa q. 344. & suppone offendentem, seù coniurantẽ contra propriam Regis personam pœna criminis lesæ Maiestatis puniri.

10 Num. 19. & 20.] De seditiosis qui dicantur, adde Bald. consil. 59. Ias. consil. 167. lib. 4. quando ex proposito faciunt rumorẽ in populo pro mutatione, aut publici status, Gratian. disceptat. forens. 54. n. 4. & latissimè, Mastrill. de indultu cap. 37. per totum.

11 Num. 21.] De congregante gentes, vt faciat seditionẽ, non sequuto effectu si puniantur, vide Marc. quæst. 251. parte 2. & dixi num. 11.

12 Num. 28.] Filios non præsumi dissimiles patribus, vide quæ dixi infra in tit. de forma capitulorũ n. 13. quià filij mares sunt pa-
13 tribus similes, prout fœminæ matribus, Gratian. disceptat. 567. num. 56.

14 Num. 30. vsque ad 36.] Discurram proinde breuiter præter doctrinas Superiores quando crimẽ lesæ Maiestatis cõmittatur. Et quęras quãdo fuit occisus Officialis, vel assistẽs circa latus Principis an dicitur commissum crimen lesæ Maiestatis, latè Rol. consil. 1. vol. 3. Menoch. consil. 99. vol. 1.

Sed fit distinctio per D.D. an ex particulari odio, & inimicitia, an vt Rex careret illo officiali; item an sint Officiales Collateralis, & in curia sistentes, an verò non Collaterales, & extra Curiam, de qua per Muscatell. in prax. crimin. tit. de crimine lesæ Maiestatis humanæ num. 47. & quæras pariter, an machinans mortẽ alterius quam Imperatoris incidat in crimen lesæ Maiestatis per Guid. Papam q. 344. & per iuramentum hosti præstitum incurritur per feudatarium, Gramat. decis. 105. n. 25.

Et legentẽ litteras proditionis, Bart. de caput singul. 43.

Vt de larga tractatione quando rebellis, vel insurgens contra Principem dicitur incidere in crimen lesæ Maiestatis, per Gramat. decis. 6.

Et de subdito sciente aliquod fieri contra personam, vel statum sui Principis, & non reuelante quod puniatur pęna criminis lesę Maiestatis, Ozasc. decis. 80. & n. 12. & de cęteris, vide infra in sequentibus numeris.

15 Num. 36.] Et facit de sibi vsurpante Magistratum, quod incidit in crimen lesæ Maiestatis argum. l. in his C. de diuers. Offic. lib. 12. Guid. Papa decis. 423. Cappell. Tolosan. decis. 402. quod amplia non solum ad gerentẽ se pro Magistratu, sed etiam ad alios, qui talia fieri curarũt, Capic. decis. 130. n. 27. vbi iusta hanc materiam refert decisum, & adhuc quod exercuerint leuiora iurisdictionalia, Serafin. decis. 183. vbi quod incurritur pœna indignationis, sed quomodo declaretur, Ricc. coll. decis. 2550. per totam.

16 Num. 4.] Quod non semper littere Regis sunt exequendæ, habes casuum pęnes D. Regentẽ de Ponte de potest. Proregis in rub. 1. tituli num. 33. & ego dixi in Prato meo in l. si vindicari C. de pœnis.

17 Num. 50. vsque ad 52.] Sequitur enuntiare modos præter allegatos supra in quibus committitur crimen lesæ Maiestatis.] Tu addas fingentem se officialem, & sub nomine officij facientem se aperiri aliquam domum, vt aliquando faciunt discoli incurrere in pœnam criminis lesæ Maiestatis, l. 1. ff. ad l. iuliam Maiestatis, & pariter in pœnam falsi, Franc.

Mar-

Mar.decis. 514. n. 3. circa finem, & de offendente Cardinales quod incurrat in crimen lesæ maiestatis,& Episcopum,vel eius Vicariũ, Bolognin. consl.75. & alios Prælatos per Viu. opin. 88. lib. 1.& tũc incurri in 1. & 2. cap. Bero. cons. 114. n. 49. vol. 1.

18 Num.52. & 53.] Applica si crimen lesæ maiestatis, vel rebellio commissum,seu commissa iudicetur per Vassallum iuramentum prestantem hostibus Regis per quem fuerat concessa licentia eundi ad ipsos hostes pro recuperatione castrorum ab inimicis occupatorum per sententiam Regiam fuit Vassallus absolutus à rebellione,& crimene lesæ Maiestatis,Niger in c.nuper ad vindictam n. 35. & n.63. & de decis. Mari ad Gram. decis. 15. n.9. & 10.

19 Num. 59.] Adde crimen lesæ maiestatis quando propriè dicitur per D. R. Rouit. in pragm. 5. de abolition. n. 20. vbi nu. 22. si dicitur commicti maledicendo Principem.

Et si committatur per nõ subditum, & sic per Clericum, per Ricc.collect. decis. 1466.

20 Num.69] Cum sequẽtibus si conatus puniatur in crimine lesæ maiestatis.] Late Guid. Papa q. 344.

21 Num.86] Dic cõmicti lesę maiestatis crimẽ offendẽdo officiales, seù iudices, Viu. decis. 340. Intrigliola decis. 40. Sed an offendendo Officiales Baronum, negat Viuius decis. 278. Ricc. coll. decis. 88. vbi & alia, &c.

Et de capitulis criminis lesæ maiestatis,Capic. decis. 130. n. 1.& 17. Anna consil. 12. Marius Ital. de immunit. Ecclesiæ lib. 1. c.5. n.7. R. de Ponte cons. 1. n. 27. & 29. vol. 2. Regn. Sixtinus in tract.de regalibus lib. 2. c. 20. per totum.

Et quibus modis committatur Farinacc. de crimine lesæ maiestatis q. 113. spec. 1. vbi & de eius specialibus.

22 Num. 97.] Si committatur per Clericum crimen lesæ maiestatis, Farinacc. q. 8. num. 28. cum sequentibus,&c.

23 Num.98.] Si copia denũtiationis detur inquisitis de crimine lesæ maiestatis dic quia arduum est crimen applicando, decis. de Franch. 619.] Et in terminis Muscatell. in praxi de crimine lesæ maiestatis n. 28.

24 Num. 106.] Filios puniri ex delicto patris in crimine lesæ maiestatis,Decian. tract. crimin. lib. 7. c. 41. nu. 26. Farinacc. de crim. lesæ maiest. q. 116. n.50.51. & 52. &ad propositum quando filij Rei criminis lesæ maiestatis incurrant in pœnam,l.quisquis C. ad l. iul. maiestat. Gratian. discept. forens. 368. nu. 7. & quod crimen lesæ maiestatis non noceat descendentibus,Raud. tract. de analogis c. 32. n. 23.

Adde an confiscentur bona per D. Lanar.in repetit. feudal. recollectis à peritissimo D. Fuluio eius nepote,& meo prçceptore,ac Domino fol. 363. n. 70.qui n. 8. ponit. an feudum admittatur,&c.

25 Num. 107.] Si appellatio permittatur in crimine lesæ maiestatis.] Muscatell. de crimine lesæ maiestatis n. 33. & 34.



DE TIT.

ADDITVLVM
ITEM, QVOD SORODEM VENENAVIT.

SVMMARIVM.

1 *Crimen veneni est grauissimum.*
2 *Venenatum quem quomodo cognoscimus.*
3 *Inditia debent esse legitima, vt procedatur ad torturam.*
4 *Mine faciunt inditium ad torturam.*
5 *Defuncti assertio quod inditium faciat.*
6 *Solitus delinquere dicitur inditiatus.*
7 *Mendacium, quod indicium faciat.*
8 *Fuga, quod inditium faciat.*
9 *Ordo Iuris quando non seruatur.*
10 *Affectus an puniatur non sequuto affectu.*
11 *Testes singulares probant.*
12 *Medicorum est iudicum an aliquis sit ex veneno mortuus.*
13 *Confitens venenasse aliquem, quod inditium faciat.*
14 *Testes qui admittantur ad defensam.*
15 *Amicitia, & amor qua iudicant.*
16 *Delinquere nemo præsumitur.*
17 *Coniectura vna aliam tollit.*
18 *Defensiones qua competant in crimine veneni.*
19 *Venenari an possint banniti.*
20 *Iudex promptior ad torturam in crimine veneni.*
21 *Venenum vendens, & emens quomodo puniatur, & de materia.*

1 NVm. 1. circumspecte Iudex pro materia veneni, quod sit grauissimum crimen, &c. Gramat. consl. 36. n. 2. & voto 3. n. 1. Vulpell. consl. 145. n. 2. Decian. tract. crimin. lib. 9. c. 22. n. 1 & 4. Vbi ponit aliqua specialia introducta ob immanitatem tanti criminis, & patet ad corroborationem eorumque dicit Auct. meus, quod statutum loquens de homicidio verificatur in commisso veneno, Farinacc. tit. da homicid. q. 122. n. 9. 10. & 11.

Sed quando cognoscatur quem esse
2 venenatum, Muscatell. pract. crim. rub. de homic. simplic. num. 11. Ambrosin. de modo formandi processum informatiuum lib. 1. cap. 1. num. 16.

Et pariter pro ornatu eorum, quæ dicit Auct. adde non procedi in
3 crimine veneni ad torturam nisi legitimis inditijs præcedentibus Auct. in tit. quod suffocauit vxorem n. 58. Farinacc. de homicid. q. 122. n. 59. Hieron. de Laurent. decis. 20. num. 15. quod debeant præcedere legitima inditia, etiam in iudice liberũ arbitriũ habente.

Num. 6. Cum sequentibus minas facere inditium ad torturam.] Ma-
4 gon. decis. Lucens. 89. Ludouic. Peguer. c. 17. nu. 11. Clar. q. 21. vers. mine, Thes. decis. 24. vide Tepatum tit. de indicijs latè.

5 Num. 7.] Assertio defuncti cũ iuramento, quod inditiũ faciat.] De hac quæstione Gramat. decis. 42. n. 7. Petr. Gerar. singul. 55. Clar. q. 21. in §. fin. vbi assertioni vulnerati constituti in mortis articulo, & dicẽtis se vulneratũ ab aliquo an sit standum, vt scripserunt pro parte negatiua, Boer. decis. 90. n. 5. Roland. cons. 37. vol. 2. Natta consil 354. & Marc. de Mantua singul. 244. tamen quod talis assertio faciat inditiũ ad torturam tradunt Gramat. decis. 42. n 9. Dec. consil. 363. Hipolit. singul. 22. & 516. Amanel. de Clar. singul. 36. concurrentibus alijs indicijs, Ieseph Ludouic. decis. Lucens. 62. alias inculpatio defuncti non facit inditiũ ad torturam, sed solum ad inquirendum tantũ Auenon. decis. 93. n. 5. & 7. & in decis. diuersorum tom. 3. Ludouic. à Peguer. suis quæstion. crim. c. 17. n. 5. & ita non esse credendum assertioni moribundi pronuntiauit Senat. Mediolanen. Alex. Raudens. tract. de Analogis c. 31. n. 38. licet constitutus in articulo mortis non præsumatur mentiri, Gramat. decis. 34. n. 38. ad quam cõclus. Andr. Facchin. cõtrouers. iur. lib. 9. c. 90. & de stuprati depositione in nefando crimine per Gaspar Thes. q. forens. 35. lib. 2.

6 Num. 8. & 28.] Solitus delinquere habet inditium contra se, alio loco supra dixi; & vide Baiar, ad Clar. q 64. n. 31. fol. 204. &c. Si possit torqueri, &c.

7 Num. 9.] De mendacio an faciat iudicium, Ozasch. decis. 79. n. 17. Marc. q. 62. par. 2.

8 Num 10. & 30.] De fuga quando faciat indiciũ, Mari ad Gram. decis. 11. n. 7.

9 Num. 11.] Ordo iuris quãdo nõ seruatur, vide in tit. supra, item quod fuit captus infraganti, & tit. item, quod est notorius delinquẽs, & in tit. fiat contestatio litis num. 30.

10 Num. 12. & 32.] Affectu non sequuto si puniatur affectus in crimine veneni dixi infra quod nõ ex Gram. cons. 36. n. 12. & decis. 2. n. 35. Menoch. de arbitr. cas. 360. n. 46. vt secus in Principe. Bursat. cons. 147. in crimine veneni loquendo ob solam attentationem, & adde ex generali consuetudine Italiæ non puniri affectum non sequuto effectu, Gram. decis. 2. Thes. 243. Ludouic. 8. Mastrill. decis. 293. par. 3. Ricc. decis. 70. par. 1. & coll. 1377.

Sed in terminis pragmaticæ de ictù scopitti declara Mastrill. decis. 155. ibi etiam in Regno Siciliæ, vbi definit conatum, & vide Gizzarell. decis. 25. n. 10. & 12. cum nostram addit.

Prout in præsentante apocam licet non sequatur prag. 8. de Falsis.

11 Num. 13.] Testes singulares, an probent Mari ad Gram. decis. 34. n. 37. latissimè.

12 Num. 14.] Medicorum est scire an aliquis sit, ex veneno mortuus, Muscatell. in tit. de simplici homicidio in praxi per totum.

13 Num. 15.] De confitente venenasse aliquem, & ex veneno mortuum, &c. Habuimus in Audientia Hydruntina.] Et allegabam Alex. cons. 116. vol. 3. quod si medici deponant non esse mortuum ex veneno, & signa non esse veneni, etiam si adesset confessio non nocet, Marsil. in l. 1. §. propterea n. 37. quem allegat Muscatell. praxi delictorum tit. de simplici homicidio n. 25.

14 Num. 17.] Qui testes admittatur ad defensam, adde etiam inhabiles in terminis Zianc. discep. 19. n. 35.

15 Num. 18.] Amicitia, & amor faciũt suspicionẽ cessare, inde amicum interficiens.] Præsumitur potius casu quam dolo, Grass. de effect. amicitiæ num. 203. qui in n. 22. in tantum esse effectum amicitiæ, quod meliora sunt vulnera amici, quam inimici oscula.

16 Num. 19.] Delinquere nemo præsumitur nisi ex causa, &c. Inde delin-

delinquere is dicitur, qui eo anima id agit, vt delinquat Giurba consil. crimin. 16. n. 35. Et quando delinquere quis non præsumatur, Menoch. de præsumptionibus 29. lib. 6. n. 2.

17 Num. 20.] Coniectura vna aliam tollit, dixi supra in tit. itẽ quod commissit falsitatem n. 84. Et fortior tollit debiliorem, sed quæ dicitur fortior, quæ est pro reo, Crauett. cons. 8. nu. 9. & 99. Roland. cons. 7. vol. 1. Ias. in l. 1. n. 11. C. com. de leg.

18 Num. 23. & seq.] De defensionibus quæ competant in crimine veneni.

Adde tu si inquirantur mares, & fœmine existentes in domo venenati, quod sit defensio pro viris, vt magis præsumatur mulieres quam mares, quia suspicictio magis est in eis, quam in viris, Baiard. ad Clar. q. 68. n. 137.

Et sit defensio pro pœna ordinaria, si quis dederit venenum, & mors non fuit sequuta, &c. Gram. cons. 36. n. 12. & decis. 2. nu. 33. Menoch. cas. 360. n. 46.

19 Num. 33. & 34.] Si venenari possint banniti, & affines carcerati. vide Bursat. cons. 216. n. 9. vol. 2. Quod venenans consanguineũ, siue affinem in carcere detentum condemnatum, vel bannitum ne vituperetur teneatur pœna parricidij, & non crimine lesæ Maiestatis.

20 Num 35. & 36.] Iudicẽ promptiorem ad torturam in crimine veneni, & quomodo interrogetur, Bald. in l. 3. C. de Episcop. audient, Afflict. in const. mala noxia n. 3. Et ideo interrogatur vxor si ei dederit venenum quia venenum per illas datur, de quibus homo confidit, Io. de Lignano in cons. 20. n. 11. inter consil. crimin. diuers. tom. 1. paruę impressionis.

21 Num. 37.] De venenum vendente, & emente quomodo puniatur, cum venenum malum emi, nec vendi possit, l. quod sepè §. veneni mali ff. de cõtrah. emptione l. 3. ff. de sicarijs, & ideò punitur secundum Menoch. de arbitr. casu 359. vbi dicitur pœna ordinaria.

Et quando Aromatarij toxicũ vẽdiderint, Bonacossa in tract. de seruis, & famulis q. 208.

Inde venena mala dicũtur, quæ sunt facta propriè pro homine necando, aut egrotandi causa.

Bona autem venena, quæ non sunt composita ad necandum, vt sunt pocula amatoria, l. 3. §. adiectio autem ff. ad l. cornel. de sicarijs l. si quis aliquid §. qui abortionis ff. de pęnis, Ghirland. tract. de sortilegis c. 5. n. 11.

AD TITVLVM FIAT CONTESTATIO LITIS SVPER EIS.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta in vinculis si teneat.*

2 *Reus nolens litem contestare ancogendus.*

3 *Litis contestatio quomodò fiat, & de ma-*

de materia litis contestationis.
4 *Reus non potest respondere per verbum credo, & ibi quomodo debet respondere.*
5 *Fideiussio quanto duret.*
6 *Tortura quando detur*
7 *Instantia materia eiusq; peremptionis.*
8 *Actio iniuriarum si transeat ad haredes.*
9 *Curator si detur minori.*

NVm. 1.] Ornatissimè Lector, pro ornatu istius numeri faciunt, quæ scripsimus supra in verbo si comparent ante contumac, examinentur n. 2. & 3.

Num. 2. De forma litis contestatione, Baiard. ad Clar. q. 45. n. 2 vbi Auct. nostrum citat.

1 Num. 3. Confessio facta in vinculis si teneat, adde regulam esse generalem, quia tunc dicitur extorta ob metum, vt puntualiter, Carrer. tract. de inditijs num. 6. Auth. infra, & si confitebuntur n. 62. in princ. & par. 3. nu. 113. Marsil. cons. 48. nu. 25. Farinacc. de reo confesso, q. 83. n. 44.

2 Num. 4. Si reus noluerit litem cõtestare an coggendus] Pluries, atque pluries mihi euenit in Barensi Audientia, & Hydruntina, & conclusimus torqueri debere, vt respondeat iudici, & explicet quan do postquam accept[...] est constitutum à reo de plano, & si dicitur ad torturam, & iterum interrogetur, quid sciat de tali re respondeat dixisse, & interrogatus quid dixerit respondet esse scriptum, & aliud responsum non vult dare, & sic licet inditia sunt leuia potest torqueri ad hoc, vt respondeat, & replicet Francisc. Casson. tractat. de tormentis c. 3. nu. 4. fol. 361. Blanc. de inditijs verbo ex verbis inditia nu. 273.] Et de hac quæstione vide omnino discursũ per Chartar. in prax. interrog. reorũ lib. 3. c. 2. nu. 1. Vulpell. consil. 34. nu. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. n. 142.

3 Num. 6.] Litis cõtestatio quomodo debeat fieri, respon. dici factam per solam responsionẽ rei interrogati à Iudice super delicto, Marsil. in pract. crimin. §. diligenter à num. 62. vsque ad 67. Gomes. de delict. c. 12. n. 18.

4 Num. 7.] Quomodo debet respondere reus in contestatione litis.] Amplia quod dicit Auct. vt neque reus respondere valeat per verbum credo, Bart. in l. genero n. 7. circa medium ff. de his qui notantur infam. sed debet respondere per verbum veritatis scias hoc, vel feci, hoc Afflict. in const. de interrogat. litigat. n. 7. fol. 41.

5 Num. 8. 9. & 10. De materia litis contest. & eius effectus, vide D. R. Rouit. in prag. 3. de ordine iudiciorũ n. 12. & Camill. Borrell. in. 1. par. summæ decis. tit. de litis contestat. 50.

6 Num. 13. Fideiussio de iuditio sisti cum clausula toties quoties quanto durat, tu videas omnia per Viscontẽ in concl. fideiussio, vbi quantum durat illa præstita voce, & illa quæ est in scriptis præstita.

7 Num. 14.] Torturam dari post litem contestatam declara cum procedatur, ex processu informatiuo infra diximus in tit. de quæst. & tormentis in fragmentis.

8 Num. 15. vsque ad 26.] Apparet collecata materia instantiæ peremptè,] De qua, larga manu scripserunt nostri Regniculę, & præcisè, Borrellus in summa decis. tit. de instantia in prima parte, quæ à quo tempore incipiat currere, vide Francisc. Milanes. decis. 20. per totus lib. 1. & quod ea non currat quando ex cauillationibus, & subterfuggijs alterius ex litigantibus fuit impeditus, quia poterit eo casu post triennium sententias Iudex proferre, Alex. Cons. 72. in principio vol. 3. Marant. in specul. aur. par. 20. n. 24. Gaill. obser. 91. n. 9. lib. 1. Cauagnol. in decreto Montister. dec. 7. nu. 13. Ricc. collect. 2193. & aduerte,

aduerte quod nunquam perimit instantia in causis Fisci, siue sit actor, vel reus, Ann. singul. 243. & in delictis pro Fisco instantia nunquam perimit, sed elapso termino intelligitur prorogata, vt ex pragm. 11. de offic. Magistri Iustitiarij quæ loquitur in Ciuitate Neap. nam si sumus extra procedũt adducta per de Franch. decis. 250. Item in R. C. S. nunquam perimit instantia, ex infrascripta consuetud. Afflict. in const. accusatorum col. 2. nu. 5. & quid in S. Cons. Molfes. in cons. 47. n. 5. & 11. in 2. par.

Datur enim peremptio instantiæ ne cursus causæ fiant immortales argumento legis properandum ibi spatio triennij in ciuilibus, & biennij in Criminalibus, sed non sic in causis feudalibus, vbi instantia durat pro spatio huius anni, vt in c. Regni incipiente. Itẽ quod instantia, quod etiam allegat Afflict. in constitutione, Ac lege n. 5. vide Ioannẽ de Amicis in cons. 139. est verùm quod cõpilato processu, & facta citatione ad informandum, tunc instantia dicitur prorogata per aliud trienniũ, Carauit. in rit. 248. sed an in causis suspitionum detur peremptio instantię D. R. Rouit. in pragm. 9. de suspitione officialium nu. 2. & quid in causas summarijs præsertim exequutionis sentẽtiæ, vel liquidationis instrumenti, Afflict. & ibi addentes in decis. 346. Pascalis de Patria potestate cap. 8. par. 1. n. 220. & quid in causis quarum decisio disposita in arbitrio Iudicis plures casus distinguit, Menochius de arbitr. q. 21. & aliàs limitationes colligit Ricc. collect. n. 1350.

Effectus autem instantiæ perempta est, quod absoluetur reus ab obseruatione iudicij, Carauit. rit. 1248. Sed ad huc poterit actor agere ab initio, quia non est perempta actio non sic in criminalibus, Capic. decis. 206. cumulat Gallupp. in prax. p. 2. cap. 16. n. 29. & sequentibus. Et ibi de huius effectibus, & quod perempta instantia insuffletur spiritus vitæ, vt discurrit Auctor meus Capic. decis. 165. Boer. decis. 147. Mastrill. decis. 170. Caluaecha. decis. 25. quæ insufflatio in hoc Regno nostro fit in peremptione instantię per Pręsidem S. R. C. supplicatione porrecta cum certa forma verborum, vt habetur in pragm. 1. de instantia causæ non restituenda, vbi D. R. Rouit. & quod vicibus possit insufflari, Anna in constitutione constit. n. 291. Muscatell. in prax. S. C. par. 7. Gl. sent. n. 51. & Mastrill. de Magistratibus lib. 3. c. 4. num. 370.

9 Num. 27.] Quod actio iniuriarum transit ad hæredes tu videas glos. in l. iniuriarum la prima in primo ff. de iniurijs, Anguf. cons. 21. n. 4. lib. 7. Et quod cedi tamen possit, Castrens. in l. vltima n. 4. C. de hæredit. vel actione vendit.

Num. 28.] Curatorem dari minori, &c. vide quæstionẽ.] An curator requiratur in criminalibus per Anton. Columb. in suo tract. controu. crimin. art. 171. Baiard. ad Clar. q. 56. n. 9. Si confessio minoris, sine curatore in criminalibus valeat.

Num. 29.] Dari inquisito Aduocatum Procuratorẽ proinde extant Aduocatus, & Procuratores pauperum, de quibus larga serie discurrit Pascalis de Patria potest. par. 2. c. 2. nu. 87. & seq.



AD TITVLVM
ET FACTA LITIS CONTESTATIONE DETVR TERMINVS AD PROBANDVM

SVMMARIVM.

1 *Captus infragnti crimine etiam sine processu damnatur.*
2 *Contra captum infraganti proceditur ex officio.*
3 *Capto infraganti datur copia repertorum cum declaratione num. 4.*
5 *Captus infraganti quis dicitur.*
6 *Terminus non datur notorio delinquenti.*
7 *Notorium quando dicatur cum declaratione.*
8 *Notorium quod sit qualiterque probetur.*
9 *Terminus datur in crimen lesa Maiestatis.*
10 *Dilatio datur secundum distantiã locorum.*
11 *Dilationem petentes, & non utentes qualiter puniantur.*
12 *Nominationis testium materia.*
13 *Audientia testium quando committatur.*
14 *Reus an possit renunciare defensionibus.*
15 *Terminus unicus datur in Regno.*
16 *Iudex debet permittere, ut reus Consulatur cum suo cliente.*
17 *Fiscus quando non obstante renuntiatione possit defensiones petere.*

1 NVm. 1. dic practice meus.] Terminum debere dari reo ad se defendendum, etiam si non petatur, D. R. Rouit. in pragm. 7, de ordine iudiciorum nu. 13. vbi nostrum Auct. hic allegat.

2 Num. 2.] Capto infraganti, & notorio delinquenti non dari terminum ad defendendum; inde est deprehensum infraganti crimine etiam sine processu posse damnari, & puniri, Alex conf. 275. viso Themat. lib. 7. Florian. in l. si seruus nu. 5. vers. sed aduerte ff. ad l. falcidiã, Marsil. in l. vnic. C. de raptu Virginum nu. 89. vsque ad 94.] Et contra captum infraganti procedi, & ex abrupto iuris ordine non seruato, Afflict. in constit. humanitate 6. notabili vers. item quaerit. Et Andr. in const. iustitiarij non per Kalendas Gram. decis. 36. nu. 8. qui neque dari copiam repertorum,
3 siue inditiorũ, & nu. 51. cum seq. neque expediri citationem ad sententiam, teste Baiard. ad Clar. q. 8. num. 9.

Sed omnia intelligo in delictis leuibus non in grauibus in quibus, & dari terminũ, & defensiones, etiam captis infraganti iudex semper decernat cum verum sit ad exequutionem non posse procedi sta-
4 tim ex eo quod quis infragant i sit captus nisi alias de delicto constet, Clar. q. 8. n. 7. Tusch. littera D concl. 185. n. 21. Giurba cons. 98. nu. 4.] Dixi in leuibus prout quod possit dari fustigatio sine prolatione sententiae diffinitiuè, Angel. in l. ictus fustium col. 1. ff. de his

de his qui notantur infam. vbi etiam dicit, quod hodie inuenti ad furandum vuas per officiales absq; deffinit, & interlocutoria ducuntur cum vuis ad collū per Ciuitatem,& Ias. in l. vnic. ff. si quis iusdicent. non obtēperauer. in leuibus delictis inuentus infraganti absq; aliquo processu potest puniri ad catenam, sic dicit de facto seruari.

Sed quis dicitur infraganti captus, latè per Gramat. decis. 36. Grass.
5 de eff. Cleric. eff. 1. n. 544. Caualcan. de bracch. Regio par. 1. nu. 215. Scacc. de iudicijs lib. 1. c. 78. n. 4. de Ponte cons. 98. num. 36. Tusch. littera D conclus. 185. n. 2. & 12. & Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 4. vt portat Giurba cons. crim. 98. nu. 1. vbi, & qui in actu delicti deprehenditur, & talem posse, & à priuatis, & à satellibus apprehēdi absq; iudicis mandato, ex Guazz. reorum defens. 5. c. 8. n. 1. & c. 9. n. 4. Gomez. de delict. c. 9. n. 3. vt per ipsum

Et notorio delinquēti non dari terminum, addas proinde non requi-
6 ri sententiam, Gram. decis. 105. n. 16. Baiard. ad Clar. q. 9. nu. 6. vbi etiā latissimè quando notoriū dicatur delictum addito, Menoch.
7 de arbitr. cas. 166. & Farinacc. q. 21. per totam non ommisso, Gabriel. commun. concl. lib. 2. de citat. concl. 1. n. 2. si citatio requiratur in notorijs.

Intellige hanc conclus. in notorio actu permanētis,& in notorio cōmisso iudice pro tribunali sedente id. Baiard. loco cit. n. 8. Addito Bois. in tit. quomodo procedatur in crimine notorio, vide Gomez. de delict. c. 1. n. 47. quod in delicto notorio iudex potest denegare appellationem, & suam exequi sentētiam ante inhibitionē iudicis ad quem dummodo appareat in sententia, quod iudex condemnauit reum vti de notorio crimine secus si simpliciter cōdemnauit, vti quemlibet criminosū, quia tūc tenetur deferre appellationi.

Et vide quod sit notorium qualiterq; probetur per Magon. decis. Flo-
8 rent. 47. Ricc. decis. Curiç Archiepisc. 240. par. 2. Decian. respons. 51. n. 49. vol. 2. & respons. 10. n. 78. vol. 1. & respons. 3. n. 98. & seq. vol. 4. Marcell. Cala in tract. de modo articul. glos. vnica §. 2. num. 25.

9 Num. 3.] Terminum nō debere dari in crimine lesæ Maiestatis nisi cum consultatione Regia.] Inde cum Bart. nostro concurrendo in extrauaganti ad reprimendo in verbo figura n. 12. Dicas nō esse sublatas proinde legitimas defensiones, D. R. Rouitus in prag. 1. de bonis proditorum nu. 56. Dicebant ingeniosi,& propter grauitatem sceleris pro qua si facit, de Franch. decisio 629. (tu lector obserues) nec negari potest sceleratissimum crimen esse tale dum contra Principem, vel Rempublicam,& eius colleterales fuerit commissum, vt Auct. noster supra in n. 99. in tit. quod commisit crimen lesæ Maiestatis.] Vide proinde quod modis committatur crimen lesæ Maiestatis in 1. & 2. capite, Boss. in tit. de crimin. lesæ Maiestas & Gigant. in tract. de crim. lesæ Maiest.

10 Num. 4.] Dilationem nominationi debere dari secundum distantiam locorū omnia habes cū concordantibus legibus iuriū communium,& Regni per D. R. Rouit. in prag. 3. de dilationibus.

11 Num. 5.] Dilationem petentes, & non vtentes quod puniantur pecunialiter id D. R. Rouit. in prag. 1. de Procuratoribus num. 4. qui dicit euitari tales talem pœnam si ante lapsum termini renunciauerint nominationi, ex Vincent. de Anna in c. 1. de vassall. decrepita ætate num. 249.

12 Num. 6.] Pro praxi nominationis testium extra Regnum, vt Auct. meus hic meminit, vide modernos in prag. 3. de dilationibus nu. 2. & in tit. 140. vt quis possit gaudere

gaudere dilatione vltra marina non sufficit, quod nominet simpliciter se habere testes in aliquo loco extra Regnum infra quinque dies, sed est necesse, quod infra eũdem terminum dierum quinque declaret etiam testes per nomina, & cognomina, & faciat depositum in pragm. taxatum, quod si declarauerit se velle, vti dicta nominatione vltra marina, ac si esset facta intra Regnum euitabit depositum dummodo in nominatione per ipsum facta infra quinque dies nominauerit habere testesne dum extra Regnum, sed etiam infra Regnum, vt de Franch. decis. 57. Verùm ad huc nominatio per nomina, & cognomina fieri debet specificè infra illos quinque dies aliàs nominatione vltra marina non gaudebit, & si velit postea declarare nomina, & cognomina testium, D.R. Rouit. in d. pragm. 3. qui dicit didicisse à Præside, de Franch. in quadam facti contingentia, & fuisse nouum apud se, vt est videre copiosius, & latissime.

13 Num. 7.] Ad corroborationẽ conclus. D Auct. circa audientiam testium committẽdam, &c.] Addas per me scripta in addit. ad decis. Gizzarell. 27. vbi omnia, & omnes moderni, quia arbitrio iudicis illud suadetur semper ad limitationem Iurium Regni, quæ allegat & enuntiat ipse noster D. Auct. hoc loco non ommissis momodernis in rit. 146. & ipso Gizzarell. allegata decis. 27. cum nostra addit.

14 Num. 8.] Si reus possit renunciare defensionibus D.R. Rouitus in prag. 7. de ordine iudic. n. 13. vbi & D. Auct. nostrum hic citat cui addas l. non tantum ff. de appelat. & Bonacols. com. opin. crim. vers. defẽsione.] Obseruatione habbita, quod iudex non possit procedere ad expeditionem causæ, sed termini probatorij lapsũ expettare. Vrsill. ad Afflict. decis. 391. Clar. in §. fin. q. 49. vers. quæro n. 1. Carabb. sindicat. par. 2. n. 34. Capibl. in prag. 3. n. 114. de Baron. & Mari in addit. ad decis. Gram. 44. n. 18. vbi, & si possit renuntiare appellationi, ex Marc. decis. 60. n. 7. par. 2. Baiard. ad Clar. q. 49. n. 57.

15 Num. 9.] Vnicum terminum dari in Regno ad faciendas defensiones, sed benè post eum, ex stilo M.C.V. admicti reum absq; vlteriori dilatione ad vlterius probandum, & se defendum etiam post publicationem.] Patet ex eod. D. nostro Auct. in rub. & si confitebuntur n. 56. Et rub. detur copia capitulorum num. 9. Vbi Campagnia in c. Castellanos n. 51. Baiard. ad Clar. §. nu. q. 48. n. 5. & Maxill. ad consuet. Bari rub. de dilationibus n. 24. & Thor. in. 1. parte Compend. decis. Regni verbo terminus reo instante.] Non omissis, Aret. in cap. fraternitatis, & in c. cum clamor. Franc. Aret. cons. 80. col. 2. vers. ijs tamen nõ obstantibus, & Claudius Butandier. in regul. crim. 14. rub. n. 1. & seq. & Ruin. Senior cons. 538. n. 11. vol. 3. Licet in actu inquisitionis intelligebant. DD. vt portat Borrell. 2. par. summ. decis. tit. 9. n. 51.

16 Num. 10.] Iudicem permittere, vt reus consuletur cum suo aduocato post datas defensiones.] Addas cum soleat aliquando prohiberi alloqutio cum carceratis, vt Aymon. cons. 3. per totum, & latè Farinacc. de carceribus, & carceratis q. 31. nu. 107. & 108. & sequent.

17 Num. 11.] Quando Fiscus non obstante renunciatione termini defensionũ possit illum petere, &c. Et impedire expeditione, ex eisdẽ actis, &c.] Addas id superfluũ, ex allegatis sup. n. 8. cũ etiã non obstante renunciatione termini defensionum iudex non possit procedere ad expeditionẽ causæ, sed expettare lapsum termini probatorij, Mari ad decis. Gramat. 44. n. 18. & sequen.

AD

AD TITVLVM
DETVR COPIA CAPITVLORVM INQVISITIS.

SVMMARIVM.

1 *Copia capitulorum datur inquisitis, & quando gratis.*
2 *Copia capitulorum quando petitur debent haberi testes pro repetitis.*
3 *Copia debet esse conformis cum repertis.*
4 *Capitula debent esse clara, & non obscura.*
5 *Copia repertorum non datur in causis grauibus.*
6 *Copia repertorum datur habitis testibus pro repetitis, & quomodo.*
7 *Accusatio non datur post sententiam, & indulgentiam.*
8 *Accusatoris inhabilitas quando possit opponi.*
9 *Socij, & complices quando debent nominari in capitulis.*

1 NVm. 1.] Procurator diligentissimè.] Obserua copiam capitulorum debere dari inquisitis, & gratis.] Concurras cum pauper fuerit Auct. infr. in tit. recipiatur defensiones n.27. Baiard.ad Clar. q. 94. n. 27. quia ea qualitate cessante datur copia repertorum, sed non gratis, & etiam ante litem contestatam, Capic. decis. 74. Clar. q. 49. & 45. Campagn. in c. Regni subiungendo, & de Franch. decis. 629. vbi omnia, quod quomodo procedat in ceteris sequentibus numeris habes, & amplia dari miserabilibus personis, etiam quod non petant, Marsil. cons. 56. n. 14. in primo vol. de Petris consil 202.n.15. Vulpell. consil. 34. n. 6. & cons. 74. nu. 7. Aduertè tamen, vt detur copia de-
2 bent haberi testes pro citatis iuratis, & legitimè repetitis, Capic. decis. 74. Vulpell. cons. 68. nu. 7. Auct. supra in tit. detur copia n. 5. aliàs ante repetitionē, & predictam declarationem non datur.

3 Num. 3.] Copiam debere esse conformem cum repertis DD. in Auct. si quis in aliquo C.de edendo, & in Prato nostro ibi, & in l.2.

4 Num. 3.] Capitula debere esse clara, & non obscura.] Memini me aliqua tetigisse in Prato meo de libello oscuro cum tota materia in l. edita 3. C. de edendo.

5 Num. 4.] Famosus est iste numerus in causis grauibus non dari copiam repertorum, Campagn. in c. Regni diui iam, & pluries n. 9. Afflict. decis. 341. num. 10. & quid in foro Ecclesiastico, Marant. in suo specul. p. 6. versic. 6. & vltima pars n. x. fol. 194. & in crimine lesæ Maiestatis non datur copia repertoriū, neq; capitulorū nisi facta relatione suæ Maiestati, Afflict. in const. hi qui col. 2. & 6. notab. 12. & 15.

6 Num. 5.] Copiam repertorum dari habitis testibus pro repetitis.] Et sic est casus in quem datur copia repertorum ante testiũ repetitionem, quia tunc perinde est, ac si parte citata per Iudicem repetitio formiter facta fuisset, Capic. decis. 74. Vulpell. cons. 68. num. 7.

Dicebam tamen ego meis fiscalibus quos pro tẽpore habui in Regijs Audientijs, vbi fui Auditor quod poterant instare, vt non daretur cum reseruat. preter mortuos, & absentes, & sic nisi haberentur omnes pro repetitis.] licet Cartar. de interrog. reor. lib. 3. cap. 3. num. 61. Absolutè tenet hanc reseruationem esse admittendam.

Prout alia reseruatio repetendi testes quatenus illos repetere voluerit omnino est reicienda cum ipsa quoque sit multum praeiudicialis, & ideò Clar. in q. 53. vers. 45. est casus monet. Iudices praesertim in causis criminalibus, vt se abstineant ab huiusmodi repetitionibus quae fiũt ad instantiam partium, nam sepae numero processus inuoluunt, ac destituunt magnamque praebent occasionem subornationibus, & falsitatibus testium, & licet de iure communi permittebatur inquisito, vt posset facere interrogatoria testibus cõtra ipsum examinatis hodie tamẽ de stilo omnium curiarum non datur, quia inquisitus habet repulsam. Auct. meus in tit. recipiãtur defensiones n. 32. Clar. q. 23. Item quaero, & ex hoc capite etiam est reicienda reseruatio de testibus absẽtibus, quia nunquã fieri potest publicatio process', nec dari copiã processus, nisi prius factis debitis testibus repetitionibus, ex quo sequitur, quod omnes testes tam absentes, quam pręsentes pro repetitis habeantur aliàs publicatio non possit fieri, quia debite repetitiones testiũ nõ essẽt factę vtiq; ridiculosum esset publicare processum nullum imperfectum, & nihil probantẽ reuelando secreta Curiae inquisito sub spe repetendi testes absentes, qui raro opera Inquisitorum repeti possunt, quod esset contra vtilitatem publicam, quia multa delicta impunita remanerent, & ideò licitum est iudici denegare copias, & defensiones donec fiat repetitio, quia non dũ processus dicitur completus Auct. infra in tit. recipiãtur defensiones n. 22. Cartar. vbi supra nu. 57.] Volens igitur repetitionis copiã, testium debet renunciare repetitioni testium tam pręsentiũ, quam absentium, vel expectare, vt repetantur, & eo casu Fiscus omnĩ cum diligentia procurare debet, vt quam primum fiat repetitio, quae si fieri non poterat infra competentem dilationem reus ne in carceribus marcescat est relaxandus sub fideiussione de se praesentando toties quoties in forma, & sic reo, & Fisco succurritur quae tamen non procedunt in hoc nostro Regno, in quo expeditio causae criminalis non retardatur praetextu testium curiae non repetitorum, Gramat. decis. 28. num. 6.

Num. 6.] Si inquiri possit de omni delicto.] Adde inquiri non posse pro leuissima culpa, Baiard. ad Clar. q. 3. n. 2. & seq.] Inde in quibus delictis inquisitio, & in quibus casibus Iudex potest, ex officio procedere Carabba singul. 187. &c.

7 Num 7.] Facit pro augmento istius numeri, Carrer. in pract. crim. §. homicidium n. 374. n. 9. & seq. vbi post indulgentiam non datur accusatio sicuti, nec post sententiam, Alfons. Villaut in sua practic. canon. crimin. tit. de inquisit. concl. 18. col. 1. vers. sed si post sententiam superuenit accusatio fol. 252. est verum quod talia acta possunt deseruire ad agrauandum aliud crimen fortè commissum, nec potest super eodem fieri accusatio noua, & crimẽ remissum crimen amplius appellari

lari non debet c. quod autem tibi durum, & c. seq. 32. q. 1. Decian. tract. crimin. tit. de abolitionibus n. 67. Mastrill. de Magistrat. c. 7. & sequentibus.

8 Num. 8. & 9.] Vide quę Bart. in l. qui accusare in princip. ff. de accusationibus si accusatoris inhabilitas possit opponi post litē contestatam.] Inde Corradus in practic. tit. de accusationibus dicit, quod si inhabilitas prouenit à iure ciuili tunc de ea opponi debet ante litem contestatam si verò proueniat de iure gentium, vel naturali, & tunc etiam post litem contestatam potest opponi.

Num. x.] Pro ijs quæ scribit, vide Baiard. ad Clar. q. 49. n. 13.

Num. 11.] Additio in capitulis quando possit fieri.

9 Num. 12.] De socijs, & complicibus nominatis in capitulis absq; nominibus, & cognominibus quod debeant declarari Auct. sup. in tit. detur copia n. 12. Cartar. in prax. interrog. reorum cap. 3. n. 73. lib. 3. Allegant Marsil. cons. 49. qui non ita generaliter loquitur, ego autem practicaui, quod taceantur nomina sociorum, & cōplicuum, sed quo ad mandatarium debet nominari si de eius nomine appareat in processu, quia principaliter tangit defensionem mandantis, & si darentur omnia nomina sociorum esset pandere secreta curię contra quam multi falsitates fabricari possent, & forsan posset dici hoc relinquendum arbitrio iudicis.

AD TITVLVM

ET DEMVM REPETANTVR TESTES CVRIAE.

SVMMARIVM.

1 *Confessio absq; repetitione nulla cum declarat. num. 2.*
3 *Repetitio in quibus casibus non detur.*
4 *Repetitio quando possit fieri.*
7 *Repetitio quomodo possit fieri.*
9 *Testis quando præsumatur falsus.*
10 *Testis quomodo examinandus.*
11 *Testes mortui quomodo pro repetitis habeatur.*

1 NVm. 1. & sequentibus.] Famose scriba.] Pro vera materia repetitionis testiū scias adeò eam esse necessariam quod si reus torqueretur, & fateretur absque ea nulla est cōfessio, Vulpell. cons. 95. in principio nisi in crimine assassinij, & alijs grauibus delictis
2 in quibus testes etiam parte non citata repetiti probant Capic. decis. 155. Mascard. concl. 137. n. 2. Tu vide Auctor. infra in tit. & si confitebuntur n. 4. & seq. Gram. decis. 34. n. 33. & decis. 11. n. 131. Et in quibus casibus non requiritur repetitio per Felin. & Aret. in c. 2. de testibus.

Proue

Prout quando fuit facta confronta-
3 tio, Bertazz. conf. conf. 70. n. 30. vol. 2. Bursat. conf. 192. nu. 35. vol. 2. quia illa est loco repetitionis.

Et adde posse repeti testes publica-
4 tis attestationibus, per Riminald. Sen. conf. 138. nu. 11. vol. 1. licet non possint repeti postquam in
5 causa est pronuntiatũ Gramat. decis. 28. n. 2. nec post conclusionẽ Capic. decis. 35. in fine, vt Auct.
6 hic in n. 12. sed an si fuerit citatum ad dicendum, Franch. decis. 716. Ricc. collect. decis. 234.

Et quod huiusmodi repetitio fieri
7 debet per Iudicem nisi fuerit le-
8 gitimè impeditus legẽdo vnicuiq; testi depositionem suam separatim ab alijs testibus, & in secreto ne vna depositio per aliam fabricetur, & letta depositione testi debet scribi actus repetitionis, Baiar.
9 ad Clar. q. 45. nu. 39. Qui subdit quod si testis fuerit citatus, vt se repetat si arripuit fugam præsumatur falsus, & est maxima præsumptio innocentiæ accusati, siue inquisiti.] Allegaui in quandam causa in M. C. V. & fecit mihi honorem magnũ, & obiecta tu Aduocate Criminalista, qui defendis pauperes inquisitos, ex Botto in conf. 1. n. 75. & 76.

Testes enim repetendi dum exten-
10 duntur per examinatorem non debent remitti, vt se referant ad priorem examen in alia, vel in eadem causa factum, sed ipsi sunt interrogandi non per viam simplicis repetitionis, & sic iudicatũ in S. C. in causa Pascalis Caputi conuenti ad instantiam Portiæ Ballamo referunt consil. de Ponte. & in alio casu refert D. R. Rouit, in pragm. 9. n. 21. de ordine iudiciorum.

Et quod testes mortui habeãtur pro
11 repetitis, & prcbent saluo iure opponendi contra eorum dicta, & personas, Castr. in l. fin. C. de testibus distinguendo tamen in criminalibus, & ad plenam probationem faciendam, quod si reus citatus, & inquisitus fuerit ante mortem testium, & comparere noluerit, quod tunc habeantur pro repetitis in odium contumaciæ, secus verò si ex negligentia Iudicis citatus nõ fuisset nisi post mortem, & comparuit, & tunc nõ habeãtur pro repetitis, vide Baiar. quæst. 45. n. 23.

AD TITVLVM RECIPIVNTVR DEFENSIONES REORVM.

SVMMARIVM.

1 *Defensiones quomodo fiant.*
2 *Aduocati optimi effectus, & nu. 3. quo modo debent esset.*
4 *Inimicitia iuditium quo modo tollatur.*
5 *Vulnerans quando teneatur de morte cum larga materia.*
10 *Defensiones etiam post iniuriam recipiuntur.*
11 *Depositiones testium ex officio an teneant*

tenant.
11 *Testes non integri an probent.*
13 *Testis ad defensam in quid priuilegietur.*
14 *Defensio necessaria qualiter probetur.*
15 *Pœna quæ contra occidentem eum cui præstitit cautionem de non offendendo.*
16 *Ictum scopicti emittens ad se defendendum an puniatur.*
17 *Pœna fractæ pacis quando commutatur.*
[illegible] *Cautio quando dicitur rupta cum casu n. 19*
[illegible] *Homicidium ad defensionem quando dicitur factum.*
21 *[illegible] causa quando præsumatur, & n. 22.*
25 *[illegible] inculpatæ tutela quando consideratur, & num. 25. 26. & 27*
28 *Defensio quando est permissa.*
29 *Pœna mortis quando excusetur cum aliis corellariis.*
32 *Defensionum species remissiuè.*
33 *Homicidium commissum baculo excusari à pœna mortis.*
34 *Bannitus cum quo est facta pax an possit occidi.*
35 *Defensiones reo quando dantur vsque ad 37.*
38 *Bannitus indultatus, sed non dum cancellatus à banno an possit occidi.*
39 *Homicidium commissum in rixa quomodo excusetur.*
40 *Vulnerãs quomodo excusetur, & 41.*
42 *Paupertatis effectus.*
44 *Mulieres ad defensionem examinatæ proferuntur viris examinatis in fauorem Fisci.*
45 *Animus occidendi quomodo probetur.*
46 *Animus occidendi quomodo excusetur.*
47 *Testes laici in defensionibus præferuntur Clericis.*
48 *Negatiua coartata probatur, & quomodo*
51 *Interrogatoria dari per Curiam.*
56 *Occidens proximum morti punitur.*
57 *Præsentans bannitum quando non consequatur indultum.*
59 *Iudex in dubio in mitiorem partem.*
61 *Insultus quomodo excusetur.*
62 *Blasphemia quomodo excusetur.*
63 *Adulterij defensio Enuntiatur.*
64 *Iudex secularis quãdo possit prosequi iudicium adulterij si opponatur matrimonium nullum.*
65 *Homicidium de nocte quomodo excusetur cũ pluribus de nocte.*

1 NVm. 1.] Aduocate famosus.] Qui intendis defendere clientem. & Respondeas quomodo defensiones fiant, & quo ordine, & cum magna pars defensionis inquisiti cõsistat in Aduocato, vt dicit Dominus meus Regens Rouitus in prag. 1. de bonis proditorum nu. 54. ad eas legitimè, & ordinatè perficiendas opus est quærere optimum Aduocatum, qui studeat Iudices constituere
2 in sua firma opinione, & dirimere ambigua facta causarum eiusque defensioni lapsa reparare, vt cantaui in necessario Prato meo super Codice tit. de postulando in
3 l. 14. n. 14] Non dico debere esse talem, quod diuertat mentem Iudicis à veritate contra quem exclamat P. Andreas Moisés. in com. ad cons. Neapolit. tit. de renunciatione q. 15. n. 14. & seq. quam recitat Thor. in 1. par. Compen. in verbo Aduocati in Republica in fine. Defensionem igitur faciat, & si terminum non concesserit Iudex, Bart. in l. vnius §. cogniturum n. 1. ff. de quæstion. & si fecerit in iudicio appellationis non longiorem quam in causa principali scribit Doctissimus meus R. Rouit. in prag. 44. de officio S. C. n. 1. cum defensio tolli non potest, D. R. Tapp. decis. S. C. 22. n. 16.
4 Num. 2.] Inimicitiæ inditium addas tolli arbitrio Iudicis, Menoch. de arbitr. cas. 100. Cum leuis &c. Gramat. decis. 33. num. 8. Et adde tolli respectu omniũ delictorum cum ad ea tantũ quæ

 ad al-

ad alterius iniuriam patrantur aptatur, vt sunt homicidia vulnera verbera, & similia, &c. Non autem ad ea quæ ad proprium comodum facientis committuntur, vt est furtum falsum adulterium, & similia, Bart. in l. repeti §. 1. ff. de quęstionibus, Baiard. ad Clar. q. 21. nu. 120. Mari ad Gramat. decis. 33. nu. 8. & sequentibus. & ad id quod dixi, quod arbitrio iudicis inimicitia consideretur, Peguer. decis. 17. Roman. singul. 319. Capic. & ibi addentes ad decis. 37. & de inimico præsũpto ignoto. & recõciliato, id. Menoch. q. 28. lib. 5. Marsil. singul. 179. Gramat. voto 6. Couarr. practic. quæst. cap. 18. & vide Petram ad Gram. decis. 86. per totam.

5 Num. 3. & 5. 6. & 7.] Vulnerans quando teneatur de morte, &c. licet supra in alio tit. abbunde dixerim tamen notes Baiard. ad Clar. n. 141. fol. 49. & nu. 157. &

6 n. 142. si ex spasmo superuenienti decedat num. 146. & de probatione facienda ad defensionem

7 rei n. 146. & quando medici sunt discordes si ex vulnere obijsse

8 censeatur nu. 152. & quod arbitrium iudicis multum in hoc operet in nu. 154. cum tota materia, & vide Giurb. cons. crimin. 17. in qua parte vulnus sit mortale, & cons. 84. de tractatione in n. 8.

10 Num. 8. & 9.] Defensiones etiam post sententiam recipi adde in quacumque parte iudicij per D. Reg. Rouit. in prag. 1. de bonis proditorum n. 37. vbi latissimè.

Et ad id quod etiam ex officio iudices examinant testes] Quæras an

11 teneant depositiones testium factę, ex officio Iudicis per Imolam in l. 1. §. si quis simpliciter n. 35. ff. de verb. obligat. Anton. Padill. in l. si ex falsis n. 21. in fine C. de transaction.

12 Num. 10. De testibus etiam nõ integris quod probent ad defensam, &c. vide Mazzoll. cons. 77. n. 10. ibi testes ad defensam etiam quod sint domestici, & familiares, & deponant per verbum credo probant.

13 Et adde priuilegiari testem ad defensam, quod si deposuerit falsum non punitur pœna ordinaria, Gram. voto 5. Bertazz. cons. 218. num. 1. vol. 1. & Boss. de falsis num. 138.

Et etiam post publicationem possunt examinari testes ad defensam, Clar. q. 61. vers. fin.

14 Num. 11. 12. & 13.] Defensio necessaria qualiter probetur.] Mascard. de probationibus conclus. 490. & 491. Baiard. in §. homicidum ad Clar. n. 100. & adde Giurbam consil. criminali 17. n. 9. si armis quis occidat aliquem venientem contra se.

15 Num. 14.] De occidente eum cui præstiterat cautionem de nõ offendendo si puniatur saltim pęna cautionis dum pro defensione occiserit.

Facit quæstio quam nudius tertius habuimus in causa Ciuitate Gal-

16 lipoli in hac Règia Audientia Hydruntina, quod licet emittẽs ictũ scopitti, vel balistæ ad nocendum, etiam non sequuto effectu in pœnam mortis naturalis incurrat. vt etiam seruatur in Lusit. test. Gam. decis. Lusit. 170. & in Regno Siciliæ per Mastrill. decis. Siciliæ 155. & cumulat carissimus amicus meus Nouarius in collect. super prag. de ictu scoppicti 114. tamen non compræhenditur emictens ictum scoppicti ad se defendendum teste, Caball. resol. crim. casu 88. cum vim vi repellere licet, vt ex decis. Parlamenti Delfinalis 769. par. 1.

17 Ad materiam tamen quando pœna fractæ pacis committatur si offensio fiat, ex noua causa, Vrsill. decis. 206. n. 5. Hercul. in tract. de caut. de non offendendo c. 15. Farinacc. q. 107. n. 403. cum seq. Guazz. tract. de pace par. 1. q. 43. & 2. par. §. 3. q. 38.

18 Et si vis videre quando cautio dicitur rupcta, per Mascard. de probat. concl 1162. & 1136.

Et in

Et in fortiori casu Auctoris mei vide si ex vna parte fuit fracta pax,
19 & postea ex interuallo ille qui fuit primus offensus offendat offẽdentem an Fiscus ab vtroque pœnam exigat. Honded. cons. 89. vol. 2. Caball. cas. crimin. 101. nu. 1. per totum, Paschal. de Patr. potestate c. 7. p. 4. n. 32.

Et de homicidio commisso ad sui
20 defesionem an sit punibile, Viu. decis. 439.

21 Num. 15.] Quando defendendi præsumatur causa.] Giurba cons. crimin. 17. nu. 8. ibi si vim ante receptam iniuriam quis repellat, &c. Et dixit Cęsar Barz. decis. Bonon. 181. quod si aliquis fuit percussus si in aduersarium repercutiẽdo modũ excesserit ad sui necessariam defensionem fecisse censetur, & ibi in dubio præsumitur ad defensionem factum homicidium, Ricc. collect. decis. 792.

Et nota, quod repercussio est licita pro sui defensione, quamuis possit
32 euadere, & non euasit, & non habet locum pœna excommunicationis per Gratian. discept. forens. 837. n. 5.

24 Num. 16.] Moderamen inculpatæ tutelæ cõsideretur in rixa.] Et quando factũ fuit taliter quod non potuit quis euadere periculum personæ, famæ, seu honoris, vel rerum, Gramat. cons. 56. num. 16.

Et adde quod modaramen inculpa-
25 te tutele non consideratur quando insultatus furore accensus excesserit, quia primi motus non sunt in potestate nostra, Afflict. in const. asperitatẽ 7. notabili qui tamen subdit totum residere in pectore Iudicis, & idem tenuit, Menoch. de arbitr. cas. 277. & 278. Et Gram. cons. 56. n. 17. & 18. qui dicit, licet excesserit moderamẽ inculpatæ tutelæ, & Baiard. ad Clar. in §. homicidium n. 106. & 107

Et Mainard. decis. 22. cum vim vi
26 alium repellendo quis occisit adhibito inculpatæ tutelæ moderamine, quod quidem attenditur secundum periculum illius qui ab iniecta iniuria defenditur, siue se ipsum, siue alium defendẽdo, Sair. decis. 39. de homicidio, & in casu eiusdem Sair. decis. 39. de homicidio, Ricc. coll. 792. & dixit
27 Mainard. decis. 23. lib. 2. debere agressorẽ ad sui necessariam defensionem præuenire.

28 Num. 17.] Defensio quando est permissa, Duena regul. 191. & 192. & adde ad propositum quod frater pro defensione fratris alte
29 rum occidere potest, Viu. decis. 63.] Et vide ad coronidẽ materiæ, Pascal. de patr. potestate par. 3. c. 6. per totum.

30 Num. 18.] Quando excusetur pœna mortis.] Adde cum occiserit aliquem vti prouocatus verbis, ex decis. Senat. Burdegalens. apud Boer. decis. 169.] Et vide per totum caput Paschal. de
31 patria potest. 3. par. c. 6. ibi de homicidio in rixa n. 20. & 21. cum item habuit animum pręmeditatum occidendi, & n. 22. cum occiserit pro defensione sui honoris, & per plures alios casus ex quibus excusetur pœna mortis naturalis latissimè more suo solito, vide Ricc. coll. decis. 2262.

32 Num. 19.] De speciebus defensionum] Adde speciem defensionis consistere in aduocato, vt in initio huius tituli diximus.

33 Num. 20.] Homicidium commissum cum baculo quomodo excusetur à pœna mortis.] Latè Marsil. in cons. 7. per totum ibi de homicidio facto cum baculo, & percussione in spatulis.

34 Num. 21.] Bannitus cũ quo est facta pax an possit occidi statuto permittente, Beron. cons. 166. n. 13. vol. 3. Crotus cons. 346. qui affirmant, & de communi Corn. cons. 104. col. 2. & 217. col. fin. vol. 1. Simon de Pretis cons. 78. n. 6. & Vulpell. cons. 37. sed quid in foro honoris, Baiard. in §. homicidium n. 231. & 232.

35 Num. 22.] Defensiones statim

reo

reo debere dari.

Adde nisi cauillandi causa fuerint petite, Rol. conf. 12. n. 42. vol. 3. Decian. conf. 99. n. 12. vol. 2.

36 Sed latroni famoso denegari Marsil. & l: 1. n. 43. ff. de quæstionibus, Roland. conf. 12. n. 62. Bofs. tit. de indit. n. 76.

37 Et vide defensio denegata per motum Pij Quinti condemnatis quando habeat locum per Gratian. discept. 119. n. 11. & 19.

38 Num. 23.] Bannitus indultatus sed non dû cancellatus à banno an possit occidi, &c. Baiard. ad Clar. latissimè in §. homicidium n. 239. & 238. Menoch. de arbitr. caf. 283.

39 Num. 24.] De homicidio in rixa commisso quomodo excusetur, Clar. & Add. omnia scripserunt in ver. homicidium ad eos recurras, & ibi definitione rixæ.

40 Num. 25. & 26.] De excusatione vulnerantis, vide Giurb. cōs. 84. n. 8. quod vulnus etiam si letale non appareat, & vulneratus mortuus sit, ex interuallo de occiso non tenetur vulnerans, sed de vulnere, & si in infirmitate fuerit mortuus vulneratus an præsumetur mortuus ex vulnere, Baiard. in

41 §. homicidium n. 156.

42 Num. 27.] De effectu paupertatis, & priuilegijs patet in addit. mea ad decis. Gizzarelli 84.

Et vide Mari ad Gram. decis. 85. n. 8. n. 11. & n 9. quis dicatur pauper & quis inops, & si à furto excusetur in addit. ad decis. 38. n. 10. &

43 D. R. Rouit. in prag. 10. de offic. S. C. n. 4. Pascal. par. 2. c. 2. in tract. de patria potest. n. 61. vbi multa, & copiosa adest allegatio Apicellæ 6. vltra Borrell. 2. par. summæ decis. tit. 14. à n. 37. & sequen. vbi latius.

44 Num. 28.] Quod mulieres deponentes in fauorem reorum præferantur viris examinatis in fauorem Fisci, omnia per Borrell. in 2. par. summæ decis. tit. 14. n. 3. & sequen.

Num. 29.] De probatione animi occidendi, &c.

Adde pro practicis in capite præsu-

45 mi, ex percussione facta in capite cum baculo, & de occiso tenetur baculo aliquem occidens, etiam quod non in rixa, sed deliberatæ bastonauerit, Menoch. lib. 5. præsumption. 40. nu. 11. Mascard. concl. 97. n. 29. Claud. ad Bertazz. consil. 326. n. 3. littera B Farinacc. q. 126. nu. 128. & seq. nec præsumitur animus occidendi in percutiēte funiculo, Hercul. de negat. n. 66. Mascard. d. concl. 97. n. 31. nec animus occidendi præsumitur in eo qui cum ligone aliquem percutijt, etiam quod ex ea percussione percussus obierit Vulpell. conf. 126. n. 8. & 29. nisi percussio fuisset in capite illata, vt supra.

46 Sed quibus coniecturis excusatur animus occidendi, Giurba cōs. crimin. 51. & quod ex qualitate armorum arguatur R. Rouit. de abolit. prag. 13. n. 15. & de solito delinquere Farinacc. q. 3. n. 20.

47 Num. 30.] Priuilegium est defensionis quod testes laici pro ea proferantur Clericis.] Hipolit. de Marsil. consil. 2. n. 19. & conf. 51. n. 42. & conf. 65. n. 45. & Roland. à Valle conf. 63. n. 45. vol. 3. Borrell. 2. par. summ. decision. tit. 14. n. 5. 6 7. & seq.

48 Num. 31.] De negatiua coartata loco, & tempore adde difficilis esse probationis.] Testibus Triuis. decis. Venet. 62. n. 13. lib. 2. Menoch. conf. 112. nu. 14. vol. 2.

49 Magon. decis. Florent. 17. nu. 6. Sed probari per testes, Marc. decis. 266. n. 1. vol. 1. Clar. in §. falsum n. 14. Roland. conf. 93. n. 7. & 8. vol. 4. Aldobrand. conf. 71. nu. 60. & 61. vol. 1. Pedrocc. conf. 17. n. 66. & 67. vol. 1. Verall. decis. 283. n. 3. par. 3. Intrigl. conf. 6. n. 118. Lib. 1.

Inde negatiuam, testes volentes deponere debent dicere tale homicidium, vel tale negotium à tali factum non est, ex quo scio, quia interfui vidi, audiui, & fieri non potuisset quin ego vidissem, Vel-

rall.

rall. decis. 283. n. 3. lib. 3. Hercul. tract. de negatiua n. 318. Afflict. decis. 400. n. 8. & 9. Decian. cons. 3. nu. 24. vol. 3. Bonacoss. commun. opin. criminalium par. 1. fol. 118. Mangrell. ad Bart. in l. actor. quod asseuerat C. de probationibus, & vix est aliqua negatiua quæ non habet equipollētem affirma-
50 tiuam, Loffred. cons. 4. nu. 15. & explicat circa probationem, Mascard. conclus. 1091.

51 Num. 32.] Interrogatoria dari per curiam non inquisitum cui cōpetit repulsa sic practicamus.] Sed quomodo debet fieri interrogatio de socijs complicibus, vel
52 mandatoribus, Carrer. in l. obseruare num. 298. & interrogatio permissa in socio criminis contra
53 latrones an permittatur contra simplices fures eximius D. R. Rouit. de recept. malefact. in prag. 5. n. 4] Vide tamen de ipsis interrogatorijs, & repulsa abundantissimum tit. 15. pœnes, Borrell. in 2. parte summ. decisionum, &c.

54 Num. 33.] Facit quod bannitus potest occidi, Baiard. ad Clar. in §. homicidium qui nu. 246. ponit defensionem quam debet tenere
55 aduocatus banniti contra occidentem.

56 Et pro illa opinione allegata per Auct. poterat dici quod occidens proximum morti tanquam homicida punitur, ex l. huic scripturæ ff. ad l. aquiliam, Bald. in decretali in rub. de vita, & honest. Clericorum n. 3. Potest applicari quod bannitus captus ante bannum, & præsentatus post
57 bannum operat, vt præsentans nō consequatur indultum, Florian. in l. si ita scriptum §. si pater nu. 3. ff. de leg. 2. Bouius de stat. orbis præscript. glos. 3. nu. 21. & D. R. Rouit. in rub. de exulib. n. 2. vide tamen quomodo probetur bannitum quem esse per addit. seù a postill. ad Bertazz. cons. crimin. 99. 100. 125. & 126.

Et de remissione habenda pro gau-
58 dēda indulgentia, vide D. R. Rouit. in prag. 8. de composit. c. 2.

59 Num. 34.] Facit regula in dubio semper in mitiorem partē, & pro reo Decian. respons. 52. n. 21. vol. 2. Etiam si iura, & actiones in aliquo excederent iura ipsius rei, Decian. responso 15. n. 36. vol. 3. & vide latius Menoch. de arbitr. iudic. q. 85.

60 Et ad propositum allegatorum per D. Auct. adde quod in dubio nemo iudicandus est ebrius, Anna singul. 667.

61 Num. 25. de excusatione insultus.] Adde cum quis adeò non fuerit insultato propinquus, vt potuerit illum verberare, Bald. in c. 1. §. similiter quibus modis feud. &c. vt allegat Baiard. quæst. 83. num. 27.

62 Num. 36.] De excusatione Blasphemiæ adde mitigari pœnam blasphemiæ cum probatum fuit iracundiæ calore quem blasphemasse, nec esse consuetum blasphemare, Barz. decis. 135. Viu. 388. & 175. & euenit casus de quodam villico, vt refert Auct. meus in praxi censuali verbo Nicolaus Episcopus n. 56. Cala de modo articulandi, & probandi, glos. vnica §. 2. n. 868. addētes ad summam Bullar. in verbo blasphemia. & vide de blasphemante in rixa si teneatur pœna blasphemiæ, per Cefal. consil. 104. n. 45. & addentes ad Bertazz. cons. 205. vers. tertia est illatio; & cum statim se corrigit blaphemus dicendo: *Dio mel perdoni* percutiendo pectus, vel os euitat pœnam blasphemiæ, Alex. cons. 15. ante fin. vol. 3. Gerard. singul. 83. Soccin. cons. 102. Cepoll. cons. 39. quæ obserua criminalista, tu dum intendis defendere blasphemum, &c. & habui ego in facto, & fuit absolutus meus cliens.

63 Num. 37.] De defensione adulterij obserua criminalista primo cum accusauit vir, qui habet concubinam, quia tunc non admittitur, Dec. in l. semper in contractibus ff. de regul. iuris,

 Marsil.

Marsil. in l. 1. de raptu virginum n. 60. & sequenti est verũ tamen, quod vxor non excusatur à pęna adulterij ob non reditum à viro debitum, Boer. decis. 297. n. 15. & adde cum maritus fuit causa adulterij, quia reliquit vxorem sine necessarijs ad vitam tunc non potest eam accusare de adulterio, & ita consului, vti aduocatus Neapoli, dato quod ipsa vxor egerit prius contra virum, vt prouideret de necessarijs, & quando vir tradidit vxorem alteri adulterandam, Beron. cons. 148. n. 11. vol. 1. tenuit tamen Nellus de bannitus 2. par. 2. tempor. q. 46. vers. iuris autem tũc etiam puniri, vti adulteram.] Et cum credidit virũ defunctũ, & nupsit alteri non punitur, & cum fuit oppressa vi vxor, & si maritus post adulterium reconciliauit vxorem, Boer. decis. 298. n. 3. Barbosa in l. 2. in principio in 1. par. vers. tertio limita sub n. 100. ff. solut. matrim. Et in casu c. gaudemus de diuortij, vt plenè, Afflict. in const. legũ asperitate §. qui corá, & Laurent. Tonnin. Rodulf. in cautel. 6. nu. 167. vbi ponit vndecim remedia, quibus vir, vel vxor de adulterio accusati possint reparari aduersus accusatorem, & Afflict. in d. §. qui coram in fine, & Viu. opin. 35. nu. 36. & cum actio adulterij accusandi fuerit præscripta secundũ Mastrill. decis. 218. num. 13, 20. & 21.

64 Num. 38.] Si iudex secularis possit prosequi iudicium adulterij si opponatur matrimonium nullũ applica, & cũ lectura nostri Auct. concludit Felin. in c. cum sit de foro competenti, Afflict. in const. de adulter. coercen. n. 5.] Dicit tamen Francisc. Marc. decis. 514. n. 19. & 20. quod in causa adulterij criminaliter intentati potest iudex laicus inciderer cognoscere an matrim. adsit, vel non.

65 Num. 39.] Homicidium de nocte commissum quomodo excusetur.] Adde quia habuimus in Audientia Hydruntina de mense Decembris 1631. ad propositum discursus D. Auctoris quod testis deponens de nocte non lucente Luna non probat, & absq; lumine accenso, Menoch. de arbitr. cas. 279. lib. 2. Rot. Genuens. decis. 3. Mascard. dè probat. concl. 1114. Gram. cons. 45. & cons. 58. cum de nocte quis non potest videri, nec cognosci, inde testis deponens de actu nocturno suspectus est de falso nisi etiam non interrogatus addat, quod luna lucebat, Gramat. voto 21. Roland. cons. 7. n. 29. Farinacc. de opposit. contra testes q. 62. n. 38. Hugo cons. 62. n. 5. qui dicit non sufficere, quod dicat testis, quia lucebat luna ea nocte, sed dicendum est, vidi quia hora commissi delicti luna lucebat, nec etiam sufficeret dicere vidi, quia credo quod tunc lucebat, sed debet affirmari, quod luna lucebat, Bertazz. cons. crim. 316. & Ricc. decis. Curiæ Archiepisc. 63. par. 2.



AD

AD TITVLVM FIAT PVBLICATIO PROCESSVS.

SVMMARIVM.

1 *Publicationis materia ponitur.*
2 *Publicationis effectus.*
3 *Publicatio quomodo fiat.*

1 NVm. 1. (Amice antique) ad materiã publicationis quando nempè ipsa sit necessaria adest tex. in c. cum 1. & A. de re iud. glos. & D.D. in l. probatam c.de sentent.Cagnol.in l. 2. n.85. vers. ad textum C. de edendo, Rebuff. in tract. de public. attest. nu. 1. & seq.Farinacc. in tract. de testibus q.75. cap. 1. à num. 5. vsque ad 9. qui refert obseruantiam Romanæ Curiæ,& vltra eũ, & per ipsum allegatos latè Aufr.in Cappell.Tholos. decis. 396. Ioseph. Lodouic. decis. 73. nu. 4. D. Ludouis. olim Diuina prouidentia Pontifex Gregor. XV. in decis. 344. nu. 4. in recollectis per Farinacc. & idem Ludouic. & in decis. Perus. supra cit. 73. sed 4. n. 6. & quod in hoc Regno nostro in omnibus Tribunalibus publicatio attestationum fiat ab omnibus Magistratibus extat rit. M. C. V. 72. incip. nẽ quod elapso termino, vbi statutũ est, quòd elapso termino infra dies quatuor petatur publicari,& si nõ petatur habeatur pro publicato, & scribatur in actis ac si esset facta cũ consensu vtriusq; partis, vt ibi Carauit. noster, qui pulchrè, in omnibus caussis affirmat,ex pluribus,& præcipuè,ex const.vniuersis iuncta, ibi glosa in verbo publicatorum 166.n.2.in fine,& Maranta,vt per eum,& nu. 3. latè ad quem finem publicatur in causa, & non omittas D. Reg. Tapp. in suo Iure Regni fol. mihi 169 in 3. libro tit. de public.& repuls. super dicto ritu 72. qui ait cum ipso concordare prag. 11. de ordine iudiciorũ, ex quo Afflict. in const. pacis cultum in 6. notabili nu. 53. dicit in hoc Regno solitum esse peti, & fieri publicationẽ etiam in causis summarijs, Nouar. in coll. 220. super pragm. num. 27. Clar. in prax crim. q. 49. n. 1. & q. 61. c. 2. cuius loca faciunt ad conclusionẽ, Auct. Capic. in decis. 55. num. 3. Viu. in decis. 32. num. 3. Socc. in cons.105. num.8. vol. 4. & Ludouic. Bolognin. in cons. 36. vers. imò non obstante col.4.vt citat Camillus Borrellus, qui plura congerit, & infinitos allegat in summ. decis. tot. Orb. terrar. in 2. par. tit. 24. de publicat. processus,& attestat. n.12. & 13 & ad primo vsque ad finem.

2 Num. 2. In hoc num. habetur effectus publicationis per Auctorẽ, vt ad defensam ea facta possint recipi testes tam super nouis, quã super antiquis iuribus; ad offensam nisi super nouis Iuribus,& capitulis. Melior omnium hoc tractat. Iul. Clar. in q. 61.per totam,& præcipuè à n. 2. qui plures allegat, & post eum Vulpell. in cons. 136. Gabriel. lib. comun. conclus. primo de testibus concl. 21. n. 103. cum seq. Natta cons. 159.

359. vol. 2. & 565. eod. vol. 2. & Bertazz. conf. 529. vol. 2. cum addentibus, & de cautela practicantium id Clar. loc. citat. ab eo tamen nõ recepta, & ea est ratio, vt ipse in fine, quia cum tractatur de vita hominis potest reus quandocumque suas defensiones facere, & quod ex officio possit examinare ad offensam testes iudex post publicatũ causa iuxta interuenientе causa, Bart. in l. 2. §. si public. vers. quæro vtrum ff. de adulter. Angel. in tract. malefic. vers. quod iudex dictum processum, & Afflict. in cons. terminum vitæ, vt scilicet causa inueniendæ falsitatis, quia tunc tam super eisdem articulis, quam nouis possunt produci testes post publicatum, Boer. in cõs. 110. n. 9. vol. 3.] Vide de Franch. decis. 716. nu. 5. Carau. tit. 69. quando autem articuli dicantur noui, quando antiqui, quando cõtrarij, quando directè contrarij, & quando dependentes, Farinacc. in tract. de testibus q. 75. c. 2. per totum, qui infinitos allegat.

3 Num. 3.] Publicationem debere fieri citato inquisito, & accusatore.] Sic practicauimus, & vide omnia in materia istius tituli, per Borrell. in 2. par. summ. decis. tit. 24. per totum, & Auditorem Galuppum carissimnm meum collegam in praxi S. C. tit. de publicatione processus c. 24. p. 2.

AD TITVLVM CONCEDATVR REPVLSA.

SVMMARIVM.

1 *Repulsa speties defensionis, & cui concedatur.*
2 *Repulsantur testes quomodo & ibi plura de domesticis*
3 *Repulsa non datur in blasphemia.*
4 *Nec in crimine lesa Maiestatis.*
5 *Repulsa qualiter sit facienda.*
6 *Repulsa ex quibus fieri possit.*
7 *In quo tempore possit fieri repulsa.*
8 *Repulsa currit de momento ad momentum.*
9 *Repulsa non conceditur aduersus scripturas.*
10 *Repulsari an possit testis per repulsantem productus.*
11 *Protestationis in repulsa effectus.*
12 *Repulsam si non petit minor an sit audiendus.*
13 *Testes an repulsari possint si tempore examinis nil fuit dictum.*
14 *Testes licet non repulsati quando non probant.*
15 *Laicus contra Clericum an probet.*
16 *Monachi an sint idonei testes.*

1 NVm. 1. & 2.] Procurator diligens.] Qui intendis semper repulsare.] Hunc tit. semper leggas, & nota primo repulsam speciem esse defensionis, & concedi etiam accusatori, Afflict. decis. 351. n. 3. qui dicit, quod si denegatur, repulsa denegatur defensio, & repu-

repugnaret iuri naturali sequitur Grauat. ad Octauian. Vestrium in prax. Romanæ Curiæ lib. 5. c. vlt. in addit. quam facultatem n. 33. aduersus enim malos testes insurgere oportet, nam & falsos testes in Iesum Christum dominũ abhorruit, Math. c. 26.

2 Num. 3.] Repulsari testes ratione domesticitatis cum offenso.] Fachin. controuers. iur. c. 83. lib. 9. Menoch. q. 73. nu. 32. Crot. de testibus par. 3. num. 29. Gram. cons. crim. 26. n. 30.

Secus tamen quando domesticus esset testis contra domesticũ Petr. Gregor. syntag. Iuris vniuers. lib. 48. c. 13. n. 22. & 23. l. non solum §. 1. ff. de ritu nuptiarum.

Et quando fuerit examinatus domesticus ad defensam, Bald. cons. 2. nu. 4. vol. 3. Hypolit. singul. 59. Boer. decis. 163. n. 7. Gram. decis. 36. nu. 15. & 16. & Dec. cons. 469. n. 7.

Et quando aliter veritas haberi nõ potest, Gram. consil. crim. 3. n. 9. Hypolit. de Marsil. singul. 73. Alciat. de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 46. in fine, Marsil. singul. 533. & Petr. Gregor. syntagmat. lib. 48. c. 13. n. 22. & 23. declarat Clar. q. 24. n. 18. vers. sciendum est tamen.

Et in ciuilibus admittuntur domestici Steph. in tract. de testibus ad Cappell. Tholos. in decis. 4. vers. adde quod regulariter.

Sed qui appellentur domestici, vide l. respiciendum §. furta domestica ff. de pœnis l. præsenti §. sanè C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt, Borrell. 2. parte summ. decis. tit. 15. 2. n. 345. & sequentibus, vbi de alijs casibus.

3 Num. 4.] Repulsam non concedi in crimine blasphemiæ nisi ex capite inimicitiæ.] Gramat. in consil. 15. nu. 12. & 13. Auctor infra in fragmẽtis in tit. de blasphemantibus, Decian. lib. 6. c. 4. n. 8. Clar. in §. blasphemia vers. reperio, etiam Boer. decis. 301. & Muscatell. in tit. de blasphemia in practica criminali n. 16. Sed de veritate quomodo practicetur in M. C. V. & alijs Tribunalibus, vide Borrell. 2. par. summ. decis. tit. 15. n. 80. Et vide Petram ad decis. Gramat. 50. num. 17.

4 Num. 5.] Repulsam nõ concedi in crimine lesæ Maiestatis hæresis, & assassinij nisi ex capite inimicitiæ, vide tu de priuilegijs particularibus talis criminis, per Muscatell. in prax. tit. de hæresi de crimine lesę Maiestatis, & assassinij.

5 Num. 6.] Repulsa qualiter sit facienda, adde quod petens repulsam tenetur declarare instante parte speciem repulsæ, Bald. in l. ab Anastasio in fine C. mandati, & fuit decisum in causa Gabrielis Borelli cum illis de Turbulo, & Caputis anno 1576. Actuar. tunc de Caro nunc de Felice, prout ex quadam Additione habuit collega meus Gallupp. in prax. S. C. par. 2. c. 26. n. 15.

Et in criminalibus adde non sufficere dicere in repulsa testes esse falsos blasphemos, adulteros, & similes, sed necesse est, quod crimina, & delicta articulentur in specie, & fecisse tale delictum, & crimen cum tali, vel contra talem furtum in tali loco, c. præsentium §. testes de testibus in sexto, vbi dicitur facta sigillatim specificatione criminum, & aliorum obiectorum sibi in eisdem articulis cõtentorum, c. vt circa de electione in sexto, Rom. consil. 250. Marant. in specul. aureo par. 6. actu 13. nu. 3. Boer. decis. Burdegal. 321. num. 2. & 3. Bonacols. in comm. opin. criminal. par. 1. §. testium reprobatio.] Vide omnia per Borrell. 2. par. summ. decision. tit. 15. n. 35.

6 Num. 7.] Repulsæ ex quibus fieri possint, addas Afflict. in cõst. mores dissolutè.] vbi ponit causas per quas testes valent repulsari, & aduerte, quod quando tu opponas dicas semper non animo iniu-

 riandi

riandi, &c.] Vt Boer. decis. 295. n. 8. Gallupp. amicus meus in prax. S. C. par. 2. c. 26. n. 15.

7 Num. 8.] Quando possint, & debent repulsari testes dicas post octo dies ab actu publicationis, vt in ritu 75.] Debere peti terminum ad repulsam, & in causa criminali in primo termino, & dilatione, quæ datur ad probandum non possũt produci articuli repulsatorij nisi ex capite inimicitiæ in rit. 278. ibi Troysius, & rit. 282. sed ego arbitror huiusmodi ritus non seruari, sed tantum Regias prag. cursu dilationum, & prag. incip. contingit sæpè.] Quamuis video in causis criminalibus, quod dato termino ad probandum, & faciendas defensiones inquisito faciunt repulsas, & reprobationes testium renũciando futuræ repulsæ, & isto casu optime fit, vt inquisiti citius expediãtur, ne diù in carcere detineantur. Vide Thor. 1. parte comp. verbo repulsa, & habuimus in causa Philippi Mazzigni in R. A. Barensi de anno 632.

Num. 9.] Repulsæ terminum esse medietatem termini probatorij, Afflict. in const. in pecuniarijs, Gallupp. præcit. loco n. 2.

8 Num. 10. 12. & 17. Repulsam esse odiosam, & currere terminũ de momento ad mementum.

9 Num. 11.] Repulsam non concedi aduersus scripturas, ex ritu M. C. 281. Potest tamen peti terminus ad impugnandum, Capic. decis. 68. ad finem, vt habita declaratione à parte circa vsum ipsarum, vt in l. si aduersus, & l. fin. ibi Bart. Bald. & alij C. de fid. instrumentorum, & in l. si falsos C. de falsis possint de falso redargui.

Num. 15.] Repulsa quando petatur pendet ab allegatis in nu. 8. quo tempore valeant repulsari teste.

10 Num. 14.] Repulsari an possit testis per eum aliàs productus.] Vide quomodo tacite, & expresse, & quando procedit per Miscatell. in prax. S. C. glos. momento n. 10. Et in quibus casibus nõ datur repulsa, Ricc. coll. 834

Num. 15.] Repulsari nedum debent testes de visu, sed etiam de fama, & adhuc post mortem valent repulsari, Carauit. rit. 71. in finem ex ratione.

Num. 16.] Si in articulis repulsæ possit poni idem illud, & positio impertinens, Muscatell. prax. S. C. glos. momentum n. 18. contra Capic. decis. 62.

11 Num. 18.] De effectu istius protestationis, idem Muscatell. par. 6. glos. momentum n. 5. post Carauit. ritu 73.

Num. 20.] Adde sicuti possunt repulsari testes quo. Addicta ita approbari c. licet dilectus, &c. 2. de testibus in sexto, Andr. Imol. & Abb. Specul. tit. de teste §. sæpè 4. q. 3. c. si testes §. si quis testibus, & 3. q. 3. c. de inducijs.

Num. 22.] Scribit protestationem hanc Muscatell. in prax. glos. momento num. 20.

12 Num. 23.] Si repulsam non petij minor an sit audiendus, adde si petijt, & terminus fuerit elapsus nõ amplius auditur Andr. in const. obscuritatẽ, & ibi Afflict. n. 9. q. 9. per tex. in l. auxilium.

13 Num. 24.] Repulsari valent testes contra quos nil fuit dictum tempore examinis.

Venit illa q. in Tribunalibus ventilata si patiens produci testes, & nil protestans videatur cõsentire, ita vt prohibeatur repulsare quãdò contigit, Borrell. 2. p. summæ decis. tit. 15. nu. 26. ad quẽ me remitto, & num. 66. quando approbãs verè testes possit eos repulsare, & quomodo.

14 Num. 25.] Licet testes non possint repulsari tamẽ si cõstet de eorum inhabilitate non probant est facilis numerus, vide Borrell. loco allegato à n. 93. & sequentibus, & quando testes inhabiles probent per Ianuensem in prax. Ecclesiastica in verbo testes in indice, & quod neque testis inhabilis habilitetur per habilem, Visconte

fconte conclus. teftes deponentes in fine.

Num. 26.] Accusatum non esse idoneum testem, vide Nellum de testibus nu. 15. Stef. Aufrer. de testibus n. 29. Alberic. de Malet. de testibus c. 3. n. 1. ibi etiam in causa ciuili.

25 Num. 27.] De laico contra Clericum si probet.] Tu addas & si admittatur ad denũtiandum laicus delicta Clericorum in curia Archiepiscopali per Ianuensem in prax. cap. 18. num. 1. 2. & sequentibus.

Num. 28.] Repulsam debere referri ad tempus iuramenti.] Benè, quia tunc attenditur inhabilitas.

26 Num. 29.] Quod Monaci non sint idonei testes.] Habui in facto, & cum aliqua ponderaui eo tempore placuit hoc loco inserere pro amico lectore.

59 *Clericus confitens se laicum an sibi praiudicet.*
60 *Confitens occisisse aliquem ad sui defensionem, qua pœna teneatur.*
61 *Literarum effectus enuntiatur.*
62 *Confessio sindici quid operet.*
63 *Effectus confessionis se stuprasse aliquem.*
64 *Effectus confessionis per iram.*
65 *Confessio lamiarum, & incantatricuum effectus.*
66 *Confessionis incontinenti effectus reuocata.*
67 *Confessio criminis facta in iudicio ciuili si praiudicet criminali, & econtra.*
68 *Confessio an inducatur compositione.*
69 *Confitenti se Virginem an credatur.*
70 *Confessio delicti an probet clericū incorrigibilem, & quis dicitur incorrigibilis.*

1 NVm. 1.] Curiosè iuuenis de confessione facta coram Iudice incompetenti agit, tu videas Soccin. regul. 62. Marsil. in pract. §. postquam n. 12. & sequenti, & singulari 201. Hercul. de negatiua n. 198. in 33. fol. Gomez. variarum resolut. n. 3. c. 12. rub. de probatione delictorum, Mascard. conclus. 252. nu. 1. Honded. cons. 66. n. 59. & Cartar. de exequutio-
2 ne senten. capit. fin. n. 118. Amplia si esset pluries ratificata, Boss. de confessis n. 48. in fine. Farinacc. quæst. 81. de reo confesso, & conuicto n. 188. & adhuc quod fuerit incompetēs respectu materię, sed competēs respectu personæ, Boss. de confessis, vbi de ampliatione num. 51.

3 Nota tamen, quod operat huiusmodi confessio, vt possit poni ad torturam, sicut si extra iudicialiter esset confessus, Balb. decis. 113. Secundò quod poterit coggi perseuerari in tali confessione Ricc. coll. 845. vide Cianc. disceptat. criminal. titul. de confessione rei contra Fiscum cap. 25. & cap. 42.

4 Numero 2.] Si confessio delinquentis noceat eius hęredi, Farinacc. de inquisitione quæstione 10. nu. 56. & de reo confesso, & conuicto latissimè.

5 Num. 5.] Quod Iudex recipiens confessionē debet esse ordinarius non delegatus.] Adde confessionem factam coram arbitris, dici iudicialem, D. Regens Rouit. in prag. 1. de arbitris n. 64. Hinc cōfessio facta coram Iudice delegato non validat processum nullum, Angel. cons. 217. col. fin. Marsil. cons. 46. n. 19.

6 Num. 7.] Confessio debet fieri pro Tribunali sedente, omnia per Visconte conclus. 40. Corset. singul. 11. Diaz regul. 125. Mars. in §. postquam n. 17. Boer. decis. 90. n. 8. Clarum quæst. 55. & quæst. 21. & Mascard. conclus. 359. n. 6. & 344. nu. 7. & 351. nu. 7. & 348. n. 26. Bertazz. cons. 95. nu. 3. & lib. 2. vbi de ampliatione, & in cons. 342. n. 3. lib. 2. quamuis cōtra Ozasc. decis. Pedemont. 1. n. 46. Sed quomodo id sit verum Farinacc. de reo confesso quæst. 81. num. 50.

n. 50. & ibi quod inditium faciat si aliter fuerit recepta.

7 Num. 8.] Si confessio fuerit emanata coram solo Notario, Iudice absente non dicitur iudicialis, & propterea ad condemnandũ non sufficit, Mascard. conclus. 349. n. 6. & 348. n. 62. declara, vt dixi n. 14. & secund. Farinacc. quæst. 81. de reo confesso, & conuicto n. 48. sed facit inditium ad torturam, Baiard. q. 21. n. 137. vide Guid. Papam singul. 573. & quod faciat tamen indiciũ, Rauenn. singul. 67. nisi fuerit reuocata, Bart. in l. cũ scimus 21. C. de agric. & cens. lib. 11. n. 6.

8 Num. 9.] De confessione facta coram Iudice tacente (pendet à scriptis per Farinacc. quæst. 81. de reo confesso n. 50.) quando dicatur facta in forma iudicij.

9 Num. 10.] De testibus examinãdis per Iudicem, &c. Vide quæ larga manu scripsit olim amicus meus, Borrell. de Magistr. edict. lib. 2. c. 15. per totum, &c. Et nota si confessio fuerit facta coram Iudice, sed recepta fuerit per scribam, cui interdictum erat officium scribæ, an noceat confitenti, vt possit damnari, Nouar. collega meus quæst. forens. 89. lib. 1.

11 Num. 11.] De falsum deponentibus coram Notario si puniantur.

Et adde testes deponentes falsum in iudicio ciuili puniri per eum Iudicem, Baiard. ad Clar. in §. falsum num. 247. quando dicitur aliquid fieri apud acta, &c. vide in Prato meo in l. 2. C. de edendo, D. R. Rouit. in prag. 2. de iurisdictione inuicem non turbandis n. 10.

12 Num. 13.] De obligatione recepta in absentiam Iudicis.] Vide de effectu obligationis apud acta, de Franch. 480. n. 7. 656. nu. 1. & quod sit officium actuarij recipere obligationes D. R. Rouitus in dicta prag. n. 15.

13 Num. 14.] Iste numerus declarat octauum numerum, & vt ibi dixi tunc confessio rei lata coram actuario præiudicat quando ipse habet mandatum à Iudice, Monticell. reg. 19. n. 17. Farinacc. 14 decis. 81. n. 47.

Num. 15.] De Confessione facta sub spe gratiæ si teneatur, quod non tanquam contra publicam vtilitatem, Gomez. tom. 3. c. 12. de probat. delict. n. 61. ibi Suarez in addition. Ciancio tit. ad defensam reorum c. 19. per totum, & ibi, quid quando perseuerauerit reus, & quid in crimine hæresis.] Plaz epitome delictorum cap. 37. Pascal. de patr. potest. 15 n. 67. par. 3. c. 1.

Num. 16.] Stuprum commissum per allectationem an dicitur violentum affirmat, Afflictus in const. si quis rapere. Et quid si ipsa accessisset ad domum viri, Baiard. ad Clar. in §. stuprum num. 38.

16 Num. 17.] De Confessione per iram, &c. Natt. cons. 6. n. 2.] Ea ratione, quia ira est subita tempestas animi quæ dum inordinatè corruit cor hominis ad insaniam protrahit Nouell. tract. de defens. c. 24. n. 60. Castr. cons. 192. Aretin. 165. col. vltima.] Dicebam ego collegis meis iram esse inimicam consilij, & impedire animum, ne possit cernere verum, ex Bald. in c. 1. §. si quis vltro de pace iuram firm. vbi quod non habeat deliberandi consilium, quem ira causa corripuit.

17 Num. 18.] De Confessione extorta dolo aduersarij, &c.] Vide Carrer. in pract. tract. de indit. & tortura n. 16. Deposito in carceribus ad persuadẽdum ob quam causam fuit confessus.] Facit de cõfessione extorta per suggestionem, &c. Gomez. tom. 3. de tortura reorum num. 23. Gramat. vot. 24.

18 Num. 19. vsque ad 27. de minoris confessione quomodo sit facienda dic cum curatore, quia absque non tenet, Corn. cons. 598. lib. 4. Bertran. cons. 326. lib. 3.

Afflict.

Afflict. decis. 208. quia curator debet interuenire quando iurat minor, Gram. conf. 16. Volpell. conf. 34. ratione] Applica plura per Gram.conf.16.in princip. &c. Et nota quod si minor est confessus sine curatore, & postea dicit se lęsum confessio non nocet, Afflict. decis. 208. Ianuens. in prax. cap. 48. vbi subdit in Curia Archiepisc. interuenire curatorem quando minor torqueretur, vt quando examinatur, D. Regens Tapp. in const. minorum iura n. 32. Duen. regul 259. n. 5. Ricc. coll. 683.& 323.Thor.1.par. compend. verb. cōfessio minoris.

19 Num. 28. Furiosus, & demens an possit condemnari facit ad l. congruit §. furiosi offic. Præsid. quia furiosus non potest puniri ea ratione secundū Bald. decis. 60. quia satis suo furore punitur, & Clar. in q. 60. refert nonnullas decis. Senat. Mediolanēsis pręsertim in causa cuiusdam Philippi Nicolai quod per suum filium quem vnicum habebat interfecit, iussit illum absolui 9. Iunij 1543. Sic etiam quādam Iacobinam Ferrariam quæ puellam quandam primum baiulo interfecerat coperto, quod laborabat artabile, & quod aliās vti n ēte capta custodita fuerat in Hospitali Sancti Vincentij fuit absoluta, & ad Hospitale iterum tranimissa 24. Febr. 1554. & intellige hanc conclusionem tam in delictis commissis ante furorem quam post. Ricc. coll. decis. 1840. quod mihi pulcrum apparuit, & notabile quod ampliat in ebrio, & in coll. decis. 2076. idem in amore capto cum pluribus corelarijs, & in coll. 2117.

20 Num. 29.] De confessione alicuius tanquam testis in vno iudicio si noceat tanquam parti in alio iudicio, Affl ct. de iure prothomiseos §. 2. n. 14. & in tutore, quod facit, aut scripsit aliquid, vt tutor an sibi nomine proprio præiudicet, Gramat. cons. ciuil. 104. Afflict. & Vrsill. decis. 176.

21 Num. 30.] Quod confessus possit damnari etiam perempta instantia, Marsil. singul.201. & conf. 64. n. 18. & conf. 48. nu. 4. Becc. conf. 70. n. 9. Bertazz. conf. 276. n. 5. D. R. Rouit. in prag. 8. de ordin. iudiciorum n. 44.

22 Num. 31.] Quando confessio incidenter facta sufficiat ad condemnandū criminaliter, Farinacc. de reo confess. & conuict. q. 81. n. 109. Habui tempore meæ aduocationis de quadam vidua inquisita de furto quæ incidenter cōfessa fuit adulterium, & fuit decisum non posse condemnari, & proinde liberata toties quoties pro crimine adulterij, Maresc. variar. resol. c. 89. lib. 1. Thor. 1. par. compend. verb. confessio facta incidente.

23 Num. 33. & 34.] De confessione verisimili, & probabili, Mascard. concl. 344. nu. 5. Menoch. cons. 65. n. 26. lib. 1. Anchar. cōs. 24. n. 4. imò quamuis sponte siue per torturam emanauerit nulla est Bald. cons. 479. n. 2. lib. 5. Sed quando dicitur confessio verisimilis, Mascard. concl. 35. n. 18.

24 Num. 36.] Quod confessio debeat esse possibilis.] Applica eo, quod fatetur stuprasse puellam, quod virgo reperta est, Menoch. de arbitr. cons.269 n.8. Monticell. regul.19. n. 8. & Hercul. denegat. num.198 4. fallent, vbi generaliter quando repugnet facti euidentia, &c. verum est enim confessionem non nocere cum non constat de corpore delicti, tanto magis constat de non delicto, Farinacc.q.81. nu.24. vide modernum Haliteum Danza inter scribentes semper honorandum in suo opera necessario tit.de offic.iu gen.c.11. n.47. fol. 66.de confesso delictum quod non patrauit.

Num.37.] Vide quę larga manu dixi in tit.sup. itē ꝙ sororē venenauit.

Num. 38.] Pro ornatu istius numeri pendent dicta superin num. 36. quia cōfessio debet esse possibilis.

25 Num. 39.] Adde pro effectu confessionis sufficere non esse reuocatam licet nō perseueratam

Viu. opin. 140. n. 1. Gomez. to. 3. c. 12. rub. de probat. delicti n. 3. Paris de Syndic. verbo tortus, Mascard. conclus. 353. num. 34. & Cartar. in pract. interrogandorũ reorum lib. 4. c. 2. n. 28. Satis enim dicitur reus perseuerare dum non reuocat.

26 Num. 45.] Confessionem debere esse cum causa, Paris de Syndicat. verbo tortus c. 12. n. 12. Et ideò Iudex bene aduertat ad reorum confessionem, vt in eis subsit delicti confessati, & similis causa Marsil. in pract. §. postquam nu. 20. & 21. Blanc. de indit num. 35. vbi propterea Iudex interrogare debet reum, quod delictum confessus est, cur illud fecerit, Casson. de de torment. c. 18. rub. de spont. confess. n. 12. vers. idem & n. 181. 10. rub. de confess. in tormentis num. 3. vbi idem si confessus esset in tormẽtis sed ex verisimili, Mascard. conclus. 345. num. 39. & vide alia correllaria per Viscontẽ conclus. confessio sine causa.

27 Num. 46. & 47.] Applica cõfessionem qualificatam in criminalibus pro parte acceptari, & pro parte impugnari, Boss. de confess. n. 19. Farinacc. vbi Auct. nostrum cit. de confess. & conuict. q. 81. n. 110. & sequentibus, & nu. 114. & 117. inde confitens cum qualitate ante omnia debet qualitatem probare, quia potest pro parte acceptari, & pro parte reici, Tiraq. de pœnis q. 27. n. 7. Menoch. de arbitr. casu 279. Farinacc. de carcer. q. 729. 32. n. 6. & de Franch. decis. 557.] Et quid si delictum per prius fuerat negatum, & postea conuictus confessus fuit cum qualitate, Luc. de Penna in l. professio col. 2. vers. accusatus de homicidio C. de muner. patr. lib. 11. Visconte concl. confessio delicti.

28 Num. 48.] Torqueri an possit confitens conditionaliter, vt explicite deponat Gram. voto 2. n. 4. & 16. & voto 24. nu. 2. Boer. decis. 164. n. 16. Iuseph. Ludouicus decis. Lucens. 19. in fine, Mascard. concl. 867. num. 13. Triuis. decis. crim. 46. num. 27. lib. 2. decis. 13. num. 3. vbi refert ex officio quandam mulierem quæ fuę confessioni in verisimilem qualitatem adiciebat fuisse bis tortam Bolog. in l. vt vim num. 49. vers. 2. redditur ff. de iustit. & iure.

29 Num. 49.] Iudicialem confessionẽ debere esse parte præsente, Iason. cons. criminal. n. 161. Brun. à Sol in compend. verbo confess. & si Iudicis pręsentia sufficiat. Mascard. concl. 347. nu. 19. & 20. & 348. nu. 41. & 45. sufficit enim esse acceptatam licet absens sit accusator, & quod confessio debet acceptari per partẽ Mascard. conclus. 347. num. 19. & 20. & 348. num. 41. 45. & 50. Iason. cons. crimin. 161. & sequen.

30 Num. 50. & sequen.] Reuocari confessionem, Boss. de confess. nu. 64. negando, & concordat quia nimis indignum est, vt quod quis sua voce fassus est id reuocet ac sibi ipsi aduerset, vide per Simach. in enchrid. tit. 52. de tormentis numer. 43. vide omnia Vulpell. consil. 92. num. 10. & 11. Alciat. de præsump. regula 3. præsumpt. 21. num. 8.

31 Num. 58.] Confessio si operetur, vbi liquet de innocentia adde etiam post sententiam, Brun. de iudit. pars. 2. q. 6. nu. 15. vers. si autem non esset, Boss. de confess. n. 7. Marsil. in pract. §. secunda quæstio num. 30.] Amplia per Mascard. concl. 353. n. 26.] vide in parte 3. num. 116. q. dicam infra.

32 Num. 59.] Vide omnia per Brun. de indit. par. 2. q. 6. nu. 9. Rodoch. in pract. c. 54. num. 34. quod confessio debet esse clara, & non dubia ea ratione per Cyrill. in summa crim. rub. 16. de confess. 562. num. 17. vers. igitur Hercul. de negat. num. 198. Boss. de confessis num. 83. Gomez. to. 3. cap. 13. rub. de tort. reorum n. 8. vers. & licet predicti Mascard. concl. 344. n. 12. Peguera decis. 17. num.

nu. 4. verſ. & ratio, Triuiſ. deciſ. crimin. 46. nu. 5. lib. 2. Bertazz. conſ. 29. n. 17. & conſ. 54. nu. 2. & 55. n. 6. vbi quod confeſsio nullam debet exceptionem, vel ſubē pati,& ſic debet eſse omni exceptione maior, quod idem repetit in conſ. 61. num. 9. & 70. nu. 12. & 114. num.9. & 187. num. 12. & 19. & 219. n. 5. & 9. & 242. n. 12. lib. 1. & lib. 2. conſ. 471. n. 10. & ſeq. vbi infert ad confeſsionem latam verbis enuntiatiuis, vide Honded. conſ. 108. num. 46. vbi quod confeſſio debet eſse integra certa, clara, & inulnerabilis. &c. Farinacc. de reo confeſso, & conuicto q. 81. n. 32. & ſequentibus, Viſconte concl. confeſso debet eſse clara.

Num. 60.] Pendet à dictis in nu. 7.

33 Num.61.] Confeſsionem debere fieri in loco Iuriſdictionis, adde aliás eſset coram Iudice incōpetenti diximus ſupra.

34 Num. 62.] Confeſſio non debet fieri prope tormenta, & ideò dicimus confeſsionē meta tormētorū dici nullā,Cianc.in tract.cōfeſs. rei contra fiſcum cap. 37. per totam,Boſs. de tort. n. 22. quando quis fuit in loco torturæ ſpoliatus ſine vinculis, & minis idem Cianc. cap. 36. Carr. in pract. crim. in l. obſeruare num. 172. & ibi latè quando confeſſio dicatur facta metu torturæ,eſt verū quod huiuſmodi confeſſio non nocet ad condemnandum, ſed bene ad torquendum, Boſs. de confeſs. num. 76. & in tit. de confeſsis per torturam n. 22. Farinacc. quæſt. 83. num. 66.

Num. 63.] Ratificari debere confeſsatum, &c. Adde confeſſionem factam in tormentis, ſed in actis non ratificatam, nullo modo eſse

35 attendendam, Boer. deciſ. 163. num. 18. Clar. q. 64. verſ. ceterum ſi reus, & ibi ſeruat conſuetudo,vt atteſtatur Bart. in l. 1. in vltimis verbis ff. de cuſtod. reorum,nec ſufficit quod tortus tacite perſeueret illam non reuocando, ſed opus eſt, vt illam expreſſe ratificet apud acta, Clar. 161. imò quando eſt ratificata reo nocere non debet in pœnitentia, ideſt quando ſuſpectus eſt differri, ideſt quando recipitur ad ſinum Eccleſiæ Simach.exclud. tit. 37. de carcer. perpet. num.14.

36 Num. 64.] Terminum debere dari aduerſus confeſsionē.] Franciſ. Caſson. in tract. de tormentis c. 18. nu. 5. quod poſt confeſsionem detur reo terminus ad ſe defendendum aduerſus eam cum poſsit forte de errore docere confeſsionem,vel eam declarare quod ſcilicet homicidium fecerit ad ſui defenſionem,vel quando erat minor, & ſimilia, & ita deciſum per S. C. reluctante Fiſci patrono, Gram. voto 7. & etiam reo non petente conceditur terminus poſt eius confeſsionem ad omnes, & quaſcumque defenſiones faciendas quo elapſo,ſi nihil probat poteſt procedi ad eius condemnationem,Caball. reſol. crim. 186.

37 Num. 65.] Confeſsum ex inualido proceſsu condemnari dic ſecundum eaque diximus ſupra non tamen in pœnam ordinariam Hipolit. Riminald. concluſ. 126. nu. 18. & ſeq. lib. 2. Angel. conſ. 178. nu. 2. & 3. reus in quam ergo pœnam, &c.

38 Num. 66.] Appellari an poſſit per confeſsū vide Cianc. in tract. de confeſſione rei contra Fiſcum cap.5.] Dicas tū quòd ſi cōfeſsus, & cōuictus fuerit quis non appelle Vulpell. conſ. 137. n. 4. idem Cianc. diſcep. 14. &c.

39 Num 67.] Confeſsum perempta inſtantia condemnari etiam dic cum D. Reuit. in prag. 8. de ordine iudiciorum num. 44.

40 Num. 68.] De confeſsione etiā nō præcedentibus inditijs ſi valida ſit.] Adde quæ latius dixi num. 1. ad tit. ſequentem,& vide Farinacc. de reo confeſs. pro veritate in q. 81.n. 13. & ſequent.

41 Num.70.] Confeſsum dici manifeſtum delinquentem facit Au-

ctor

ctor in tit. seq. n. 33. quia ibi notorius dicitur delinques ex confessione extraiudiciali tanto magis, &c. & dixi supra in tit. detur captura num. 10.

42 Num. 72.] Defensionibus an possit reus renuntiare negatum, ex Bonacoss. commun. opin. crim. vers. defensioni, Mari, ad Gramat. decis. 44. nu. 18. & si renuntiatū fuerit iudex non potest deuenire ad expeditionem causæ, sed expectare termini probatorij lapsū Vrsil. ad Afflict. decis. 391. Clar. q. 47. vers. quæro nunc Carabb. de syndic. par. 2. nu. 34. Capibl. in prag. 3. n. 114. de Baronibus.] Et inferas an reus possit renuntiare appellationi, Marc. decis. 60. n. 7. par. 2. Baiard. ad Clar. q. 49. num. 57. &c.

Num. 73. & 110.] Si confessus liberetur fideiussoribus, vide infra sub num. 110.

43 Num. 74. & 85.] Adde confessū coram iudice imcompetenti teneri illam confirmare coram cōpetenti, & ex ea condemnari, Bologn. cons. 8. num. 16. Baiard. ad Clar. q. 21. n. 136.] vide aliqua supra n. 1.

44 Num. 75. Confessionem inducere notorium, vide Auct. infra in tit. sequenti n. 33. Supra hoc tit. num. 70. & latissime Farinacc. ad partes de delictis, & pœnis q. 21. n. 31. & sequen.

45 Num. 76. Confessionem habere vim rei iudicatæ, Fannell. q. 81. de reo confess. num. 4.

46 Num. 77. Confessionem esse plenissimam probationem, Boss. de confessis nu. 87. Menoch. de recuperand. possessione remed. 1. n. 13. & seq. Masc. concl. 344. n. 1. & 1102. n. 2. Triuis. decis. criminali 46. nu. 3. seq. par. 1. Marsil. cons. 29. 4. Honded. cons. 15. n. 2. & 19. n. 4. & 35. n. 18. & 66. n. 20. & 87. n. 34. & 104. n. 1. Farinacc. q. 81. n. 4.

Num. 78.] Vide quæ dixi pro ornatu istius numeri in tit. seq. in materia confessionis extraiudicialis.

Num. 79.] Quando hæres confessi teneatur supra n. 2. hoc eod. tit.

47 Num. 81.] Confessionem operare, vt procedatur, ex officio facit, quia notorium reddit negotium, vt supra n. 75.

48 Num. 82.] Confessum sponte mitius puniri, & n. 88. & 89.] Triuis. decis. crimin. 46. n. 7. lib. 2. Bertazz. cons. 357. nu. 4. & 505. nu. 27. lib. 2. Hipolit. Rim. cons. 245. nu. 57. seq. lib. 3. latissime Farinacc. q. 81. c. 5. per totum de reo confesso, & conuicto.

49 Num. 84.] Confessionem facere haberi rem pro liquida.] Faciunt allegata super nu. 75. 76. & 77.

Num. 86.] De sponte confesso quod aliquando non puniatur, vide quę dixi supra n. 82.

50 Num. 93. Testatori an credatur si confiteatur in testamento esse se vsurarium, &c.

Applica quæstionem quam habui in R. A. Hydruntina si per confessionem factam ab aliquo in testamento se debere tali centum si agi ex ea possit contra hæredem, & an valeret in vim legati, & cum allegatus fuit, tex. in l. cum quis decedens §. codicillis ff. de leg. 3. Auct. quod obtinet C. de probat. Cappell. Tholos. decis. 211. & ibi Addit. concludimus exequendum vigore ipsius dispositionis, vide Borrell. postea in 2. par. summ. decis. tit. 3. nu. 349. & 350. & alia per Visconten conclus. confessio facta per testatorem.

51 Num. 97.] Procuratoris confessio an noceat domino Honded. cons. 66. n. 72. vbi negat secus si habuerit speciale mandatum affirmat Farinacc. q. 81. n. 60.

52 Num. 99.] De confitente se fecisse plura furta eod. loco diuersis tamen temporibus an debeat mori, vide quæ in eadem apostilla mea scripsi, quod pro tertio de generali consuetudine imponitur pœna mortis, Vulpell. cons. 16. n. 3. Couarr. var. resolut.

ſolut. lib. 2. c. 9. n. 7. Maſcard. concl. 838. nu. 6. vol. 2. Gomez. de delict. c. 5. n. 6. & quod ſi quis confeſsus fuerit plura furta de quibus conſtabat, & plura alia de quibus non conſtabat neſciens nomina eorum quibus ſubtraxerat poterit puniri pœna furcarum, Gram. deciſ. 48. quid in voto 9. n. 25. & voto 17. n. 5. & ibi n. 23. dicit quod pro pluribus furtis minimis quis eſt puniendus, vide quæ dixit Menoch. de arbitr. caſu 295. n. 17.

Num. 102. & ſequen.] De confeſſione ſocij criminis latè in deciſ. Gizzarell. 77. cum noſtra addit. dicimus, & cum quis confitetur ſe ſocium criminis, adde an tacite dicatur fateri crimẽ per Maſcard. concluſ. 348. n. 36.

53 Num. 105.] De confitente ſe occidiſse hominem cuius nomen ignoratur, &c. Euenit quæſtio tempore Torelli de Prato, quod fecit ſuſpendi tres aſsaſſinos qui confeſſi fuerunt occidiſse tres incognitos, & illos in mari proieciſſe, refert Angel. in l. certam n. 2. ff. de confeſſis, Caſsan. in conſuet. Burgund. rub. 1. §. n. 40. vbi refert iſtum caſum, quod accidit dum ipſe aſſidebat Mediolani de quodam maſsario, qui occiſerat dominum ſuum cuius corpus proiecerat in lacum Comenſem, & facta diligentia ſi inueniretur, licet repertus non fuiſset tamen fuiſse ad mortem condemnatus, retulit Clar. q. 55. n. 11. vide Borrell. n. 2. par. ſummæ deciſ. tit. 3. num. 13.

Et vide confirmationem ſententiæ M. C. V. per S. C. de anno 1588. ad relationem conſil. orificis penes capuam acti, vt refert Paſcal. de patr. poteſt. p. 3. c. 1. n. 71. de cõfeſso occidiſse aliquem, & mari proieciſse, quod fuit condemnatus ad mortem, etiam quod non fuit cadauer repertum.

54 Num. 106.] Si confeſſio ſerui noceat domino, Afflict. quando factum famuli præiudicet, & non præiudicet domino per Mari ad Gramat. deciſ. 47. n. 1. & ſequentibus, &c.

55 Num. 109.] De confeſsione trium latronum, Gizzarell. deciſ. 76. & ibi copioſa noſtra Additio, Thor. par. 1. Compend. verbo cõfeſſio trium latronum ſecreto.

56 Num. 110.] Dicit confitentem delictum ſi ſub fideiuſsoribus ſit relaxandus.] Adde quando habilitatio detur per allegata per nos in Prato in l. 38. C. de Epiſcopali Audientia Mormilis in conſt. humanitate n. 2. Carauit. rit. 41. nu. 4. & in ritu 160.

57 Num. 111. De confitente, ſe vulneraſse, vel occiſiſse talem qui viuus reperitur, &c. quod nil operetur, adde per ea quæ diximus ſupra nu. 36. Quia confeſſio debet eſse poſsibilis Hercul. de negat. n. 198. 4. fall. Menoch. de arbitr. caſu 269. n. 8. Monticell. regul. 19. n. 8. & Carrer. in pract. de homicidio §. 11. &c. n. 18.

48 Num. 121.] De capto alibi quam in loco furti à quo cognoſcatur, Capic. deciſ. 104. Thor. 1. parte compend. verbo fur delinquens.

59 Num. 123.] De Clerico confitente eſse laicum an ſibi præiudicet.] Applica clericum non declinantem forum ſui iudicis puniri, Menoch. de arbitr. caſu 430. n. 2. & 3. Scacc. in tract. de iudic. par. 1. c. 11. n. 46. tanquam tranſgreſsor canonum arbitrio ſui iudicis competentis, & facit, quia ſi reus eſt, quod clericus, non poteſt renunciare clericatui tanto magis confiteri, Mari ad Gramat. deciſ. 21. n. 5.

Num. 128.] De confitente homicidium ad ſui defenſionẽ, Farinacc. omnia quæſt. 81. nn. 110.

60 Et Paſchalis de patria poteſtate p. 3. c. 6. nu. 16. de pœna occidentis aliquem ad ſui defenſionem.

61 Num. 129.] Confiteri an cenſeatur recipiens literas ad ſe miſſas per aſsaſsinũ.] Si videre vis plura in materia effectus literarum

addas Borrell. 2. par. tit. 23. per totum, & vide Mari ad Gramat. decis. 2.n.8. & sequentibus. Assassiniū quando censeatur indicatū, & ex quibus verbis, & coniecturis præsumatur mandatū, Muscatell. in prax. crimin. rubr. de homicid. med. mand. nu. 28. Et vide Ricc. coll. decis. 101. & D. R. Rouit. in prag. de assassinio.

62 Num. 131.] De confessione Sindici, Borrell. 2. par. summæ decis. tit. 3. n. 269.

63 Num. 132.] De confitente stuprasse aliquam tanquam suam vxorem an sit cogendus ad matrimoniū, an de ei credi, Menoch. de arbitr. casu 103. n. 5.

64 Num. 136.] De cōfessione per iram, quod non sufficiat ad condemnandum, Hercul. de negat. nu. 198. in 34. fall. Farinacc. q. 82. n. 36. & in tit. de pœn. tempor. q. 91. num. 24.

Et idēin confessione properè repentinè, ex abrupto, & non deliberatè emanata, Abb. post glos. ibi in c. cum venerabilis n. 12. de except. Dec. ibi num. 40. & seq. vbi exornant hanc conclusionem, &c.

65 Num. 137.] De confessione incantatricium, & lamiarum in terminis, Borrell. 2. par. summæ decis. tit. 3. n. 273. & dic propter atrocitatē criminis, vt latè Ghirlādus in suo tract. tit. de Lamijs. Hinc incantationes omni iure prohibitas, dixit Afflict. in const. amatoria num. 1. & Bart. in l. vnic. C. de Thesaur. lib. 10. non licere quem vti arte magica.] vide plura per Ludouic. decis. Luc. 4. n. 21. quando licet vti incantationibus, &c. & Ozasc. in sua disput. an Principi Christiano suas sit, &c. nu. 1. & omnia per Ricc. coll. 1378.

66 Num. 140.] De effectu confessionis incontinenti reuocatę, Farinacc. q. 81. de reo confess. nu. 348. & quando dicitur incontinenti reuocata.

67 Num. 142.] Si confessio criminis facti in iudicio ciuili, vel in causa crim. ciuilitèr mota præiudicet in crim. iudicio, Cass. de torment. c. 21. rub. de confess. ratific. nu. 13. Mascard. conclus. 348. n. 16. 17. Bertazz. cons. 129. num. 16. lib. 1. August. ad Angel. verbo, & ad quærelam num. 87. Diaz. regul. 121. nu. 5. ampl. Farinacc. q. 81. num. 94. & sequentibus.

68 Num. 145. Compositione an inducatur confessio dic cum Castrens. consil. 220. Paul. Ghirland. de relas. carcerat. tit. de pœnar. composit. q. 4. Paris de sindicatu verbo composit. vers. an officialis.

69 Num. 146.] Mulieri confitente se virginem an credatur, Baiard. ad Clar. in §. stuprum n. 41. vbi hunc locum allegat.

Num. 148.] Confessionem delicti probare Clericum incorrigibilem dic arbitr. iudicis remicti secundum Grass. de eff. Cleric. eff. 1. n. 804. tit. quis dicitur incorrigibilis, decis. 87. Ricc. par. 1. & 102. par. 4.



AD

AD TITVLVM ET SI CONFITEBVNTVR SECVNDAE PARTIS TERTIAE.

SVMMARIVM.

1 *Confessio extra iudicialis per quod testes verificetur.*
2 *Testes ad probandam confessionem extraiudicialem debent esse idonei, & legales.*
3 *Confessio extraiudicialis quando verificetur per vnicum testem.*
4 *Confessio extraiudicialis verificata per vnum testem quomodo probet.*
5 *Confessio extraiudicialis parte praesente quomodo probet.*
6 *Confessio extraiudicialis geminanata cui aequiperetur.*
7 *Confessio extra iudicialis quomodo debet esse, & seq.*
9 *Confessiones extraiudicialis effectus.*
10 *Confessio extraiudicialis, quod inditium faciat.*
11 *Confessio extraiudicialis in fauorem rei operat signum innocentiae.*
12 *Confessio extraiudicialis reuocata, quod inditium faciat.*
13 *Confessio extraiudicialis sine causa non probat.*
14 *Confessio extraiudicialis calore iracundiae non probat.*
15 *Confessio extraiudicialis per metum non probat.*
16 *Confessio extraiudicialis etiam nocet minori.*
17 *Confessio extraiudicialis cũ alijs ad minisculus quid operet.*

1 NVm. 1. & sequentibus.] Diligens scriba.] Ad hoc, vt confessio extraiudicialis probationem inducat à lege concessam verifices eam per duos testes cõtestes.] Brunus de inditijs n. 106. Gratian. discept. forens. 909. n. 2. ea ratione, quia cum confessio extraiudicialis sit inditium à remotis, testes non contestes eam non probant Hercul. de probanda negatiua n. 98. vers. 15. Fallit Crauett. consil. 252. nu. 16. vers. te ire videmus Clar. q. 22. in princ. Farinacc. q. 82. n. 44.

Adest tamen opinio eorum dicentiũ quod probata per vnum testem integrum, idoneum, & inuulnerabilem faciat inditiũ ad torturam, vt Auctor n. 22. Clar. q. 21. vers. vnus testis, Farinacc. cons. 39. nu. 4. Gram. decis. 34. nu. 28. idem Farinacc. q. 37. n. 58. & seq. idem Cramat. voto 30. n. 31. Addentes illum dici omni exceptione maiorem cui nihil potest opponi, Gramat. cons. crim. 59. nu. 17. lib. 1. Clar. d. q. 21. & idem Gram. cons. 180. col. 2. lib. 6.

Sed ego dubito quandòq; iudices posse à tortura abstinere etiam si adsit vnius testis dictum fidelis quando reus est eius qualitatis, & probitatis, vt facile dictum praesumi non possit, vide Bald. cons. 25. col. 1. in fine lib. 3. Crauett. cõs. 41. in fine, Ciancio de confess.

rei

rei contra Fiscum c. 2. n. 4. & sequentibus.

Inde addas non solum testes debere esse duos, seu contestes, sed de-
2 bere esse legales, & idoneos, Viu. opin. 138. nu. 6. arg. l. quæro §. fin. ff. de ædelit. edicto, & debent esse testes rogati ad audiẽdam confessionem non quod fortuitò audiuissét, glos. in c. de his in verbo audierunt 3. q.. q. quod est mirabile dictum ad excludendum inditium confessionis extraiudicialis, & ad excludendam torturam, Ciancio d. loco citato n. 14.

Sed si vis videre quando probetur confessio extraiudicialis per vnũ
3 testem, Gratian. discept. 144. nu. 10. qui n. 51. quando possit per testes singulares probari. Aduertendo quod si fuerit per illos verificata semiplenam habet probationem quando dicti testes deponunt fuisse emanatam parte
4 præsente, l. cum de indebito §. fin. de probationibus, Afflict. decis. 12. n. 2. & decis. 337. nu. 6. & maximè quando inter illos adest religiosus testis, Castrens. consil. 143. vers. tunc quia circa finem par. 2 Quamuis glosa in l. ob carmen §. fin. de testibus cum alijs allegatis per Surd. cons. 49. dicat quod dicta confessio cum sit actus reiterabilis plenè per testes supradictos parte pręsente emanata probat, quia omnes coniungun tur ad plenam probationem constituendam cum ad eundem finẽ
5 veniant, Aymon. cons. 207. n. 6. Rolan. cons. 82. n. 45 lib. 2. Socc. Iun. cons. 99. num. 15. lib. 2. Ac etiam dicat, quod si iudici scrupulus remaneret potest iuramentum in supplementum dare, Alexan. cons. 53. n. 5. & n. 11. lib. 1. Castrens. cons. 143. in fine p. 2. vbi quod ab ista opinione tam in iudicando quam in consulendo non est recedendum, nec sui non videri debet si D.D. talem opinionem habeant, quia alij etiam dicunt, quod dicta confessio quando fuit probata per duos testes quamuis parte absente emanata semiplenam inducit probationem, Duen. regul. 4. & regul. 120. Ludouic. decis. 9. nu. 1. imò etiam alij di-
5 cunt, quod non solum semiplenè probat, sed etiam facit inditium veritatis, Afflict. decis. 337. nu. 5. Ludouic. n. 2. Cephal. cons. 297.
6 n. 2. lib. 2. Hac quidem ratione, quod talis geminata confessio ęquiperatur confessioni iudiciali, Marant. 6. par. tit. de confess. §. quisitus actus nu. 15. vers. tertio limita imò dicunt D.D. quod etiã si nõ fuerit geminata confessio, sed simplex, tamen de ęquitate canonica plenè probabit etiam parte absente Ludouic. decis. 9. nu. 4. Seraf. decis. 486. n. 6. & quod dicta ęquitas seruanda asserunt, Anton. de Butrio, & Felin. in c. si cautio de fid. instrum. in. 7. col. vers. fallit, secũdo. 7 Tamẽ vt mea opinio fert confessio extraiudicialis per dictos testes probata, nec absente, nec præsente parte emanata, vti inuerisimilis reo nõ præiudicat, Blanc. de indit. n. 207. & testes desuper deponentes, nil probant imò dicuntur suspecti de falso, Dec. Consil. 92. col. 2. & 110. col. 2. & iudex ex causa potest nullam adhibere fidem dictis testibus, & iuxta causa non credendum est, quia deponunt inuerisimile namque est inuerisimile, quod reus voluerit confiteri delictum testibus, vel parte presente, vel absente nulla existẽte coniunctione sanguinis, seù saltem magna cum eis familiaritate, Curt. iun. cons. 17. col. 2. post medium, & cons. 53. col. 3. vers. puto igitur, quod eo magis puto dicendũ quando præfati testes de asserta confessione, ex abrupto, & incidenter facta deponũt, Natt. cons. 6. n. 4. Imò dicta confessio extraiudicialis, etiam si esset verisimilis, & probata per dictos testes idoneos, & legales adhuc non pręiudicat, nec vllum ad torturam parit inditium quando cum ea non concurrit mala fama, aut aliqua

qua suspicio, Blanc. de inditijs
7 n. 206. & 36. Viu. opin. 138. n. 5.
vltra quod confessio extraiudicialis emanata simpliciter sine loco, & tempore, quia est infirma, & simplex non dicitur probata per testes singulares, Diaz regul. 125. in prima lim. vers. sublimita n. 4. Peguer. decis. crim 17. n. 3.
8 & seq. vbi de communi, & debet esse probabilis confessio extraiudicialis ad hoc, vt probet alias nō attenditur, nec vllū ad torturam parit inditium, Mascard. de probat. concl. 350. n. 18. Ciancio citato loco n. 23. qui etiam subdit quod confessio extraiudicialis
9 sola non facit, vt quis dicatur conuictus, sed tantū inditiatus, Curt. iun. cons. 309. n. 6. vol. 3. Blanc. de indit. n. 204.

Et adde pro ornatu ceterorum quæ discurrit Auctor, & signanter num. 22. quod confessio extraiu-
10 dicialis faciat inditium ad torturam, Boer. decis. 90. n. 5. vers. & aduertè Ferrat. cautel. 27. Addentes ad Mathesil. singul. 13. vers. tamen in criminali Arnon. singul. 93. Diaz regul. 125. Marsil. singul. 310. Mari ad Gramat. decis. 34 nu. 65. Menoch. de præsump. lib. 1. q. 89. nu. 14. & seq. & de arbitrar. casu 331. n. 1. Viu. opin. 138. n. 5. Gomez. c. 13. rub de tortura reorum n. 8. & Mascard. concl. 349. post n. 1. & 497. n. 1. & 350. n. 2. Hieron. de Laurent. decis. Auenion. 138. n. 4. Peguer. decis. crim. 17. nu. 3. vide Ricc. coll. decis. 2120.

11 Et non solum hæc opinio est vera contra reum, sed pro reo, Auct. hic num. 35. Finge accusatorem confessum fuisse extraiudicialiter inquisitum non commisisse delictum, quia facit magnum inditium, pro innocentia, Roman. consil. 167. post num. 6. vbi ponit exemplum de vxore quæ virum suum de adulterio accusauit si postea extraiudicialiter confessa est sic accusasse, etiā quod res ita non se haberet, talis confessio maximè prodest ad accusati absolutionem, Mascard. conclus. 497. nu. 4. vbi dicit hoc dictum Romani menti esse tenendum tanquam non omnibus scribentibus bnè notū. Gabriel. Seraq. in addit. ad Mathesil. sing. 13.

12 Sed quid dicendum in confessione extraiudiciali reuocata, & dicas non facere inditium ad torturam, Diaz regul. 125. in prima limitatione, Marsil. singul. 310 Menoch. lib. 1. de præsumptionibus q. 89. n. 25. Cacher. decis. Pedemont. 79. n. 25. Mascard. concl. 350. n. 9. sed Mascard. ibi. Peguer. decis. 17. n. 4. Gomez. tom. 3. c. 13. rub. de tortura reorum n. 8. vers. item etiam limita contrarium affirmant cum alijs, &c.

Et cum eorum opinione concurro vt etiam si fuerit reuocata faciat ad torturam inditium.

Quando tamen est informis simplex incerta generalis, seū indiscreta, vt puta sine loco, & tempore secus est, vt neque ad torquendū, Paris verbo tortura c. 3. n. 1. Diaz regul. 125. Menoch. lib. 1. de præsumpt. q 89. nu. 20. Mascard. concl. 350. n. 16. Farinacc. q. 81. de reo confess. n. 31.

13 Prout confessio extraiudicialis facta sine causa, addent. ad Mathesil. singul. 13. Mascard. concl. 345. n. 2. Puteo de Synd. c. tortura c. 3. sub n. 1.] Sed si sit vera, addas Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. n 17. & Viu. opin. 138. n. 5.

14 Et cum fuerit emanata confessio extraiudicialis calore iracundiæ, Det. in l. Magistratibus n. 12. ff. de iurisdictione omniū iudicum, qui dicit iudicis arbitrio remicti iracūdiam, Menoch. lib. 1. de præsumpt. q. 89. n 19. in fine, Mascard. concl. 350. nu. 20. & seq. faciunt pro numero decimo Auctoris, & patet pariter confessiones extraiudiciales latas ioco, vel per lasciuiā, Menoch. ibi n. 19. Bertazz. cons. 396. nu. 10. lib. 2. Bertazz.

conf. 396. n. 11. lib. 2.

15 Et quando fuerit per metum minas, vel persuasiones aduersarij, vt Auct. n. 9. Farinacc. de inditijs, & tortura q. 43. n. 23. ibi in materiæ excusationis.

Et quod etiam confessio extraiudicialis faciat inditium ad torturam contra minorem argum. eorum, quæ scribit Auctor nu. 28. Marsil. in l. de minore in primo numero 49. ff. de quæstionibus, Tiraquell.

16 de reuocand. donat. in præfat. n. 41. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 80. n. 22. Gomez. d. c. 13. de tortura reorum n. 8. & Mascard. de probationibus concl. 497. nu. 15. Habuimus in R. A. Hydruntina ad mei relationem de anno 631. de mense Augusti 14. die in causa cuiusdam de Sancto Petro Galatino licet ibi fuerit disputatum si erat danda restitutio in integrum minori aduersus extraiudicialem confessionem, vt Gomez. cap. 1. de delictis var. resol. nu. 66. ad medium, tange enim in hoc tit. pro ornatu numeri 37. & numeri 38. & numeri 23. quod quando cum confessione extraiudiciali concurrunt alia inditia coniecturæ, & verisimilitudines tunc ex eis confitentem condemnari voluit, Bart. post glosam in l. ictus fustium ff. de his qui notantur infam. Marsil. in l. de minore in 1. n. 50. ff. de quæstionibus, Tiraquell. de reuocandis donationibus in præfat. n. 41. in fine, vide Simonem de Pretis concl. 104. n. 22. & n. 37 & Farinacc. de reo confesso, & conuicto quæst. 82. n. 1. & sequentibus.

ADTITVLVM
ET SI CONFITEBVNTVR.
Tertiæ Partis Tertiæ.

SVMMARIVM.

1 *Confessio extorta per torturam debet esse præcedentibus inditijs.*

2 *Confessionis extorta metu tormentorum effectus cum ampliat numero 3.*

4 *Accusatus nolens respondere torquetur.*

6 *Tortura quando detur sine inditijs.*

7 *Tortura non infertur non constito de delicto.*

10 *Minores in crimine lesæ Maiestatis torquentur.*

11 *Appellatio à decreto de torquendo, & non torquendo an detur.*

12 *Copia inditiorum an detur torquendo.*

13 *Tortura vltra modum consuetum, & vltra tres vices an detur.*

8 *Interrogatio de socijs quomodo facienda.*

9 *Tortus an dicitur qui parum fuit alziatus.*

1 Num.

1 NVm. 1.] Ornate Amice] Cōfessio extorta per torturam debet esse pręcedentibus inditijs. Aliter non valet etiam ratificata, & geminata, Gram. cons. 15. n. 11. & cons. 21. n. 20. & cons. 40. n. 13. Mancin. in tract. de confess. c. 3. art. 4. n. 39. Bertazz. cons. 341. n. 19. lib. 2. vbi plures concordantes refert, & nu. 4. & seq. & contra Bald. & sequaces, qui contrariam defendūt opinionem est communis sententia doctorū, Honded. cons. 108. n. 33. Farinacc. de reo confess. q. 83. c. 1. per totum, & quid si sit extorta metu tormentorum, Farinacc. d. loco, &
2 quando dicitur metu tormentorum extorta, Mascard. concl. 353. & 367. Franc. Becc. cons. 70. Baiard. ad Clar. q. 55. nu. 32. & sequen.

3 Et adhuc quod fuerit confessio iurata, Bertazz. cons. 39. lib. 1. qui pariter firmat non validari per inditia sequentia, Castill. decis. 179. par. 2. vbi ampliat etiā si quis torqueretur auctoritate Regis, ac etiam quod agatur in atrocissimis, & exceptis criminibus, & in crimine lesæ Maiestatis, Ricc. coll. decis. 2724. Marc. decis. 182. Gram. voto 6. id. Ricc. coll. 2263. & hæc deseruiunt pariter pro ornatu numeri 3. domini Auctoris.

4 Num. 4.] Accusatum nolentē respondere posse torqueri.] Dixi alibi supra, & vide Baiard. ad Clar. q. 45. n. 4. & 5. & quomodo debet respondere idem in quæst. 6. num. 14.

5 Num. 5.] De teste vario quando torqueatur, idem Baiard. q. 55. n. 53. & quid in causa ciuili q. 64. n. 12. & q. 25. n. 5. & quod tortura non auferatur testi vario si in secundo examine allegat causam rationabilem varietatis.

6 Num. 7.] De tortura quando detur, sine inditijs, Brunus in tract. de inditijs c. 9. ver. principaliter quæritur, & Boer. decis. 173. n. 4. & seq. Add. huiusmodi torturam illatam absq; inditijs, & aliquantulū tracto corpore à terra si fuerit sequuta cōfessio, & quicquid interrogabatur annuebat satis est ad condemnandum, Gramaticus in decis. 34. Riccius collect. 2263. Est verùm quod tante est potentiæ tortura illata absq; inditijs quod ex inditijs peruenientibus postea non iustificatur, idem Riccius in vers. noto 8. Castillo decis. 179. par. 2.

7 Num. 11.] Torturam non inferri non constituto de delicto, Mari ad Gramat. decis. 28. nu. 7. Sed quando possit inferri priusquam constet de delicto, Gabriel. lib. 7. commun. conclusionum 17. Crauett. cons. 260. nu. 4. & 287. col. 2.

8 Num. 33.] Applica in interrogatione de socijs quomodo sit facienda scilicet in genere non in specie, ne fiat sugestio, Carrer. in l. obseruare n. 198.

9 Num. 34.] Tortus an dicatur si parū fuit alziatus, & vid. Ricc. collect. 2724.

10 Num. 48. Adde quod minores in crimine lesæ Maiestatis torquētur, Capicius decis. 130. n. 55. & Brun. in tract. de indit. & tortur. quæst. 4. par. 2. nu. 16. & n. 27. dicit quod vbi, & in casibus in quibus minores, & alij inhabiles admittunt ad testificandū inhis erit locus torturæ, quod dicit notandum quem refert, & sequitur Carrer. in pract. crimin. in l. obseruare sub n. 180. vers. item excipitur minor, & Marsil. in l. de minore nu. 11. ff. de quæst. & deber intelligi de proximo pubertati, & leuiter torqueri debet secundum Brun. in d. n. 16. vide etiam quę posui supra in quæst. 24. vers. vidi quandoque dubitari.

11 Num. 50.] Appellatio à decreto de torquendo an detur, vide Baiard. quæst. 64. nu. 84. & sequen. & ibi quid à decreto de

non

non torquendo.

12 Num. 51.] Copia inditiorũ si detur torquendo adde cum procedatur ex processu informatiuo, non, quod non fit contra Neapolitanos, Affl. decis. 391. & Ricc. collect. 2263. vers. notab.] In causis enim arduis proceditur ad torturam, ex processu informatiuo, Gram. in cons. 40. n. 5. decis. 143.

13 Num. 71.] De tortura vltra modũ cõsuetũ, & vltra tres vices.] Memini me aliqua dixisse: considerande enim sunt complessio, & qualitas rei num fit debilis, vel robustus, an nobilis, vel rusticus, & considerare criminis qualitatem, Marsil. in practica §. expedita numer. 85. Tu dicas arbitrio Iudicis remitti, Niger in cap. frequens n. 34. Aduertendo, quod nõ dantur nisi duo, vel tres ictus funis, & qualibet die si tortura reiteratur. Cumia de syndicatu cap. 21. de tort. n. 20. vide in parricidio assassino crimine lesæ Maiestatis publicis latronibus stradarumque disturbatoribus, qui etiam acrius torquentur, Carr. in practica criminali in tract. inditijs ad torturam fol. 173. & dicit Gramat. cons. 45. n. 37. cum sequen. quod quando inditia essent sufficiẽtia nõ debet vltra tertiam vicẽ torqueri, idest tribus diebus separatim, alias diceretur immoderate tortus, Castren. cons. 292. circa finem vol. 2.

Num 78.] Tortura quando reputatur Fab. decis. 5. C. de questionibus cum in tormentis, vel statim post tormenta quis reuocat confessionem non potest iterum torqueri.] Et in decis. 2. eod. tit. declarat quando reus extra tormenta est confessus, nec in confessione postea perseueras, iterum atque iterum torqueri possit sed pluries quam non nisi ex nouis inditijs, & quando prima inditia valde fuerunt vrgentia tunc repetitur tortura, Goler. decis. German. 183. prout in alijs casibus, Ricc. coll. decis. 574.

Num. 79. Qui torquere potest.] Dic cum preheminentia M.C. in quibusdam delictis posse M. C. Mari ad Gram. decis. 34. nu. 58. & etiam Regias Audiẽtias ex vsurpatione, vt idem Mari dicto loco num. 20.



A D

AD TITVLVM

ET SI CONFITEBVNTVR.

Quartæ Partis Tertiæ.

SVMMARIVM.

1 *Confessus quando quis habeatur.*
2 *Confessio ficta, & vera in quod differant.*
3 *Confessio ficta magis actori nocet quam reo.*
4 *Citatus pro delicto non comparens quomodo habetur pro confesso.*
5 *Contumax in non respondendo super articulis an habeatur pro confesso.*
6 *Contumax quando habeatur pro confesso.*
7 *Fugiens à carceribus an dicitur pro confesso cum larga materia.*
8 *Occidentis seipsum pœna cum larga tractatione.*
9 *Testis repetendus si citatus aufugit præsumitur falsus.*

1 NVm. 1. & sequen.] Tractat (bellissimè iuuenis) quando quis habeatur pro confesso tū antequam vltra progredies nota, & aliquem posse dici verè confessum, & fictè.] Et magnam esse differentiam inter tales, Gaspar Thesaur. quęst. forens. 6. per totum lib. 1. Paschal. de Patr. potest. par. 3. c. p. n. 71. Et Guglielmus de Benedictis in c. raynutius in verbo mortuo; itaq; testatore n. 158. vsque ad 169. & 175. vbi de quatuor differentijs subdens etiam quod Iudex propter fictam confessionem poterit condemna-
2 re contumacem, etiam si constaret Iudici, quod poterat se tueri propter præsumptionem iuris, & de iure, vel aliam exceptionē, Baiard. ad Clar. q. 44. n. 42. & 43.

Sed quo ad interesse partis, & Fisci an differant ficta, & vera confessio, idem Baiard. q. 2. n. x.

Nota pariter fictam confessionem
3 actori magis quam reo nocere, Benintend. decis. Bonon. 32. n. 3. Borrell. 2. par. summæ decis. tit. 3. n. 290.

Et aduerte citato pro delicto cum
4 cominatione quod si non comparet habebitur pro confessio nō sufficere vnam contumaciam, nec haberi pro confesso, nec causam perdere, glos. in l. 1. ff. fin. verbo interest ff. si quis ius dicenti non obtēperauerit, Iaffred. Balb. decis. 370.

Et si contumax in non respondendo super articulis habeatur pro con-
5 fesso id. Borrell. loco preallegato n. 151. & 152. sed vide D. R. Rouit. in prag. 6. de ordin. Iudic. num. 6. & 4. quomodo id intelligatur.

Adde etiam contumacem habitum pro confesso, & conuicto non audiri licet minor sit, Natta cons. 540. & 542. n. 7. & Ludouic. conclus. tertia.

Et si vis videre quomodo statutum limitetur, quod contumax habea-
6 tur pro confesso, & conuicto addas, Ploт. in cons. 32. nu. 14. cum

sequent debet namque Iudex considerare antequam deueniat ad condemnationem virtutem fictę confessionis.

Et infuegiente à carceribus si habeatur pro confesso pluries habui in Regijs Audientijs, vbi pro tempore Auditor fui, & perpensis allegatis per Gramatic. in conf. 57. nu. 4. Sopita remansit quęstio est tamen verùm, quod tortus iniuste fugiens de carceribus non habetur pro confesso, Alexander conf. 144. n. 2. & quando propriè fuga facit habere fugientem pro confesso, Duena regul. 392. Mascard. concl. 820. & quicquid quando fugit fractis carceribus in conclus. 266. nu. 3. vide omnia per Farinacc. quæst. 30. & si puniatur cum confuggerit de domo Iusdicentis contra formam præcepti detenendo loco carceris in Ciuitate, Bertazz. conf. 35. n. 3. Mascard. dicta conclusio 266. n. 19. & Viuius commun. opinion. in verbo fugiens.

9 Num. 70. & sequentibus.] De occidente seipsũ, &c. breuiter, &c. Menoch. de arbitr. casu 284. Peregr. de iure Fisci lib. 4. tit. 4. vbi an bona publicentur, & quando præsumatur quod seipsum quis interfecit Decian. tract. crimin. lib. 9. cap. 1.

Nec licet mulieri se occidere etiam quod castitas periculetur, Archid. in cap. non est 239. 5. & ibi in c. si non licet, dicit quod triplici ratione nemini licet seipsum interficere, nec etiam ex causa religionis martirij ratione in fidei testimonium, nec ob euitandum stuprũ, vel aliud quodcumque peccatum, Couarr. var. resol. lib. 1. c. 2. n. 9.

Vide omnia in hac tractatione per Visconte conclus. occidens seipsum, & Mari ad Gram. decis. 44. vbi an euitet pœnam quis dum aliquem occisit de sui voluntate n. 15. & latissimè.

Aduerte quod Fisco incumbit probare quem seipsum occisisse, quia non ex hoc quod est suspensus ergo seipsum occisit, Socc. conf. 51. cum sequẽtibus vol. 1. Ploc. conf. 130. nu. 82. inter conf. crim. diuers. vol. 1. magnæ impressionis.

Num. 90.] De teste qui deponit falsum, & postea nõ cõparuit, &c.

Adde in fortiori casu de teste repetendo, qui si citatus aufugerit præsumitur deposuisse falsum, Boę cus conf. 1. n. 75. & 76. Baiard. ad Clar. q. 45. n. 40.



A D

AD TITVLVM PENIS DEBITIS FERIENTVR.

SVMMARIVM.

1 *Confessus, & cõuictus est condemnandus.*
2 *Confessus sub spe impunitatis, an valeat condemnari.*
3 *Confitens cum qualitate ante omnia probare qualitatem debet.*
4 *Confitens cum qualitate non probata ea quomodo puniatur cum declar num. 5.*
6 *Exceptiones delinquentis quæ impugnant eius confessionẽ debent admitti.*
7 *Error in confessione quomodo præsumatur.*
8 *Confessus & conuictus an appellet.*
11 *Conuictus quis dicitur.*
12 *Pœna quando minuatur.*
13 *Pœna ordinaria quando imponatur.*
15 *Facultas datur condemnato ad mortem, vt confiteat peccata.*
16 *Sententia ad mortem an statim exequatur.*
17 *Appellatio in criminalibus quando exequutionem retardet.*
18 *Sententia capitalis ex quibus causis differatur.*
19 *Mortis species (remissiuè)*
20 *Iudex condemnans reum ad pœnam mortis, & non dicens ad tale genus de qua intelligendum sit.*
21 *Armatos congregans quomodo puniatur.*
22 *Statuti materia.*
24 *Condemnatus iniuste potest eximi.*
25 *Sententia non proferenda præcipitanter.*
26 *Iudex propter nimiam seueritatem iurisdictione priuatur.*
28 *Punitus per vnum Iudicem an possit per alium.*
29 *Vulnerato deberi interesse.*
31 *Minor an puniatur pœna ordinaria.*
32 *Iudex cogit vilem personam ad faciendum officium ministri.*

34 Car-

1 NVm.1.] Amice cariſſimè, quod confeſſi vel conuicti ſint condēnandi) eſt treuialis cōcluſ,) ſed an confeſſus ſub ſpe impunitatis a Iudice va-
2 leat condemnari Viu. opin. 415, p.p. Farinac.q.81.num,276,cum ſeqq.& cum fuerit confeſſus cum qualitate
3 ante omnia debet confitens qualitatem probare quia poteſt pro parte acceptari & pro parte reijci Clar.in §. fin.quæſt.55,verſ.poſſit quoque Tiraquell.de pęnis q.27,nu.7,Menoch. de arbitr.caſ.279.Rota Genuę deciſ.60, nu.4,Maſcard. de probat. concl. 867, nu.1.alias condemnabitur Farinac. de carceribus q.32.nu. 6, Baiard. d. loco ad Clar.nu. 41. Inde confeſſus delictū homicidij ad ſui defenſionem,& in termino per plures teſtes probauerit feciſſe ad ſui defenſionem dum eſſet inſultatus ab occiſo licet alij teſtes aliter depoſuerint,& ita attenta ipſorum cōtrarietate, ſeù varietate tortus perſeuerauerit in confeſſione ipſa cum dicta qualitate fuit per Barenſem Audientiā meo tempore de anno 628,cōdēnatus ad remigandum vita eius durante, vt dicebat Gramat. voto 2.& in conſt.terminum vitæ nu.30,Caball.caſu 17,nu. 4,& 10.Farinacc.de reo confeſſ.& conuicto q.81.c.3.nu. 139.

4 Sed qua pęna debeat condemnari confitens cum qualitate non probata qualitate per ipſum nempe pęna ordinaria delicti, vel extraordinaria Farinacc.q.81,nu.4,de Franch.deciſ.556, & ibi Viſconte in additionibus.

5 Et quid ſi delictum per prius fuit negatum, & poſtea delinquens conuictus cōfitetur illud feciſſe adſui defenſionem,an ſit audiendus Luc.de Penna in l.profeſſio col. 2,verſ.accuſatus de homicidio C. de muner.patrimon. lib. 11,& an exceptiones rei delinquētis,q̄
6 impugnant d. eius confeſſionem debēt admitti pro ſe defendendo de Franch. deciſ. 638, vbi articulo diſcuſſo refert de menſe Ianuar. 1598. deciſum in Collaterali Conſilio fuiſſe admiſsā pro
7 defenſione inquiſiti) & ex hoc ſi confitens plura delicta probauerit aliqua non eſſe vera præſumaẽ error in omnibus Alciat.de præſumpt.3. regul. præſumpt.21,nu.3,Farinacc.q.81,nu.22.

8 Et vnitis confeſſione,& conuictione) adde confeſſum,& conuictum non appellare tam in ciuilibus quam in criminalibus Breder.de appell.p.p.tit.13 verſ. ex confeſſione Iaffred. deciſ. 451 de Franch.deciſ. 556. num. 2, Ceuall. pract.qq.com. contra com.q. 509. D. Valenzuel.conſ.6.nu.5, Carabb. ſing. 10,quod nō eſt verum quādo quis cō-
9 fiteretur cum qualitate q̄ delictum minuit de Frāch.dec.556,idcirco eſt vera regula in notorio conuicto, & confeſſo ſecus ſi non eſſet manifeſtè conuictus Iaffred.deciſ.462, vide Borrell.in ſūm. deciſ.tit.33,nu.402,p.2,Ricc.coll.deciſ.621,& 21.Thor.comp.deciſ.p. parte verbo conuictus,& confeſſus,ſed cō-
10 feſſus licet non conuictus,ſed præcedētibus inditijs tortus, & confeſſus an admittitur ad appellandū ex fiſci prætentione aſſerentis cōuictionem in materia inciſionis monetarum eſſe inſtrumenta inciſionis,& monetam inciſam, vt practicatum fuit in R. A. Barenſi ad mei relationem de anno 1628. in cauſa Coletti de Aquauiua ex deciſ. S.C. per quam fuit cauſa remiſſa M. C. vt nulla mora poſpoſita eius exequeretur ſententiam, vt refert Grammat. deciſ. 72.Carrer.in pract. crim. tract. de appellat.verſ.decimus ſextus caſus fol.24 & 25.in paruis.

11 Et in hoc propoſito nolo omittere quis dicitur conuictus dum occurrit dubitare tempore quod eram Aduocatus in facti contingentia de eo cōtra quem erat formata inquiſitio de ictu ſcopicti & per duos teſtes conuictus apparebat quorum vnus erat minor 13,annis & per alios quinque teſtes deponentes de fuga prope locum delicti quamuis ex tali emiſſione nec mors ſequta fuiſſet,nec vulnera ſuper quo puncto cum oīa eo tēpore ſcripſerit collega meus Thorus in compend.deciſion. 2. parte verbo conuictus ad eum remitto lectorem.

12 Num.2.] Pęna quando poſſit minui dixi abbunde in prato ad tit. ne ſanctū baptiſma reiteretur in l.3.& dum vult alterare pęnam Iudex an teneatur cauſam exprimere Baiard.q.85.nu.38.

13 Num.3.] Pęnam ordinariam non poſſe imponi niſi ſit ſeruatus ordo in

procedendo) bene quia ordo in omnibus est ſeruãdus vt Vaez in ſuis principijs iuris verbo ordo, & adeo ordo ſeruandus quod licet imponatur pena ipſo iure non tamen in eam quis incurrit niſi Iudicis declaratio præcedat (ratione ordinis) Iaſ. in l. ſi quis maior nu.25. C. de tranſactionibus Dec. in auth.Caſſa,num. 14. C.de ſacroſanct. eccleſ.Dyn.conſ.50. num. 10. libr. 1. Curt.conſ.149.num,2.Socc.conſil.68 nu. 59. Menoch. de recuper. poſſ. remed.68,& de arbitr.caſu 220.num. 6, & ſeq.Myſinger.obſeru.45.cent. 1.& Peregrin.de iure fiſci lib.4,tit.5. num. ſeqq.) inde ordo etiam in exequtione
14 ſententiæ eſt ſeruandus Borrell.de ſententiarum exequtione nu.182.in 2.parte ſummæ deciſ.& nu.185, & ſeq. ſatis abbunde.

15 Num.4.] Condemnato ad mortem dari facultatem vt poſſit confiteri de ſuis peccatis ſatis abunde dixi in prato meo in l.6.C.de epiſcopali audientia vbi & ſanctiſſimam Euchariſtitiam dandam ſcripſi.

16 Num.5.] De ſententia condemnatoria ad mortem ſi ſtatim exequatur) dic cum fuerit reclamatum non de Franch.deciſ.139. D.R.Tapp. in pragm.37,nu.13,de officio procurat. Cæſaris,& in pragm.5. num. 6.de officio S.C.Viu. deciſ. 49, num. 15. verum ſi eſſet ſentẽtia aliqua conformis ſententiæ M.C.V.ſolet exequi idem in cauſis arduis facinoroſorum hominum quæ vindictam publicam deſiderant, vt exẽplo pęnæ cęteri à malo abſtineant, & pęna,aut graui,aut celeri terreãtur.

17 Num.6.] Appellatio, in criminalibus quando exequtionem retardet, Cappell.Tholoſ.deciſ.430,& dic cum non ſolum fuerit appellatum,ſed ſi durauerit tempus dierum decem eſt impedita exequtio Clar.q.46,num. 1, Couar.c.23,n.4,& 8,& q cõtrariũ tenuerint intelligendi ſunt in conuictis,& cõfeſſis vt dixi.

18 Num.7,] Ex quibus cauſis ſententia differatur capitulis per Borrell. ſumm.deciſ.tit.32,nu.202,& ſequent.

19 Num.8.] Curioſè vide pro hoc numero mortis ſpecies per Archidia. 2. q.7.c.placuit,&q.15,c.placuit el 2, Lucas de Penna in l.p.nu. 33, C. de deſertoribus libr. 12, & cum Iudex con-
20 demnat reum ad penam mortis, & non dixerit ad tale genus mortis num ſit intelligenda pena mortis naturalis Luc.de Penna in l.p.nu.34,C. de deſertoribus lib.12, vt cuidã Auditori meo colleghæ aduertiti,& proinde dixi ſubſcribere verba in decreto, vt anima à corpore ſeparetur Marſil. in pract. §. oportune nu.40.Barbat.conſ. 72, col. 11.vol.2.

21 Num.9.] De congregante armatos quomodo puniatur) dic eundem animum habere pro vt deferens arma inde dixit eximius D.R. Rouitus in rub. de armis nu.2,dominos feudorum cogere ſubditos,vt arma non deferant neque habeant, quia imp.interdixit vſũ armorum §. p. auth. de armis Caball. caſ.228, Menoch. de arbitr. caſ. 394, nu.26.Farinacc.q.108,nu.3.

22 Num.10.] In materia ſtatuti adde ad exemplificandam concluſ.D. Auth. mei, quod ſtatutum de iniurijs non comprehendit dantem mentitam etiã in iudicio pro defenſione ſui honoris Menoch.conſ.41, Alciat.conſ.248,& 288,& Moronus de ſid treg.& pace q. ibi nu.12, & in terminis ſtatutum pu-
23 niens vulnerantem comprehendere etiam eum qui ſtudioſe ſe ipſum vulnerauerit Gram.deciſ.44.

24 Num.11,] De condemnato iniuſtè quod etiam à clericis poſſit eximi ; vide quia non datur pena eximenti indebitè captum Roman.conſ.320. circa finẽ Alex.in l.4.in §.item ſi quis ff. ne quis Dec.in c.ſi quando de off. delegati,& in l.vt vim col.8.ff. ſi quis ius dicenti in §.is videtur nu.28.

25 Num.12.] Sententiam eſſe ferendã cum tarditate, & non precipitanter c. cum ex litteris de in integr.reſtitutione Bart.in l.prolatam in fine C. de edendo,& in l.2.C.de ſent. ex breuiculo recitand.Pariſ.conſ.79.vol. 1, Petr. Roizz. deciſ. Lituanica 2.nu.83,Marc.deciſ.Delfin.682,num. 5. vol. 1, Puteus deciſ.344,lib.1, qui ponit exemplum in eo qui ſententiam profert eo die quo habuit commiſſionem Iaffred. Lãfrãc. Balb.deciſ.357,& Dominic.de Sancto Geminiano in c.pondera 50,diſtin.qui

dicit

dicit nullas esse sentētias illorum qui mane recipiunt processus,& vesperi sētentiā ferunt Alex.cōs.281,nu. 9, vol. 2,& 123,num.24,vol.4,Dec.cōs. 294 num.6,& 479,num.7,ideo Iudicis precipitata volūtas dicitur iniustitiæ nouerca Marc.Mātua singul.119.

26 Num. 13,] Iudicem propter nin iā seueritatē posse iurisdictione priuari dixi supra in nu. 11, in primo titulo studeat se ornare bene viuēdi moribus.

27 Nu.14.] Absoluere sanctius sit quā cōdemnare plana est reg.

28 Num.15,] Punitus per vnum Iudicem,an possit per alium puniri Couar. var.resolut.lib.2,c.10,nu.6, vers. vndecimo eadem constitutio Clar. q. 57 & latè Farinacc. de inquisitione q 4, num.7.

29 Num.16,] Vulnerato deberi interesse, adde & Iudices in sentētijs condemnatorijs debere cōdemnare ad interesse partis offensæ etiam absque petitione Andr.de Isern.in cōst. Regni si quis in posterum in verb. nouatas licet hodie obliuiscantur, vt ait de Franch. decis.333,num, 6, & etiam debetur ex dispositione iuris communis, eo ipso quod quis est condemnatus, & fortius quam pena fisco,idem de Franch.decis, 510,num. 16,& 460,per totum,)sed cū ad defensam quis delinquit nō tenetur

30 ad interesse Guazz. defens. 34, c. 4, num,10.

31 Num.17,] Minorem nō puniri pęna ordinaria) adde licet in criminalibus dicitur maior minor per Baiard. ad Clar.q.60,nu,4,& ibidem nu. 11, & 12, vbi de Regia pragmatica testatur.

32 Num.18,& 19,] Iudicem cogere vilem personam ad faciendum officiū ministri, vide Guazz. defens. 38,c.5, num,3,Rip.in tract.de remed. preseruat cōtra pestem nu. 126, prestito sibi cōdigno salario,quod debeat esse quin

33 que aureorum Paris.quē allegat Clar. q.99,sed ego vidi in practica dari carnifici scutum vnum quādo suspēditur, & duo quādo diuiditur in frusta,

34 Et dantur etiam carnifici vestes vi les quibus reus ad iustitiam traditur, Niger in c.grauamina nu. 100, sed de raro super hoc oritur cōtrouersia, quia exequtores spoliant reos bonis,& vestimētis antequam ducātur ad iustitiam

35 Num. 20,] Seruum priuati posse cogi vt faciat officium carnificis pdict.s à prædictis, quia est vilis persona,

36 Num 21,] Pena mortis remittitur volenti exercere officium ministri, Patis de sindic. verb. maniuoldus tū dic consulto excell.Prorege.

37 Num.22,] De se defendēte, & excedēte modum in se defendendo quomodo puniatur cum vnicuique est permissa cū moderamine Afflict. in cōst. pacis cultum 6,notab.post num,50,& in cōst.asperitatem nu,18, Gram.cōs. crim.68,Viu.opin,189,Hōded.cōs,99 vol.1,Farinac,q.125,Duen,regul. 192 Ricc,decis.16,& 164,p,2, Inde in Regijs Audientijs in quibus fui Auditor pro tempore decidimus prouocatum excedētem modum in se defendēdo, quod nō teneatur pro toto,sed pro tāto Afflict.in cōst. si ciuiliter nu, 6, Vrsill.ad Afflict.decis. 206, nu,6, addit. ad Roman, in singul, 3, Maranta cōs. 62,nu.6,& Rota Luce,decis.14,& 42 in nouis, vide plura per Gram nat. decis.98.num,prin.o,& Menoch.de præsumpt,lib,6,c,3,num,13.

38 Num,23,] De fideiussione adinuicem de nō offendēdo data, adde etiam non pētē posse puniri arbitrio Iudicis Fari. de carceribus,& carceratis q. 29, nu.14,& 16

39 Sed an intelligitur rupta quādo fuit præstita adinuicem inter inimicos tam pros. quam pro cōsanguineis affinibus & attinētibus actiuè, & passiuè vsque ad tertium gradum secundum ius canonum inclusiue computandum si frater spōsæ ipsius cauētis fuerit offensus ab altero fratre alterius cauētis de non offendēdo vt accidit in Regia Audiētia Hydruntina ad relationem D. Auditoris Ramires, & licet prędicti fideiussores apparebāt condemnati introducta in ipsa Regia Audientia votauimus absoluēdos cum cautio prædicta nullatenus extiterat per offensionem factam in personam fratris sponsæ qui appellatione affiniū nō fuit aliter cōprēhēsus Viu.comm. opin. 808, num. 41, Farinacc.q.97,p 2,art.25, & Hercul. in trac.de caut.de nō offendēdo c. 36, nu.8.

Num.

40 Num.24.] Si heres fideiussoris de non offendendo teneatur ad penam) tu pro generali conclusione vide omnia per Guazzin. de defens. reorum c. 26.nu.5, & per totum vbi quando reo mortuo ante sententiam obligetur heres ad penam,& Caball.cas. 298, cum alijs,vt per eum.

41 Num. 25,] Pena mitiori plectitur quis ratione iusti doloris Peguer.decis. 78,nu.43,Marta voto 206,nu. 8, quia homo incenso calore permotus non est in plenitudine intellectus Neguf. cons. 352,nu.28,Mascard.concl. 1126, nu. 50.Bardell.cons.176, nu.24, ira enim cohiberi difficile est Caball. casu 288, num.63,& Giurba cons. crim. 86, nu. 8,& hanc maximam semper allegabat quidã procurator in criminalibus, qui solebat assistere sub auspicijs genitoris mei.

42 Num.26,] Ratione incertititudinis nullus debet plecti pena mortis, vide per totum consil.crimi. Giurbæ 2.

43 Num.27,] De patre occidente filiũ committentem causã ingratitudinis, quod nõ puniatur pena mortis,sed patri nõ creditur filium esse ingratum,&
44 inobedientem nisi probetur Decian. cons.75,vol.2,Socc.cõs.31.nu.12.vol. 4,Fusc.singul.52, littera R, Viscontè
45 concl.pater. Vide quod possit occidere filiam in adulterio deprehensum Baiard.in §.homicidium nu.17.

46 Sed an in hoc casu pater teneatur cauere de non offendendo filium de Frãch.decis.418.

47 Et adde à patre posse carcerari filium suum inobedientem,& Iudex debet imponere penam quam ipse vult Alciat.de præsumpt.regul.p.præsump. lib.5.c.14.nu.2,& 3,sed de anno 1605 fuit ordinatum in visitatione carceratorum M.C.V.quod sufficiat carcer in quo filius stetit carceratus ad instãtiã patris non obstante condemnatione ex suo beneplacito ad triremes per Regiã Audientiam principatus citra.

48 Num.28.] Penam mortis habere locum vbi est dolus latissimè Giurba consf.criminali 84,nu.16, qui in consil. 54.nu. 15, artificiosam cautelam eum arguere,& in consil.51,nu.24.dolo nõ carere illum qui in actu scrimię dixit (*toh piglia questo*) & quod 123, modis præsumatur dolus Baiard.q.84,nu. 1,qui in 60. nu. 84, quando præsumatur cessare ponit,& quomodo puniatur homicidium sine dolo commissum per Menoch.cas.324,Carrer.in §.1,nu. 5, & 6.cum seqq.

49 Num.29,& 30.] vide quando pena alteratur,& minuitur.

50 Num.31.]Homicidium casuale quãdo puniatur) dic commissum homicidium inter ludentes ad bracchium,vel lapides,vel pugnis si dicatur casuale ꝑ Dec.cons.9.Carrer. in §. homicidium el 1,& inter amicos d. casuale homicidium per Ioan. de amicis cons. 86, nu. 15,& 7.nu.37.Bertazz. cons. 208.nu. 14. cum sequenti, & ad excusandum homicidium casuale consuluit Socc. cons.16,vol.p.

51 Num. 32.] Animus occidendi non præsumitur in percutiente baculo) sed quando præsumatur per Mascard. de probation.concl. 97. Abba. cons. 46. Vulpell.cons. 126, vbi tenet quod percutiens in capite cum saxo, vel alio instrumento acto ad interficiendum debet puniri pena homicidij etiam quod in rixa percusserit,vide Mascard. cõcl. 864.nu.15,parte 2.

52 Num.33.] Percussio lapide facta qualiter puniatur consuluit Cepoll.cõsil.30.in causa Ragatij ludentis ad lapides,& vnum alium occidit.

53 Num.34.] Homicidium commisũ manu vacua qualiter puniatur Angel. addas in l. si gemine circa principium ff.arbor.furtim cesar.vbi minor pena irrogatur percutienti manu vacua quã cum armis, & de percutiente cum pugno armato Dec. cons. 9. Carrer. in cons.9.Carrer.in pract.§. homicidium 1,nu.23, & 26. prout de percutiente alapa quod maius deliquit quam cum pugno Niger in c. 149. rub. de iniurijs
54 & voletque num. 13,& allegaui rationẽ quia alapa pueri percutiuntur, vt experientia docet,& non pugno, & sic qui dat alteri alapã videtur in duobus offendere,quia tractat eum vt puerum & alia est ꝓ offensione nõ sic in pugno quia non tractatur pueriliter.

55 Num.35.] Pena quod minoretur propter multitudinem delinquẽtium,

vide

vide Guazz.defenſ.reorum 833, num. 30,ſed pluribus modis incertitudo ꝓbatur ſecundum Baiard. ad Clar.in §. homicidium nu.119,

57 Num.36,] De percutiente pomo en ſis quomodo puniatur, poſſumus dicere non habuiſſe animum occidendi cũ poterat percutere enſe Corſet.in repet. ad Abb.item littera D.verbo delictum ſubdens ita de facto fuiſſe iudicatum per tex. in l. omne delictum §. ſi quis comilitonem ff.de re militari.

58 Num.37,] Quomodo puniãtur qui armati aliquid exigunt dixi in Prato meo in tit.C. ad l.iuliam de vi publica latius.

59 Num.38,] De percutiente baſtono qualiter puniatur, vide Marſil. conſ.7, ibi de homicidio facto cum baculo, & percuſſione in ſpatulis.

60 Num.39,] De pęna infamiæ, Baiard. q. 72, per totum vbi melior omnium.

61 Num.40,] Pęnarum duplicatio quã do habeat locũ, vide Baiard.ad Clar. q.84,nu.15,de eo qui comiſit plura delicta,& late de materia in q. 82, num. 99,vbi duplicans ſtatutum pęnas intelligitur in pęnis pecuniarijs.

62 Num.41,] Ponit, & tractat de pęna offendẽtis officialem Regium pro cuius ornatu tù addas Gizzarel.deciſ. 24,& ibi copioſiſſima noſtra additio.

63 Num.42,] Tractat quãdo quis poſſit puniri pecuniariter) tù addas omnia per Menoch.de arbitrar. iudicum caſ. 447,vbi & quando pęna corporalis loco pecuniariæ ſubrogetur,& ſi ſtatutũ pro homicidio ponens pecuniariam pęnam valeat per Baiard. ad Clar. in §. homicid.num. 46,

64 Num.43,] Eſt ſumma quod delicta ſint punienda) omnia per Farinacc. q, 46,num.40.

Num.44,] Puniri ſi quis poſſit in delicto alibi commiſſo facit quæſtio de

65 inſultante in vno territorio, & in alio vulnerãte quod ab vtroque Iudice puniri valeat Bero. q. 89, & de fure quod vbique conuenitur ꝓ re redenda Bernard.de plotis conſ.133,num.45,inter conſil.crim.diuerſ.tomo 1,& de vagabundo quod vbique punitur Couar. pract.qq.c.11,nu.p.,& latrones ſtradarum puniuntur à quocunque capiente Auth.in titulo audiuntur excuſatores num.89,

Num.45,] Sciũt ſollicitatores quod in dubio reus abſoluetur.

66 Num.46,] Pęne relegationum quæ ſint) addas pęnam vltra relegationem eſſe, quæ eſt de mero imperio maiori cuiuſmodi eſt naturalis mortis pęna quando vita adimetur, & pęna mortis ciuilis, quæ libertate reos punit, quia ſeruitus quo ad ciuiles actus morti æquiparatur, vt eueniet ſi in metallum,vel opus publicum quis perpetuo,vel ad tempus damnetur quorum loco hodie cõdemnatio eſt ad triremes vel pęna abſciſſi membri Iacob. de Aretio,& Bart.in l.imp.ff.de iuriſd. omnium,vt auth.hic Peguer.deciſ.16,nu. 3,& Giurba conſ.crim.73,nu. 16, vbi Auth. noſtrum citat, & exilij non vltra quinquennium à relegatione infra eſſe ex Cumia de ſindicat.c.24, nu. 50,& 72,nu.24, Burgh.de modo procedendi q.23,nu.249.

67 Num.47,& 48.] In materia pęnarum,adde in dubio intelligi de corporali Abb.in c. inter alia verſ.ex hoc de imm.eccleſ.Card.in clem.2,§.1,de heretic.Car.tit.79,num.4,& de ſtatuto, quod quis puniatur pęna capitali quando intelligitur de morte naturali Farinacc.q.19,nu.4,& Baiard. ad Clar. q. 67,nu.6, vbi omnia pro ornatu iſtorũ numerorum per nu. ſequẽtes,) & ſcias pęnarum alternatiua exiſtente cui detur electio Iuditi, vel parti Felin. in c. inter cęteris de reſcriptis Baiard. ad Clar.quæſt.85,nu.6,

68 Num. 49,] Quæſtio eſt quotidiana an abſolutus,vel punitus per Iudicem Eccleſiaſticum poſſit puniri per ſecularem. Baiard.q.57,nu. 1, quando abſolutus pro vna cauſa poſſit moleſtari in eadem cauſa.

70 Nu.50.] Circa proijcientem lapides, adde pragmaticas, & regnicolas ſuper eis in tit. de proijcientibus lapides.

Num.51,] De blaſphemante corã

71 Iudice quod poſſit pecuniariter puniri) dic de loquente irreuerenter coram Iudice cum magiſtratus venerandus eſt ne vituperetur dignitas cui debita reue-

rentia est etiam ab exemptis, vt Giurba cons.crim,38,nu. 17, & in materia blasphemiæ,quod in rixa teneatur Baiard.ad Clar.q.60,nu.35,

72 Num.52,] Pęna non insolita, quod debeat imponi) vnde pęna stigmatis, q̃ non est solita non imponitur Baiard. Clar.q.70,nu.p,vbi de ratione.

73 Num.53,]Quando possit sententiari absens dum est crimen liquidatum inter præsentes, vide Bald.in l. quamuis la p.nu.p.C.de adulterijs Boss. de req.reis nu.1.in fin.Cartar.de sent.exequt.contum.c.1,num.2,& tu vltra eos aduerte distinguendo si post litem cōtestatam adhuc non liquidato negotio reus se absentauerit,& tunc contra absentem sentētia ferri non possit in casu à relegatione supra, iuxta communem vt per Bart. in l. absentem ff. de pęnis Socc.in c.qualiter,& quando nu. 428, de accusat. vbi nullam facit mētionem de liquidatione delicti, sed tantūmodo attestatur communem opinionem esse contra tenentes,quod lite contestata possit condemnari absens etiam in pęnis supra relegationem si vero reus nō se absentauerit statim lite contestata sed post liquidatum delictum tunc crederem in eum absentem sentētiam ferri posse etiam vltra relegationem nō .n. in l.absentē est ne quis ex præsumptionibus damnetur, vt per Boss. de requirend. reis in pr. ac etiam quia requiritur magnæ causæ cognitio vbi agitur de magno præiudicio quæ esse non potest nisi inter præsentes Bald.in l.absētē nu.8,C.de accusat.nu.8.quę rōnes liquidato crimine cessare videtur,q̃a sententia nō fertur ex ꝓsūptionibus, sed ex veris ꝓbat.& cognita,& vbi reus est de ipso crimine legitimè conuictus non est vlterius querendum, sed illum Iudex condemnare debet Boss.de conuict.nu. 3,Clar.q.66,in prin.& ideo inoleuit stilus,& practica in Regno Franciæ,quod l.absentem nō seruatur si de delicto ꝑ informationes constet, sed contra absētes tam minores,quam maiores quatuor prius attentis contumacis diffinitiuè proceditur etiam lite non contestata Boer.decis.63,nu.8, & 59, ad quod propositum quæsitum fuit,& respondi di plura esse absentiarum genera per glos.in fine in verbo appellare ff. de in integrum restitutione,& Iason in §.rursus in p.inst.de actionibus in disp. quæ incipit Bononiensis quidam in 3,& 4, dubio.

74 Num.54,] De sentētia in criminalibus quando transeat in rem iudicatā) dic cum non fuerit appellatum infra legitima tempora Rot.Rom.decis.81, nu.1,p.p.tom.1,& 662,nu.1,p.p.tom. 2,Grat.decis.March.52,nu. 2, Triuis. decis.Venet.15,nu.8,lib.p.Magon. decis.Lucēs.9,nu.28,& decis.67,num.2, & 3.Muscatell.in praxi S.C.lib.2,p.p. glos.demandatur nu.4. Rebuff. tom.2 commentar.ad l.gall.trac.de refer.articulo 3,glos.4,num.5,D.R.Valēzuel. cons.53,nu.39, vbi latissimè inde intra decem dies non exequitur sententiā capitalis Couarr.pract.qq.c. 23,nu.4, Clar.in pract.crim. q. 96, num. 1, nisi conuicti,& cōfessi essent condemnati, Bart.in l.qui vlt.& in l.addictos C.de appellat. sed quo ad procuratorem fiscalem nō transit sentētia criminalis in rem iudicatā Rebuff. in proemio cōst. glos.8,nu.118,lib.1.

75 Num.55.] Quod sentētia possit ꝓferri absente accusatore) dic sufficere fuisse citatum, quia alias sentētia non citato nō officit Salycet.in l.1,num.4, C.si aduers.rem iudicat.Coccin. decis. nuperrima Romana 244,num. 1,p.2, tom.1.D.Burat. in decis. nuperrima Rom.584,num.3,4.p.1, tom. 2, cum adeo necessaria est citatio ad sentētiā quod etiam si à Iudice emanauerit monitio quod intra tot dies informaret de sua iustitia alias dictis diebus effluxis determinasset causam quod dicta verba non operarentur citationem ad sententiam cum necessaria sit præcisa citatio ad audiendam sententiam Clem. sępe de verbor.significat.Philipp.pinou. decis.nuperrima Roman.486,num. 5, p.2,tom. 1.

Punctus est cōtra absentem an possit formari sententia, & dic pariter cum nō fuerit citatus esse nullam l.ab eo, & l.ea quę C.quomodo,& quando Iudex glos.in clem,pastoralis de re iudicat.in de per contumaciam cōdemnari l, absentem ff.de pęnis.

76 Num.56.]vide pro hoc numero Borrell.

rell.in 2.p.summę decis.tit.32,nu.309 & sequentibus qui cum omnia posuit ad eum rogo vt tu lector recurras.

77 Nu.58.] Facit si acta facta in vno iudicio probant in alio secundum Baiard.ad Clar.q.54,nu.2,& ad punctualitatem adde in praxi periurum non esse idoneum testem etiam absolutum per eundem Baiardum ad Clar.q.93, num.18.

78 Num.59,] Dicit pęnam mitiorem imponi vbi quis condemnatur ex præsumptionibus, vide Guazzinum in defens.33,c.14,num.15. vbi ponitur cautela ad effugiendam omnem pęnam & defens.30.cap.41,& def. 33. nu. & 132,sub n.16.) tù addas quando pęna sit augenda,vel minuenda per Carrer. in pract.crim.circa vltimā partem nu. 107,& Tiraquell.de pen.& quando sit arbitraria pęna per Menoch.de arbitr. iudic.casu 381.

Num.60.] Vbi non reperitur pęna statuta imponitur arbitraria)adde in dubio intelligi de pęna corporali Abb. in c. inter alia vers. ex hoc de immun. eccles Card.in clem.2,§.1.de hęres. & Cauens.in tit.79,n.4,fol. mihi 199, & ita consului cuidam Doctori Hydruntino dum in quodam mandato Principis aderat adiectum nomen pęnę non expressa eius qualitate, quod in dubio debeat intelligi de corporali ex Mari ad Gram.decis.40,nu.35,& 36.

79 Num.61.] De pęna pecuniaria quādo sit maior corporali dixi supra initio huius operis quod si Rustico tollitur porcus ablatur oculus, & idcirco D. Auth.meus fundat in personis vilibus maiorem indagare pęnam pecuniariā, quam corporalem, & tù nota ex eo,& quando pęnam pecuniariam imponāt tam Iudices Ecclesiastici,quam sæculares Farinac.de delictis,& pęnis q.19, num.51.

80 Sed pęna pecuniaria dicitē quæ cōtinet aliquam quantitatem, vel patrimonij diminutionem Caball.cas.170.n.3 Borrell.tit.33.nu.442.

81 Num.62.] Ligantem hominem ne valeat vxorem cognoscere puniri) vt latius dixi in Prato meo annuēte Deo de proximè in lucem dādo in tit. de sortulegijs super C. qui plures extāt in hac mea patria per artem magicam ita se industriātes, vt lunga serie addēdus est Afflict.in const.regni lib.3.rub.41, & in const.amatoria nu.1, Dicimus.n. tale maleficium fieri operatione dæmonum ad impediēdum actum matrimonij,& ex permissione diuina datur potestas diabolo, vt propter aliquod peccatum sic vexet homines, vt 23,q.1.c. si per sortiarias, & per D. Thom.in 4. sentētiarum dist.33.art.2 , & latè Farinacc.variar.qq.20,a nu.23,vsque ad 112, & latissimè Borrell. tit.33, num. 441.

82 Num.63,] De dante poculum causa abortionis, vel amoris,& scienter recipiente q̄ debeat arbitraria puniri etiam quod abortus nō sit sequtus, nec aliud damnum ob malum exemplum Afflict.in const.amatoria num.4, Gomez.de delict.c.3,nu.33,in fine.

Sed dans poculum nō animo occidēdi,sed etiam amoris,vel abortionis, & recipiens moriatur puniri debet pęna mortis l.si quis aliquid §. qui abortionis ff.de pęnis,& ibi Bart.communiter & Od.Gomez.de delictis c.3.num. 33 vbi dicit etiam,quod si poculum fuerit datum causa amoris liciti, vel conceptionis,& mors sequatur, quod eo casu extraordinaria pęna punitur, vt decidit Rota Barcusis meo tempore sub die 14.Septembris 1629.

Inde committens abortum, & si fętum monstruosum occiderit, vt puta si haberet vnū bracchium,vel plura bracchia,vel vnum pedem tātum, vel plures debet puniri pęna mortis si anima esset infusa secus vero si non esset in forma humana quia haberet caput animalis bruti,vel simile Bald. Angel. & communiter DD.in l. quod dicitur ff. de liber.& posth.& Gomez.de delictis c.3,nu.32.

83 Num.64.]De dāte medelam mulieri ad eam ingrauidandam, vnde tamen mortua est debet relegari l.3.§. ex Senatuscōsulto ff. ad l. cornel. de sicar. Baiard.ad Clar.q.68,nu.9.

86 Num.65.] Mulier accipiens medelas,vt faceret abortum, & fecit pæna arbitraria punitur nisi pro pecunia illud fecerit, quia tunc pæna mortis punienda Menoch. de arbitr. casu357. Gomez.

mez. de delict. c. 3, nu. 10, vers. 45 casus secus si id egerit odio mariti, vel alia causa, quia mitius punitur, vt ibi per eum Afflict. in const. terminum vitæ nu. 19, sed adde eundem Menoch. cum qua doctrina semper inclinâui in votâdo dum cecidit casus huius materiæ, quod si abortui causa fuerit data pro salute mulieris excusatur dans licet teneretur aliqua pęna (sed quoad Deum bene tenetur.)

86 Num. 66.] De accipiente medulas, vt non impregnaretur) Habuimus casum in Audientia Hydruntina mense proximo præterito Augusti 1631. in quadam muliere nominata Catherinella de Luco de terra Montironi, & conclusimus mitiori pęna quam homicidij puniẽdã, & ideo fustigauimus per totã Ciuitatem me referente coram Illustrissimo D. Baldaxar Vidal de Blanes, vt processus cantat in archiuio, & declarauimus eandem pęnam teneri dãtem ipsas medulas secundum Marsil. in l. si mulierem ff. ad l. corneliam de falsis, quæ nota tu ingeniose, & docuit mihi quidam Doctor Romanus certa die dum cum eo in disputationem deueni extare motũ proprium Sixti V. sub die 16. Nouembris 1588. quod procurantes consentientes, & consulẽtes abortum, vel sterilitatem pęna mortis puniantur licet sit animatus, siue non partus, & id tam in clericis, quam in laicis vt perbelle scripsit Baiard. ad Clar. in q. 64, num. 8.

87 Et in hac materia nolo omittere ꝓ minoribus, quod in dubio fetus præsumatur animatus, & ideo delinquens tenetur probare negatiuam Anania in c. sicut de homicid. & ibi Card. & alij DD sed Gomez. de delict. c. 3, nu. 32, contrarium tenuit dicens quod iura in quibus fundatur Anan. & cęteri loquũtur quo ad irregularitatem, & non quo ad pęnam corporalem (tu cogita.)

88 Num. 67.] De pęna fratris occidentis rixantem cum fratre, adde Giurbã cons. 4, nu. 23, cum tunc deliberate nõ videtur interuenisse.

89 Num. 68.] Quando pendente dilatione possit sentẽtia exequi) dic pendẽte relatione nil innouari ad instar pendentis appellationis Borrell. in summ. decis. vbi omnia cumulauit tit. 36, nu. 43, & vide in prato meo in l. siue pars C. de dilationibus specifice in dilatione pendente) sed an ea pendente habuimus in R. A. Hydruntina processus ipso iure nullus sit ita vt partiũ consensũ ratificari non possit, & remissa fuit decisioni Anton. Gabriel. commun. opin. lib. 3, tit. de dilat. concl. p. vbi ad ipsam regulam ponit multas ampl. & limit.

90 Num. 69.] Quãdo non reuelans puniatur, inde filius sciens homicidium committendum in patrem, & non reuelans, & non prohibens si potest tenetur, ac si verè ipse fuisset l. vtrum ff. ad l. pompeiã de parricid. Gomez. de delictis c. 3. num. 4, & de pęna qua ille puniatur qui scientiam habuit per Beron. c. 1, num. 71, & seq. de offic. delegati, & dic in vxore quæ nõ tenetur reuelare factum mariti Fab. lib. 9. l. tit. 15. definit. 3. Giurba cons. crim. 85, num. 21. nisi in criminæ læsæ maiestatis, & ibi de communi, & veriori opinione) tenetur tamẽ vxor reuelare ipsi marito homicidium in sui personam alias tenetur vti interfector Boer. deci. 269. Et quod delicta reuelare nemo cogatur l. 1. §. si tibi vbi Ias. ff. de condic. ob turpem causam Bertazz. cons. crim. 107. num. 11, & 343, num. 1, Manent. cons. 132, num. 25. Giurba cons. crim. 23. nu. 23.

100 Num. 70, & 71.] De pęna auxiliãtis, sed an procedat in auxiliante qui casu interuenit, & respondeo quod nõ Giurba cons. crim. 2. nu. 28, ex ratione, vt per eum, & de hac materia dixi supra initio huius laboris, qui in cons. 4. num. 1, dub. 16, & cons. 28. num. 4. omnia scripsit pro ornatu istorum numerorum.

101 Num. 72.] Fur condemnatur ad restitutionem rei furatæ, amplia etiam quod ciuiliter actum non fuerit ad furti restitutionem, quod procedit etiam si Iudex per inquisitionem procederet alias si Iudex per negligentiam non fecerit restituere parti pretium ipse tenebitur insolidum Bald. in l. quod euitandi in fine C. de condit. ad turpem causam, & cons. 497. vol. 2. Cappell. Tholos. 16. ibi addendus decis. 22, & Crauett. cons. 53. num. 3. vbi amplia, &

Baiard.

Baiard.ad Clar.§.furtum num. 33.

102 Num.73.] Si appellari tertio licet in criminalibus) Auth. larius) sed occurrit an tres sententiæ latæ in Curia Panormi reputentur pro vna, vel pro tribus de Ponte de potestate proregis fol.474,nu. 28, tenet reputari pro vna Peguera decis.187,& D.meus R.Tap. 2,tomo iuris regni fol.263,nu. 7. licet contra Anna cons.70,& si non obstāte nullitate opposita tres sententiæ conformes exequantur per Borrell.tit.32,nu. 47,& seqq.

Num.74.] Debere procedi in accusationibus sola facti veritate inspecta, vnde Iudex ex officio supplet necessaria ne iudicium redatur elusoriū Abb. in c.causam de iudicijs Dec. in c.delicti de iudicijs Ferra.Garzia cons.crim. tom.1,in fol. sed tunc tempus est de substantia probationis quando quis vult probare tunc alibi fuisse Innocēt. in c.qualiter,& quando el.2, vers. tunc autem de accusationibus.

103 Num.75.] Sentētia absolutoria, si possit ferri die feriato,& nu. 76. Affirmāt in festibus messiū,& vindemiarū ꝙ nota quia etiā festę messiū,& vindemiarum seruantur l.1,ff.de ferijs Reusner decis.Iau.ēs. 22,nu. 13, cum seq. lib.1,& si citatus opponat messium,& vindemiarū ferias, & subsequatur sentētia nulla est Io: Monach. in defens. iuris tit.15,nu.6.Papon.arrest.cur.lib. 7.tit.10,arrest.5,quod Bart.dixit in l. 1.C.de agricol.& censet procedere in ijs qui huiusmodi frugibus,& fructibus sunt occupati tamen omnibus prodesse verius est ipse Reusner.nu.14,& in hoc aduerte DD. indistinctè conclusisse in causis nō obstantibus ferijs Iudices posse procedere Bald.cons.6.vol.1,& cōs. 6,vol.3,& 467. vol.1, Anna singul. 192,quod ego credo in ferijs messium & vindemiarum intellige, vt in mea patria in prædictis festis messium, &c. & respectu causarum criminalium in alijs cum dispensatione dixi in addit. Gizzarell. 58, vide Bald. in l.cum antea nu.8c.de arbitr. Grat.discept.516 num.18, & latissimè Giurba cōs.crim. 18,nu. 14, nam causæ criminales sunt ad instar fiscalium,& in ijs festibus vindemiarum,& messium agitātur l.publicas, & l. actus omnes de ferijs D. meus R.Rouit.in prag. de ferijs nu.7,

Num.77.] Absolutionis reorum forma vnde quomodo in Regno fiat absolutio per Baiard. ad Clar q 62,n. 3, & quomodo in Regno Franciæ n.3.

104 Num.78.] Executio sententiæ capitalis est facienda in locis publicis alio loco dixi, & in prato meo C. ad l. iul.repetundarum in l.1.

105 Num.79,& 80.] Mortuus an possit suspendi dixi latè in additione ad decis. Gizzarelli 15, vnde & faciunt quæstionem DD.in l.2,C.qui testam. facere possunt,vt Viuius decis.244, de corpore illius qui se ipsum ob scelus patrari delicti se occisit,quod suspendi debet,ꝙ Menoch.de arb.casu 284.n.14, debere relinqui arbitrio Iudicis dixit, & latius Visconte olim amicus meus in sua cōclusione verbo occidens se ipsum qui plura correlaria refert, & addas eūdem Menoch.casu 285, num.7, & Marsil.in l final. nu. 40, ff. de quæstionibus Boer.decis.316,num. 9, & Sebast.Medices in tract. mors omnia soluit p.p.nu.242, & Farinacc.q.10, nu.55,cum sequentibus.

Et latius si vis videre quando suspēsi cadauer possit tradi anatomiæ, vide Curt.Lancellot,& Dec.in l. imperium ff.de iurisdictione om n.iud.) tamen Ripa in tract.de remed.præseruat.contra pestem nu.242,& seq.attestatur,quod de consuetudine requiritur Principis, aut damnati licentia,& ibi etiam dicit quod solent physici efficit sollemnia pro anima anathemizzati decantari facere, & ipsius ossa sepulturę cum debitis funeralibus tradere,sed Menoch.de arbitr.casu 285,nu. 10, dicit quod remittitur arbitrio Iudicis, tu tutius cū principis licentia.

Sed an possit cadauer mortui à creditoribus impediri,latè cum declarationibus Borrell.2.p. summ. decis. tit. 36,num. 163, & pluribus sequentibus ex illa conclusione si licet in mortuos sæuire,vt Fariuacc.q.10,nu.77,& seq. & Menoch,de arbitr.cas.285,& quando Iudex non permisit corpora delinquentium sepulturæ tradi,quod teneatur per Baiard.ad Clar.q.10.num.2,

106 Num.81.]Sententiam latam fisco

 non

non audito esse nullam) l. velamento C. de postulando de Franch. decis. 398 num. 1. l. nō intelligitur §. diuus l. si fiscus ff. de iure fisci l. fin. C. de aduocat. fisci l. 2, C. si aduers. fiscum Viu. decis. 37, num. 2, Peregrin. de iur. fisci lib. 7. tit. 2, num. 2, & tit. 4, num. 2, Glos. in l. fiscus ff. de iure fisci Balb. decis. 267. incip. sentētia Io: Monach. in defensor. iuris tit. 15, num 21, sed cum fuerit prolata pro fisco ipso tamen aduocato absente valida est quia suum priuilegium sibi nociuum esse no debet Glos. in d. §. diuus arg. l. posthumus §. fin. ff. de inoff testam. l. denuntiasse §. fin. ff. de adulter. id. Peregrin. lib. 7, tit. 2, num. 3 Viu. decis. 37, num. 3.

107 Num. 82,] Si fiscus possit appellare num. 83, & 84,) st certa conclusio in Regno à decretis liberatorijs non appellare fiscum per rit. M. C. de quo meminit Capic. decis. 114, Campagna in c. regni plerumque Farinacc. quæst. 101, num. 82, Peregrin. de iure fisci lib. lib. 7, tit. 4, num. 1, Lancellott. Conrad. de offic. prætor. in causa ciuili tit. de appell. nu. 9, vers. 31, Viu. decis. 328, nu. 6, & 7, de Franch. decis. 467, & 470, num. 10, & decis. 722, num. 9, Borrell. summ. decis. tit. 33, nu. 747, par. 2, Nouar. collect. super pragm. 152, nu. 3, non tamen prohibetur per viam recursus audiri in causis vbi notoriè apparet fiscum fuisse grauatum de Franch. decis. 148, de Ponte de potestate proregis tit. 3. de elect. offic. §. 1, num. 51. Mastrill. decis. Sicil. 158, nu. 2, Imbrian. in tract. de repulsa par. 1, consid. 2, num. 9, & seq. Muscatell. in tractat. de cognit. seu probat. delicti tit. de iniurijs nu. 41, cū seq & quoties reus est cōdemnatus, & à d condēnat. appellauit ipso iure, eo casu intelligitur per fiscum facta adhesio appellationi, ita vt sententia contra inquisitum in peius reformari possit, vt fuit ordinatum per prag. 8, sub rub. de appellat. quod procedit quotiescunque non adest pars querelans, vel si ad sit ipsa non appellasset de Franch. decis. 467, de Ponte de potest. proreg. tit. de elect. offic. §. 1, nu. 53, & an d. pragm. procedat in Barone cum non habeat fiscum, vt ait D. R. Tap. in rub. de offic. procur. n. 8, vide Amend. in addit. ad decis. Franch. 467, nu. 10, potest etiam fiscus de nullitate dicere Foller. in prac. crim. in verb. pęnis n. 83, Farinac. cit. q. 101, nu. 111, Amēd. in d. decis. 467, n. 4, & an Curiæ coadiutator poterit similiter dicere de nullitate, vide Viu. in decis. & Viscont. in addit. ad decis. de Franch. 148.

108 Num. 85,] De hac materia, vide quod sententia dicitur, & est nulla ob citationem nō factam nisi quia nō afficiat, nec noceat ipsi non citato etiā si fuerit cōdemnatus vt ex d. Salyc. in l. 1, nu. 4, c. si aduers. rē iudic. voluit Io. Bapt. Coccinus in decis. nuperrima Romana 244, nu. 1, p. 2, to. 1, Burat. in decis. nuperr. Rom. 584, nu. 34, p. 2, to. 2. Declara quod adeo necessaria, & præcisa est citatio ad sententiā, ꝙ etiā si à Iudice emanauerit monitio, quod intra tot dies informaret de sua iustitia alias dictis diebus effluxis determinasset causā, quod d. verba nō operarentur citationem ad sententiā Cle. sępe de verb. signif. ita residet D. Philipp. Pirou. in decis. nup. Rom. 486, sub n. 7, p. 2, to. 1

Declara sententiā nō dici, nec esse nullam, quando fuisset facta conclusio in causa, quę vicē ac locum obtineat citationis ad sententiā, vt ex multorū opinione asseritur) de huius tamē dicti, & cōclusionis veritate, vide q̄ample scripsit Borrell. in summ. decis. vniuers. tit. 26, nu. 40, cum plurib. seqq. tom. 2.

109 Nu. 86,] Si sentētia possit fieri etiā nulla parte instante in criminalibus, vide quod remissio partis prodesset in p̄iudiciū fisci in delictis q̄ fiunt in omittendo secus in illis, q̄ fiūt in cōmittēdo Boer. in consuet. Bituric. tit. de iurisd. omn. iud. §. 16, in gl. fin. & adde quod in statu ecclesiastico adest constitutio marchię in lib. 4, c, 9, qua prouisum fuit vt Iudices vlterius procedere non possint facta remissione partis, & abolit. petita, & solutis solidis quinq; Camerę Apostolicę, dūmodo nō interueniat collusio, vel alia illicita pactio facta cū accusato, quod arbitrio Iudicis remittitur exceptis hęresi, sodomia, latrocinio incestu, homicidio, raptu virgiuū, & monialiū, falsitate, incendio doloso, sacrilegio, furto, & delictis cōmissis in personis officialiū, & curialium curiæ Prouinciæ, & vulneribus atrocibus, in quibus abolitio nullatenus admittat, aut con-

cōcedatur sed d.cōstitutio nō seruat in practica, nisi in leuibus delictis, vt in verbis iniuriosis, pugnis, & similibus) & adde q in multis locis praesertim in statu ecclesiast. cōmuniter seruatur, vt pace habita, vel reuocatione q̄relæ ad cassationē processuū deueniri solet incertis tamen casibus leuibus, & de ista cōsuetudine attestatur etiā Ant. Scap. in tract. iuris non scripti (q in vtroq; foro obseruatur) lib. 4, c. 9, nu. 10, & in Regno Neapol. parte concordata rarò deuenitur ad sententiā, sed ad aliquam cōpositionem Carau. in ritu 341, nu. 2, & an habita pace possit deueniri ad condemnationē pęnę ordinariæ vide Farinac. quæst. crim. quæst. 4. nu. 34.

Num. 86.] De hac materia, vide in Prato meo quæ dixi in tit. de assessoribus sup. C. in 1. libro, & vide Giurbam consil. crim. 31, num. 10.

110 Num. 88 & seq.] Baiardus in terminis q. 93, n. 11, & pro ornatu istius numeri adde quod causæ cognitio, & matura deliberatio sententiā præcedere debēt, alias si absq; causæ cognitione pferretur, nulla esset, vt voluit Bal. in l. 2 C. si per vim, vel alio modo, & in l. 1, § item cu ex edicto in l. 1, §. item ff. quæ sent. sin. appell. resciud. Calder. in cōs. 8, tit. de re iudic. Anchar. in cōs. 212, incip. de iure comm. & in cōs. 161, incip. ex verbis Grā nati. in decis. Neap. 65, incip. excellēs nu. 3, Cacher. in dec. 146 nu. 5, quinmo etiā si per Principem sit prolata sine causæ cognitione nulla erit c. pastoralis de re iud. Bal. in l. fi. C. de legibus Panor. in c. de caus. poss, & propiet. quos refert, & sequitur Grama. in d. decis. Neap. 65, sub nu. 3, in fi. Anto. Capic. in dec. Neap. 69, n. 26, D. Card. Blanc. in dec. Com. 54, n. 1, in vol. impresso Taurini anno 1616, Troylus in ritu 86, nu. 3, Maranta in spec. aur. p. 6 in verbo sentētia n. 51, Frāc. Duar. disl. anniuer. li. 1, c. 41, Teutler. dis. 23, thesi 3, par. 2, vnde optimè faciūt in Regijs Tribunalibus in vlteriori Regno Siciliæ q Iudex tenetur scribere sua manu super pcessu vidit super eis, vel sup scripturis, vt testat Mastril. in dec. Siciliæ 80, sub n. 2, 11) Absq; causæ cognitione latā fuisse sententiā ex tēporis breuitate psumitur arg. d. l. prolatam, vbi hoc voluit Bart. quē sequitur Gram. in decis. Neap. 59, nu. 1.

111 Nu. 100] Exequtionē sententiæ pquē faciendā deserta appellatione cū tempore sit facienda exequtio p Iudicē qui eam ptulit c. quo ad consultationē de re iud.) applica pulchrā decis. D. R. T. pp. Italiæ 4, an sententia lata per supremum Italiæ Senatū in causa feudali auocata a Regno Siciliæ quæ pendebat in M. R C. illius Regni debeat exequtioni dendā dari tanquā sententia supremi Tribunalis q̄ habet exequtionem paratā, vel debeat seruari stilus Tribunalis a quo fuit auocata hoc est M. C. cuius sententia est appellabilis non obstante supplicatione interposita per eōdem actū & an causa possit auocari ad finē proferendi sententiā diffinitiuam, & quatenus sit exequēda an debeat seruari in modo exequtionis stilus q seruatur in Tribunalibus Siciliæ circa exequtionem sententiæ. vide si facit quæstio illa quis possit punire exequtorem delinquentem Iudex primus requirens, an Iudex requisitus per Camill. Borrell. in summ. decis. 2, parte tit. 32, nu. 268, & sequentibus. Et cōferas q si a sententiā fuerit iuste, & legitimè appellatū, sed tñ appellatio nō psequta, sed deserta causa tūc dr̄ fracta Alex. cōs. 72, n. 3, vol. 7, Ias. in l. 1, n. 14, ff. de re iud. cū appellatione deserta nō dicatur appellatio Clem. si appellationē de appellat Simō de Pretis. cōs. 185, nu. 7, idcirco exequtioni mandatur Ruiz. decis. Bonon. 51, p totā, & 55, n. 1, & 4

112 Nu. 101,] Si exequtio sententiæ capitalis possit fieri diebus feriatis, vide quæ scripsimus in prato nostro in l. fi. C. de ferijs In omnibus ferijs ad honorem Dei ex c. conquestus eodem tit. de ferijs, vt Guid. Papa decis. 215, nu. 9, & pariter in decis. Gizzarelli 58, posuimus & in l. prouinciarum in eod. prato C. de ferijs etiā in delictis atrocibus, & exēplaribus, Boer. decis. 259, nu. 8, idcirco Tribunal. campaneæ ad modum belli in dictis diebus procedere potest Oter. in lucubrat. Roman. disput. 26, nu. 5, patet ex Imola quē refert Consil. Gizzarell. enunciata decis. 58, q cū quidā Medicus Fabius Cicchettus in hebdomada sācta fuisset interfectus a pprijs seruis, seu mancipijs D. Prorex non obstantibus ferijs in honorem Dei, & diebus sāctis mādauit pcedi, & in die sabbati sācti serui illi fuerūt furca susp ēsi.

AD TITVLVM

ET TALITER SE GERAT IN OMNIBVS VT IN FINE OFFICII MEREATVR LAVDARI.

SVMMARIVM.

1 *Officialis bene se in officio gerens laudādus est.*
2 *Malefici sunt accusandi.*
3 *Ex laude officialium iudices fiunt virtuosi.*
4 *Bona fama officialium enuntiatur.*
5 *Officiales deposita administratione retinent priuilegia, & honores.*
6 *Officialis qui bene se gessit & longo tempore inseruiuit gaudet. Eisdem prerogatiuis nu. 7.*
8 *Officialis boni renuntiantes habent salarium.*
9 *Officiales bene se gerentes qui dicantur.*
10 *Officialis non debet discedere ab officio nisi expectato successore, & steterit sindicatui.*
11 *Officialis quando possit discedere ab officio durante sindicatu.*
12 *Sindicandus non debet calumnijs impeti.*
13 *Sindicatores quomodo se debent gerere cum sindicando remissiuè.*
14 *Officialis non potest discedere ab officio nisi post aduentum successoris cum declarat. remissiuè, & ibi si possit confirmari vltra biennium.*
15 *Officio deposito quid debeat facere officialis.*
16 *Bannum sindicatus potest emanari de mandato vnius licet sint plures sindicatores.*
17 *Officialis male se gerens in officio debet priuari.*
18 *Officiales optimi qui dicantur.*
19 *Officiales malos habere est peccatum Principis.*
20 *Principem habere malum est peccatum populi.*
21 *Officiales ex quibus causis est laudandus.*
22 *Officiales insignium bone administrationis quæ habere debent.*
23 *Bona fama officialium sindicatorum ex quibus probatur.*

1 NVm. 1.] Collega meus) Officialem bene se in officio gerentem laudandum esse) dixit Platea in l. proximos C. de prox. sacr. scrin. lib. 12, Mastrill. de magistr. lib. 7, c. 9, nu. 15, & patet ex const. regni volumus ibi nec
2 illud omittimus quia sicut maleficos, & iniustos querularum vocibus accusari, & censuræ nostræ vigore coerceri mandamus sic iustissimos Iudices publicis acclamationib' collaudari, & munificentiæ nostræ præmijs decorari volumus, vt de iure communi patet ex l. iustissimos C. de officio rectoris prouinciæ, & in prato meo ad eam demōstraui in l. p. C. de statuis, & magistratibus vbi Bart. de honore faciendo of-
3 ficialibus in fine officij quem refert, & sequitur Auiles c. 21. iud. synod. num. 3 subdens quod ex hac laude Iudices virtuosi disponuntur magis ad virtutem & è contra si malè gesserunt sunt vituperandi de qua bona officialium fama

si multa

si multa desideras vide Paridem de sindic. fol. mihi 42, à tergo, & Auil. loco citato Bertazz.cons.81,num.5,& Raudens.cons.49,nu.124.

5 Et adeo extimarunt ll.bonitatem officialium, quod canetur officialem bene se in officio gerentē licet illud renuntiauerit, vti talem esse honerandū, & retinere eadem priuilegia pristinæ dignitatis Platea,& Rebuff. in l. 1, C. de prępof.t.sacr.cubic.lib. 12, & idem Plat.in l.decurionibus C.de silentiarijs lib. 12, vbi ait quod deposita admini-
6 nistratione retinebūt nomē,& honores & priuilegia licet iurisdictionem non habebunt Cabed.decis.212,num. 6,p. p.de Ponte in tract.tit.de electione officialium §.8,num.9,cum seq. & num. 11,vbi ait communem opinionem esse legum,& doctorum, quod officialis q
4 Hinc in duobus casibus potest ex officio Iudex procedere in crimine adulterij, & quando nomina adulterorum inter reos recepta sunt Bart. in d. l. 2, §. si publico Afflict. loco citato num. 9, Gram. d. decis. num. 6, quos receptos inter reos definit idem Bart. in l. adulterij C. de adulterijs, & nos possumus dicere quando aliqui illorum quibus data est facultas accusandi accusassent, & aliquis illorum facta tali accusatione morerentur alioue modo deficerent, & nomina illorum adulterorum tanquam rei in inquisitione experirentur. Hinc exposita querela per virum, &c. & etiam eo remittente Iudex procedit Baiard. ad Clarum §, adulterium num. 7, & 14, & altero modo quando adulterium esset notorium, quia tunc Iudex ex officio protest idem Gramm. decis. 31, num. 7, & Baiard. num. 14, & sic alio modo non licet ne à Iudice cuius opus est iustitiam facere nascatur iniuria Afflict. decis. 176, Muscatell. preallegato loco num. 16, Ascia d. determ. 71, & 111.

5 Sed quando dicitur notorium adulterium, & manifestum, vide Petram ad Gramm. dicta decis. numero tertio, Vin. decis. 241, Ascia determinatione 71, num. tertio,) & ex hoc etiam in Curia Archiepiscopali non potest ex officio procedi in adulterio absque querela viri propter periculum vxoris si sciretur adulterium à viro, & propter infamiam viri, vt dicit Diaz cap. 65, in praxi canonica Ianuens. cap. 28, praxi Archiepiscopali numero quarto, qui docet, quod quando adulterium esset occultum, & maritus potens, possent, & debent clerici puniri processu camerario, & familiari disciplina corrigi, ac etiam relegari sine expressione causę in sententia.

6 Numero secundo,] Pro puniendo adulterio debere constare de matrimonio Bartol. in l. si vxor §. si quis vxorem ff. de adulterijs, Cuman. consil. 167. Hyppolit. de Mars. consil. primo numero 47, in prima parte, Ancharan. consil. 405, Afflict. in constititutione legum asperitate, & Mascard. de probation. conclusione 58, incip. adulterij, vt Ascia præcitata determinatione 71, numero quarto ibi requiritur, vt probetur esse contractum per verba de præsenti, nam propriè committitur adulterium cum muliere nupta l. inter & l. stuprum ff. ad l. Iuliam de adulterijs Clar. in §. adulterium vers. tribus alijs modis, & Placentin. in tractatu de accusat. numero quarto, sed licet constet de matrimonio si tamē extabat fama maritum mortuum non punitur de adulterio, Baiardus ad Clarum §. adulterium numero 48.

7 Inde propterea si accusatus de adulterio patrato confessus fuerit se coijsse cum Seia, & nihil aliud dixit circa qualitatem non poterit de adulterio puniri, sed absoluendos esse Bartol. & Iason. in §. si à filio ff. de legat. primo in l. si cui idem Bartol. consil. 33. numero sestodecimo volumine secundo, Corn. consil. nono numero 41, volumine primo, & idem Mascard. citata conclus. 58. numero tertio, qui parcat dum dicit sufficere probare esse habitam illam vxorem talis, & ita acceptam ad finem puniendi adulterium,

8 nam expresſè eſt probandum ipſum matrimonium, vt iuxta concluſ. D. mei Author fundarunt Cartar. de executione ſententiæ c. primo num. 383, & Menoch. de arbitr. caſ. 420, & quod ipſa mulier licet maritata non fuerit meretrix, quia alias adulter non poſſet pu

9 niri de adulterio dum cum muliere ipſa rem carnalem habuerit, & ſic adulterium cum meretrice nupta non eſt punibile quo ad accedentem ad eam, ſed bene quo ad eam Angel. in l. prima C. de rapt. virg. Afflict. citata conſt. num. 5, Capic. deciſ. 44, num. 4, Caſtr. conſ. 307, ſtret. & addit. in tract. malefic. tit. che hà adulterata la mia Donna verſ. quæ debet pęna, & ſi vis videre quæ dicitur meretrix, vide addit. meã ad Gizzarell. deciſ. 54, vbi latè, & Luc. de pęna in l. ſi qua C. de ſpectat. & ſcenic. lib. 10, in principio Afflict. in conſt. quę paſſim num. 2. Baiard. ad Clar. in §, adulterium nu. 28, & quid in ſponſa vtrum detur adulterium Couarr. in 4, decret. p. p. c. primo num. 13, cum ſeq. vbi plenè.

10 Inde, & quomodo probetur matrimonium, & dicas quod ſi inſtrumentũ de contractu matrimonij mentionem faciat ſine dubio dicitur probatum matrimonium Bart. in l. 1, num. 8, ff. de oper. nou. nunciatione Borrell. in ſumma deciſ. 2, parte tit. 18, num. 84, & maximè ſi inſtrumentum meminerer de matrimonio contractu & eſſet ſuper recuperatione dotium Franciſ. Cãtucc. deciſ. nouiſſima Romana 130, num. 6, vol primo, & vide de veritate eundem Borrell. in 3, parte ſumm ę tit. primo à num. 901, per ſequentes.

11 Num. 3.] Adulterium probari per coniecturas adde, quia difficillimę eſt probationis Ripa de noctur. tempore c. 36, Farinacc. de delicto carnis q. 136 num. 4, Barboſ. in l. 2, in princ. prima parte nu. 78, ff. ſoluto matrimonio cum in prædicto tenebre ſunt aptiores l. 1, de ventre inſpic. (inde illud) de nocte vagabat adultero, vt Rom. conſ. 451, num. 2, Bald. 427, Crauett. 205, num. 14, ex hoc directo probari non poteſt Laur. Kircol in ſuis concluſ. cent. 1. concl. 5, & clam committi ſolet Menoch. de arbitr. caſ. 1166, num. 11, & de præſumpt. lib. 4, præſump. 41, num. 2, Muſcatell. prax. fol. 48, num. 1, & ſeq. proinde notarunt Sanchez de matrim. lib. 10, rub. de diuortijs diſp. 12, num. 40, Flam. Paris de recup. benef. q. 71, num. Giurb. conſ. 37, nu. 12, Seſſa deciſ. 218 num. 11, Enriq. conſ. p. Montaluo in l. 6, ver. la pueda mattar tit. 4, lib. 4, fori probari præſumptiooibus, & coniecturis R. Valenz. conſ. 28, num. 17, cum pluribus ſequẽtibus, & Gregor. Lopez in l. prima tit. 14, p. 3, gloſ. prima in fine, & idem D. meus Regens Valenz. conſ. 28, num. 20, Muſcatell. in prax. rubr. de priuileg. & pęn. adulterorum nu. 2, ſed non per hoc quod quis reperiatur cum formoſa puella in eius domo ſit adulter manifeſtus niſi in locis latebris cum dicta puella fuerit inuentus Hypolit. conſ. primo num. 47, & 166, nu. 8, vt idem Muſcatell. num. 3, inde ſi deprehenſio in actu turpi ſufficiat ad occiſionem Hoſtienſ. & Butr. in c. tua fraternitas nu. 2, Panorm. nu. 1, extra de adulter. vt vidi practicatum in hac ciuitate reſpectu aliquorum interfectorum in eadem camera lecto, & palatio vbi nudi occiſi fuerunt, vide Maſc. cõcluſ. 44, num. 8, & 9, & vide abbundantius ex quibus actibus probetur Rom. conſ. 7, nu. 59, Burſ. conſ. 218, Borrell. 2, parte ſumm. deciſ. tit. 11, num. 66, & 67, & ſi per teſtes ſingulares Farinac. de delicto carnis fol. 136, Boer. deciſ. 23, num. 44, & 47, Muſcatell. loco cit. num. 6, prout oſculo, & mammillarum

12 tactu probatur adulterium, & per cõplexus Suarez in theſ. receptarum ſententiarum §, oſculum num. 32, Marãta conſ. 16, num. 2, Couarr. in epithom de ſponſalibus p. 7, 86, c. 7, num. 3, Viu. comm. opin. 447, & Coſta de facti ſciẽtia, & ignorantia diſt. 12, num. 2, Bertazz. conſ. crim. 273, num. 13, vol. 2.

13 Et in hac materia nolo omittere, quod quidam meus collega dicebat verificari quem eſſe adulterã ex eo quod diſſimiles filios procreabat à parente (quod me ad riſum prouocauit) cum verum ſit partum alteri aſſimilare ex mulieris cogitatione tempore conceptionis Gloſ. in l. quæret aliquid de verb. ſignif. & l. non ſunt liberi ff. de ſtatu hominum Butrig. in l. fin. C. de carboni-

boniaro edicto vbi etiam censet filios patri similes non esse legitimos cum mulier adulterium committens ob timorē viri ipsum semper habet in idea, & per imaginationem contemplatur delicti conscia, quod refert se ab excellenti medico audiuisse Ias. in l. gallus in prin. ff. de liber. & posthum. vbi adducit D. Hieron. in Genesi in quæstionibus dum voluit quod dū mulier quædam incurrisset suspictionem adulterij pariendo filium pulcherrimum tam patri, quam sibi dissimilem Hipocrates medicus quæstionem dissoluit inuenta simili pulchra pictura in cubiculo ad quem verisimile erat mulierē cogitasse, & ob ipsam rationem illa ab adulterij nota defendit Celius Rodig. libr. 20, c. 15, ad finem. Simili etiam argumento vsus est Quintilianus, qui defendit matronam de adulterio accusatam cum genuisset æthiopē ob illius imaginem in camera repertam, vt refert in l. gallus Iason num. 69, in med. de liberis, & posthum. subdens nō esse mirum similem fieri sobolem ex inspectione imaginis cum hoc ipsum in æquorum gregibus fiat vt apud Hispan. testātur D. Hieron. & D. Augustin. de Ciuitate Dei c. 10, vbi etiā de eo quod legitur Genesi c. 30, dum Iacob nouam naturę artem inuenit, vt ex vno colore gregibus varijs colores nascerentur ponēdo virgas varij coloris in canalibus, vt tales fętus conciperent quales vmbras quæ varię erant aspicerent Cel. Rhod. lect. antiq. lib. 20, c. 15, in fine, sit memor D. meus genitor dum excusauit pariter matronam de adulterio euacuando huiusmodi indicium, quod inter alia ducebat coram Iudice Pascali de anno 1627, per has doctrinas prę allegatas quas ei allegabā cum Gratiano præceptore meo discept. forens. 567 nu. 34, & 35, & nu. 70, & 71, & seqq. de Iulia Augusti filia adulteris suis admirantibus, quod ea filios omnes edidisset Agrippæ similes marito, & de pluribus, &c. per sequentes abundantissimè.

14 Num. 4.] Circa probationem inhonestatis mulieris dicas si semel cum aliquo concubuerit, quod tunc turpis persona efficitur Grat. discept. forens. 213 num. 29, licet quo ad exheredationem concludat non sufficere vnicum concubitum quia, alia pariter debeant concurrere ad illum effectum vt nu. 39, & per totum pro inde dicas non dici honestè viuere, nec honestam habentem mentem corruptam Mantic. de coniec. vltimar. volunt. lib. 11. tit. 19. in fine Grat. discept. for. c. 5, nu. 44, in fine qui in discept. 976, num. 20, latè quo-

15 modo dicitur honestè quoq; viuere, & quod mulier præsumatur honesta nisi contrariæ sint probationes, præsumptiones, & coniecturæ Paris. cons. 160, num. 30, Mascard. concl. 1081, num. 43 & ibi nu. 41, sic in dubio præsumi in suo celebri tract. de probationibus, & in concl. 167, nu. 32, præsumi inhonestam ex qualitate artis quam exercet)

16 & propriè quæ dicitur meretrix per de Franchis decis. 68, Menoch. de arbitr. cas. 535, & Paschal. de patria potestate p. 2, c. 10.) Et non omittas mulierem inhonestam reputari, quæ olim fuit licet desierit inhonestè viuere per Caball. cas. 124, nu. 9.

17 Et adde quod inhonestitas mulieris probatur per testes singulares Gram. decis. 107, num. 9.

18 Et ipsa inhonestas facit stuprum impunibile vt ipse Gram, & Natt. cons. 421, num. 12, & 13, Baiard. ad Clar. §. stuprum nu. 29.

Et ero latus in hac quæstione, quia multum confert scire quando mulier est honesta, nam primo mulier honesta non examinatur in Curia, & etiam in

19 criminalibus committitur eius examē c. 2, de iudicijs lib. 6. Afflict. in c. in pecuniarijs nu. 16, lib. 2, rub. 19, Baiard. ad Clar. q. 26, nu. 7.

20 Et si carceretur pro delicto graui, vel atroci apud honestas personas, vel in Monasterio detinetur Auth. hodie nouo iure §. necessarium C. de custod. verum habito respecto ad ius commune (quidquid tamen sit de consuetudine) vide Caball. cas. crimin. 78. per totū & Gram. decis. 33, nu. 11, D. Grat. discept. forens. 506, num. 7, quod non est in muliere inhonesta Maranta singul. 248, & 279, Boer. decis. 349, num. 11 col. fin. vt latissimè id. Caball. num. 3, in d. cas. resol. 78, & 3, mulier honesta

gau-

gaudet beneficio statuti Gratian. discept. forens. 962. num. 15. ex Cass. in consuetud. Burgund. rub. 4. §. 5. nu. 57 fol. 566. Io. Andr. in addit. ad Specul. in rub. de iniur. in princ. Marsil. in l. vnica num. 19. C. de raptu virginum, & ex hoc statutum disponens mulierem non posse capi personaliter non comprehendit curialem, & luxuriose viuentem, Bald. in l. consentaneum. col. vlt. post princip. num. 39. C. quomodo, & quando Iudex Roman. in repetit. l. si vero § de viro num. 24, & 25, ff. de solut. matrim. vol. 3. est enim certa conclusio, quod mulier inhonesta propter eius vtilitatem non meretur laqueis legum innodari l. quę adulterium vbi Bald. in princ. C. ad l. Iul. de adulter. Alberic. in verbo meretrix vers. 3, Menoch. de arbitr. cent. 6, cas. 535, nu. 16, & 17.

21 Et quarto mulier inhonesta non potest habitare in conuicinio honestoetiā si sit domus propria de Franch. decis. 316, prout honesta idem Menoch. & Grat loco cit to num. 18, licet & tales personæ inhonestæ sint tolerandæ pet ea quæ Visc. controuers. illustr. c. 48, num. 1, & 2,

22 Quinto mulier inhonesta potest exhæredari Bart. in l. 1, p. 4, num. 3 ff. solut. matrim. Coras. in l. paulus ad finem ff. de statu hominum Grat. discept. forens. 213, num. 18, & seqq.

23 Num. 5, & 7.] Coitus nepharius qualiter puniatur, vide Clar. & Baiar. in §. incestus vbi omnia.

24 Num. 6.] Virginitatem probari per depositionem principalis ad finem puniendi delinquentem Boer. decis. 319 Ricc. in prax. ecclesiast. resol. 398, nu. 1, in medio, & adde ad decisionem talis conclusionis Alex. cons. 229, nu. 7, vol. 6, Rot. in decis. 74. si puella ipsa sit bonæ famæ alias secus Neuizz. in silua nupt. lib. 3, num. 21, f. 1 252, Vrsill. ad Afflict. decis. 236, num. 3, Farinac. de indit. & tortura q. 43, num. 138, & seq. non ommissis Paris. cons. 160, num. 96 seq. vol. 4, Baiard. in §. stuprum nu. 41, & dixi supra ad eundem authorem in tit. & si confitebuntur el primo num. 146.

25 Et huiusmodi virginitas debet ab ipsa muliere allegari, & non a tertio ad hoc vt præsumatur Crau. cons. 166, nu. 5, sed Mascard. de probat. concl. 1410, num. 9, cum seq. dubitat de hoc dicto, quia virginitatis præsumptio est naturalis cum sit circa qualitatem insitam à natura, de qua materia Menoch. de præsumpt. lib. 6, præsump. 89, & multa cumulat circa probationem virginitatis Visconte in suis conclusionibus in verb. virginitas.

26 Num. 8, & 9.] De pęna incestus) & quando committatur) adde quod committitur inter consanguineos, & affines qui vtroque iure prohibētur matrimonium contrahere ca. lex 36. quæstion. p. Couarr. in 4, decretal. §. 8, c. 6, num. 1, Menoch. de arbitr. iudic. cas. 502, cētur. 6, nu. 25, Fatin. tit. de delicto carn. q. 29, à n. 39, cum seq. Caball. cas. 200 num. 1, cum sequentibus, & probatur huiusmodi incestus si duo deponunt de consanguinitate, & non de cognitione carnali, & duo de cognitione carnali, & non de consanguinitate Ias. in repetit. l. admonendi num. 261. de iur. iurand. Aymon. cons. 260, & latè Mascard. de probat. concl. 893.

27 Circa penam Menoch. de arbitr. cas. 389, num. 22, cum seqq. & minus puniri mulieres, quam mares affirmauit idem auth. in consil. 79, num. 3, inter consil. crim diuers. vol. 2, & quando committitur incestus per viam fornicationis sunt arbitrarię pęnæ Bald. cōs. 429, volum. 5, & Fab. de Monteleon in prax. arbitr. p. 4, nu. 126, fol. 137, vbi latissimè quæ pęna sit in dicta tam de iure ciuili, quam canonico, quam Regni Neapolitani quod prosequitur latè Baiard. ad Clarum in §. incestus à nu. 9, vsque ad finem qui inter alios allegat de Franch. decis. 378, per totum, & tam cum descendentibus, vel transuersalibus Thes. decis. 100, & de pęna stupri cum incestu in duabus sororibus virginibus consobrinis de Franch. d. decis. 378, sed quādo quis excusatur à pęna incestus Bart. in l. si adulterium 38, ff. ad l. Iuliam de adulterijs, & Boer. decis. 318. latè.

29 Num. 10, 11, & 12.] Quod crimen lęsæ Maiestatis non finitur morte, quia damnatur memoria vltra dicta supra in verbo item, quod committit crimen

læsæ

læſę Maieſtatis, ex iu l.fin.C.ad l.Iuliã maieſtatis vbi ſedet deciſio ipſius articuli adde Gramat. deciſ.6, circa finem vbi refert ita Sac.Conſil. iudicaſſe, & in deciſ.105, num.20, & 21, Muſcatell. poſt prax.S.C.in prax. crimin. tit. de crimine læſæ maieſtatis humanę num. 44, & 45, Cępoll. conſ. crim. 17, Maſcard.de probat.concluſ. 348, num.35 lib.1, Menoch.conſ.99, num. 159, lib. primo Ferret.conſ.31, num. 8, vbi refert multa exempla ſeruata Gomez de delictis c.1, num.80, & in tit.de crimine læſę maieſtatis num.12, Marcus Antonius Eugenius conſ.21, nu.13, Pere de iure fiſci lib.4, tit.5, nu.19. Roland. in conſ.1, num.16, lib. 3, & id propter criminis atrocitatem, & deteſtationem ſi in primo capite vt ſonat concluſio noſtri Authoris & firmant præallegatæ doctrinæ cum inter alias connumeratas pęnas quæ dantur reo læſæ maieſtatis in hoc caſu eſt memoriæ damnatio Afflict. in conſt. inconſutil. num.29, & 17. & vltra dicta ſupra in verbo item quod commiſit crimen læſæ maieſtatis in primo capite illud cõmiſſum dicitur quando in Regem, vel Republicam patratum apparet Muſcatell. ſupra citato loco ex tex.in §.publica autem inſtit.de public.iudicijs Farinacc.de inquiſitione q. 10, num. 42, & 43, cum alijs ſequentibus ſi non ex particulari odio, & priuata inimicitia offenſus fuerit Princeps, quia tunc in huiuſmodi crimen, & pęnam non incurreret offendens, puta ſi Princeps ipſe ſororem ſuam defloraſſet, vt conſuluit Ruin.conſ.15, vol.4, quē refert, & ſequitur Riminald.Iun. conſil. 347, nu. 31, vol. 4, ſed quando quis incurrit in crimen prædictum, & pęnas enunciatas Baiard. ad Clarum in §, læſæ maieſtatis à num. 2, cum ſequentibus qui 31, ſpecialia habere tale delictum à num. 25, & ſequentibus, & in propria deciſ. noſtri inſtantis articuli vltra pręallegatas Pariſ.conſ.2, nu. 209 vol.4.

30 Et ad quod dicit auth.nu.11, citandos eſſe agnatos, cognatos, hæredes, & ſucceſſores, vt veniant ad contradicendam ſententiam prædictam damnationis, & ad recipiendam copiam capitulorum inquiſitionis, adde hoc verũ nõ ſolum quãdo poſt mortem fuit cęptũ iudicium, ſed etiam quando in vita fuit accuſatus, & pendente appellatione deceſſit ex Baiard. loco ſupra cit. nu. 28 qui allegat ſingulariter Gigant. de crimine læſæ maieſtatis in verb. qualit.in crim.læſę maieſtatis num. 21, d. l.fin. ad l. Iul. maieſt. in illis verbis conuicto.

31 Nota tamen plenas probationes requiri ad ſententiam prædictam damnationis memoriæ Decian. conſil. 410, nec ſufficit Principem affirmare defunctum commiſiſſe delictum prædictũ) & ſi vis propriè videre qualiter ſit procedendũ, vt memoria defuncti damnetur Paris ſupra citato conſil. & Roland. & quando citatio propriè nõ requiritur Baiard in quæſt.31, ad Clarum verſ.adde quæ hæc omnia, & de tempore damnandi memoriam talis inquiſiti Carrer. in tract. de hæreticis nu.142, & Aloiſ.de Leo in precit. l.fin. C.ad l. Iuliam maieſt.

32 Num.13, & 14.] Circa incendij tractationē, & de eius pęna conferunt dicenda infra in fragm. tit. de incendiarijs fol.381, num.122, & fol. 421, nu. 200, tit.de incendijs Viu. in opin. 439 p.p.Menoch.de arbitr. caſ. 390, num. 26, 31, Clar.in §. fin. quæſt. 68, verſ. incendiarij qui licet diſtinctionem non faciat vt dicti alij allegãt, quod incendiarij qui doloſè ob inimicitias data opera comburunt domum exiſtentem intus ciuitatem, aut terram, ſiue oppidum puniantur pęna mortis naturalis ſecus ſi in pago, ſeu extra ciuitatem, vel terram, vt etiam non diſtinguit Ioſeph. Ludouic.deciſ.Peruſ.25, num. 5 & 6, tamen in hoc operatur Iudicis arbitrium, vt Farinacc. quæſt. 100, num. 5, fol.803, qui omnia cumulat per plures ſequentes quæſtiones non ommiſſo Horatio Viſconte in ſuis concluſ. in verbo incendiarium fol. mihi 119, ibi & quid quando incendium non ob inimicitias, & data opera, ſed culpa, vel caſu fuerit ſortitum, quomodo, &c. & quando, &c. præſumatur, &c. & Gramatic.19, nu.5, & omnia penes dictum Farinacc.

33 Nu.15, 16, 17, 18, 19, & 21.] Ad tractatum vulneris puniendi, & quando

propriè illud dicitur lętale, videndi sũt de Franch. decis. 224, vol. 2, per const. si quis aliquem, & Farinac. in fragmẽt. nu. 84, vbi etiã q̃d dicendũ si vulnerauerit cum armis prohibitis, & vulneratus non moriatur Baiard. ad Clar. q. 69, nu. 15, in quo passu attende, quod cum quis vulnerauerit aliquem cum armis, vulneris pęna tenetur quæ qualis erit nunc habebis, & cum ea confunditur armorum delatio Bart. in §. denuntiamus auth. de armis num. 3, in fine Plac. epitom. delictorũ lib. primo cap. 8, post num. 18, Cephal. cons. 204, nu. 42, & seq. lib. 2, Farinacc. de delict. & pęnis q. 22, per totum, & præsertim num. 20, quando pęna ipsius vulneris est maior quam delationis armorum quod secus Dec. tract. crim. lib. 8, cap. 4, num. 19, Cephal. cit. consil. 240, nu. 42, & seq. lib. 2, & in hac materia attẽdenda est grauitas vulneris, & non aliter ad finem puniendi, Hinc Amendula ad cit. decis. de Franch. de morte nõ punitur vulnerans letaliter, & mortaliter quando adhuc non est mortuus vulneratus: at vulnerantem post primum vulnerantem de morte teneri, & illum primum de vulnere nu. 4, ex Roman. singul. 20, & 60, Cremens. singul. 56, Boer. decis. 323, vnde in faciem dans vulnus grauiter punitur, vt dicam infra num. 20, & Boer. in addit. ad tract. de auth. magni consil. nu. 10, Gomes. var. resol. tom. 3, de delict. tit. iniur. nu. 12, prope finem Marcus Antonius Eugen. cons. 27, num. primo Menoch. de arbitr. cas. 263, num. 27, cent. 3, 6, verũ est cum quis baculo vulnerauerit, quod leuè consideratur delictum Farinacc. de delict. & pen. q. 18, num. 96.

34 Num. 20.] De cicatrice quando dicitur remansura) adde cum sit in faciem in qua ęterna deformitas oritur, q̃ est ad instar cęlestis Saluatoris similitudinis, vt Farinacc. melior omnium q. 18, num. 97, qui talium cicatricum deformitati nullam dari ęstimationem notat ex eo, quia liberum corpus nullam recipit ęstimationem quod mihi non placet, quia si illa non esset vera sequeretur, quod in tota corporis parte vulnus, vel cicatrix non extimaretur quod est falsum) vide Bertazz. cons. crim. 356, num. 10, 30, & seqq. lib. 1, vbi in proposito declarat quando cicatrix deformat tam in masculo, quam in fęmina, & Cartar. de exeq. sent. c. fin. nu. 51.

35 Et ęstimarunt grauiorem cicatricẽ in muliere non nupta, quia postea pro se nubenda cum cicatrice quęrit maiorem dotem Gomez tit. de iniurijs nu. num. 17, Placa epitome delictorum c. 6, num. 32, & seq. nota quia habuimus in Audientiam Hydruntina ad relationem D. Auditoris Ramires mei collegæ, & ad exagerationẽ Aduocati recepimus, quia erat vulnerata facies pulcherrimè mulieris, quæ ob talem vulnerationem erat remansa cicatrix in ea adeo, vt pulchritudo erat euersa, in causa Lucretiæ de Carminiano virginis in capillo, quæ ex processu apparebat recusatam in vxorem à Consaluo Diomedico eiusdem Casalis, cum quo prius quasi matrimonium erat contractum, & promissum, & post vulnus denegauit.

36 Num. 21, & 22.] De vulnere letali quando dicitur dixi in num. 19.

37 Num. 23,] Membrum quando dicitur debilitatum Abbas in c. accusasti in fine extra de accusationibus, nota tamen membrum debilitatum differri à deturpato Angel. in l. non solum ff. de rei vendicatione Dec. in l. si fugitiui c. de seru. fugitiuis.

38 Sed addas quod dicitur membrum Farinacc. q. 19. num. 23, & 24, & cum fuerit dictum dari computationẽ mẽbri de quo membro sit intelligendum nu. 15, vers. pęna prædicta.

39 Et si barba dicitur membrum per Cassan. in consuet. Burgund. rub. p. §. 5 num. 3, cum seq. & ibi ponit etiam lingua, nasus, labia, dentes mãmellę si sint membrum. & an etiam statutum habeat locum in membro inutili, & ego consultus respondi incidentem barbam teneri pęna qua plectitur is qui membrum alicui abscindit Bald. in l. reos nu. 6, C. de accusat.

40 Num. 24,] Homicidium commissum à pluribus quando puniatur in pluribus Giurba cons. criminali 2.

41 Num. 25,] Auxiliator quomodo puniatur licet in hoc opere in pluribus locis

cis enunciassem, adde necesse esse probare fuisse ad tale delictum principaliter coaudunatum Decian. consil. 125. volum. 3, Honded. cons. 98, num. 14, volum. primo Eugen. cons. 90, num. 11, cum seqq. Ricc. decis. 64, num. 5, & 6, parte 2. & ideo non tenetur nisi de eo quod fecit Gramm. decis. 25, Io. de amicis consil. 53, num. primo Surd. cons. 40, num. 46, vide omnia per Viscontem conclus. auxilium delicto præstare.

AD TITVLVM
DE FRVCTIBVS, ET LAVDIBVS OFFICIORVM.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus sunt honorandi ab omnibus.*
2 *Officiales ab omnibus salutandi.*
3 *Exempti etiam tenentur salutare officiales.*
4 *Parentes etiam debent salutare magistratum.*
5 *Reuerentia debetur etiam magistratibus malis.*
6 *Obediens officialibus obedit Regi.*
7 *Mala dicens officiali debet puniri.*
8 *Magistratus ob officia consequntur authoritatem.*
9 *Iudicandi munus honor est, & num. 12.*
10 *Princeps eligendo in consiliarum illum efficit nobiliorem.*
11 *Iudicum priuilegia enuntiantur.*
13 *Iniuria in magistratus atrociter punitur.*
14 *Priuatus tenetur defendere magistratum qui offenditur.*
15 *Officialis offensus tanquam priuatus non potest ipse procedere contra iniuriantem.*
16 *Officialis offensus vti officialis procedit contra offendentem.*
17 *Officiali in sindicatu debetur eadem reuerentia.*
18 *Imperatores prisci exercuerunt officia.*
19 *Fructus officiorum enuntiantur.*
20 *Officia sunt onera.*
21 *Succedens in honore succedet in onere.*
22 *Auctor addit nouos titulos in fragmentis Follerij.*

1 NVm. 1, 2, 4, & 7.] Doctissime criminalista, dic Magistratus esse honorandos ab omnibus, vt affirmauit Signorell. cons. 108, col. 1. vers. redeo ad primum per tex. in l. item eorum §. decuriones ff. quod cuiusque vniuersitatis nomin, & sequitur Mutius Surgens de Neap. illustr. c. 21, num. 13, &
2 16, vbi debent proinde ab omnibus salutari Anton. de Ball. lib. 4, pract. q. 6 num. primo adhuc si non essent subditi ex doctr. Bald. in l. fin. C. de bon. quæ liber. Iacob. de Franch. de feud. col. 24 num. 26, si de inuest. feudi fuerit controuers. fol. 18.) vbi exemptus à iuris-
3 dictione non per hoc dicitur exemptus à iure reuerentiæ alias puniri possit pœna

na extraordinaria Menoch. conf. 126 num. 17, lib. 7, Carau. rit. 5, nu. 11, &
4 12,) & à parentibus cessanti omni legum natura l. ille à quo §. vltimo, & l. seq. ff. ad trebell. vt refert Aul. Gell. lib. noctic. acticar. exemplum cuiusdam Præsidis Cretæ Prouinciæ cui Pater cessit, ac præstantiorem locum dedit, & illud etiam filij Quinti Fabij Maximi, cum consul esset in loco sublimiori sedens iussit Patri equo descendere, iuxta Romanorum antiquum institutum, & ipse Fabius cum iuberetur à filio equo descendere dixit illud celebre dictum nolui ante iussum tuum descendere non vt imperium tuum contemnerẽ sed vt experiter, an scires consulem agere. De tali Romanorum antiquo instituto Valer. Max. in tit. de instit. antiquis, & ab ipso Principe esse honerandos, vt eius exemplo subditi tanto facilius ad id assequendum extrahantur ad tex. in l. semper ff. de iure immunitatis in 1. l. fin. C. quando prouocar. non est necesse l. secundum C. de contrah. & commict. stipulat Boer. in tract. de auth. mag. consil. num. 7. in 2, diuis. Tiraquell. de nobilit. c. 20, nu. 3, & id seruasse Alexandrum Seuerum apud Lamprid. in eius vita cum tunc eorum auctoritas augeri videtur sine qua vilescit administratio iustitiæ Regens de Ponte de potestate proregis tit. de electione officialium num. 2, §. 6. Hinc maiores Magistratus, ita cum minoribus practicare debent arg. l. nihil omnino C. de pal. sacr. Larg. lib. 17, vbi Ioan. de plat. de quo Cassan. in catalog. gloria mundi p. 3, conf. 24, & parte 11, conf. 13, in medio Gamma decis. prim. nu. 6, & Bouadill. lib. 3, polit. c. 2, nu. 15, & sequentibus, & adhuc magistra-
5 tibus malis obediendum esse, & deberi reuerentiam ex eo, quia non respiciẽda personæ qualitas, sed dignitas, & ministerium, & persona eligentis D. Anton. Florentin. in summ. p. tertia tit. 24, c. 7, §, primo in fine quæ quidem dignitas magna est adeo quod Plato lib. 6, de legibus post Deos immortales eos homines primas habere ait, & honoris, & gloriæ sedes qui publici muneris magistratus gerunt, & Valer. Max. ait quod Apollo interrogatus de iustis magistratibus, respondit se nescire vtrum Deorum numerorum, an hominum aggregari deberent, & ob id Socc. noster in conf. 22, num. 4, vol. primo dicit post diuinam Imperatoriam, & Regiam maiestatem prætoriam numerari, quia dicitur Princeps Ciuitas ad l. spadonem §. si Ciuitatis Princeps ff. de excusat. tutorum omnesque etenim vocantur, vt in Deuter. 22, vers. 8 cum similibus, & dictat ratio præter alias, quia obediens, & honorans eos vi-
6 detur honorare Reges Cepol. in tract. de imp. milit. elig. in verb. quod imp. in 3, & 4, col. cum Principis, & Regis personam, & eius corporis partem ostendat ad tex. in l. ius Senatorum C. de di-
7 gnitat. libr. 12, Bellug. in specul. rub. 6 num. 16, & ad hoc facit quod si quis mala dixerit de officiali debet puniri ad tradita per Detian. in tract. crimin. lib. 7, cap. 50, dum enim magistratus, & Principes non venerantur Respublica. & Regnum damnum, & periculum patiuntur Arist. lib. 4. politic. c. 6, & Dion. lib. 51, in tract. Cęsar ad milites domus non bona censetur in qua natu minores grandioribus non obtemperent, Literarius ludus infęlix vbi discipuli magistros contemnunt; nulla spes ęgroris si medicis non obediunt periculosa redditur nauigatio quando Gubernatori nautæ merem non gerunt, ita actũ est de illa Republica, aut Regni & Imperio in quo Princeps, & magistratus honoribus non afficiunt, sed contemnuntur.
8 Num. 3,] Magistratus propter officia commissa consequuntur authoritatẽ prerogatiuam, & dignitatem, vide, &
9 Num. 5, iudicandi munus honorem esse & D. meus Regens Tapp. de constit. Principum c. 4, num. 115, Detian. respons. 66, num. 74. Laud. consil. q. 17 ad tex. in l. si quis verb. illustrium C. ad l. Iul. maiestat. vbi Princeps aliquem
10 eligendo in consiliarium, vel Senatorem illum efficit nobilem Mastrill. de magistrat. lib. 3, c. 10, num. 122, quod ipsos citat. Vnde in loco iurisdictionis exercendę cęteris paribus ratione magistratus præferuntur omnibus alijs etiam in sedendo Cassan. in catalog. gloria mundi p. 7, consid. 24, nec possunt

pro

pro debitis ciuilibus carcerati, vt dicit Cerdan. de visitat. carcerat. c. 11, num. 9, & permittitur habitare in Palatijs Principis quando non adessent auth. presides C. de episcopali audient. glos. in l. vnic. C. de palat. & dom. dominorũ lib. 11, & ibi Ioan. de plat. Auend. de exequendis mandat. c. 4, num. 45, Auiles c. 8, prætor glos. dinieros num. 29, & c. 18, glos. de concejo num. 5, & tanta est magistratuum prerogatiua quod habent domicilium in Vrbe Principis l. pen. C. de incol. lib. 10, Laudens de consil. q. 3, num. 29, & in loco iurisdictionis ciues efficiuntur omnibusque ciuium priuilegijs, immunitatibus, & prærogatiuis gaudent l. ciues C. de incol. lib. 11, Bart. in l. 1, & in l. municeps ff. ad municipal. Paris de sindicat. in verbo ciuilitas officialis c. 2, in fine Mutius Surgens de Neap. illustr. c. 27, n. 15, Anna sing. 365, vbi addidi. Hinc vti pars Principis viciniorem, ac digniorem locum in sessionibus cum Principe ipso detinent arg. c. episcopus 95, dist. & in Regno latus dexterum habeãt, qui locus maior, & honoratior dicitur Bald. in l. decernimus in 3, notab. C. de sacros. eccles. c. solita de maiorit. & obedient. Azued. ad iur. pisan. lib. 2 c. 2, num. 8, & 13, & maiestatem habere dicũtur Afflict. de pace tenenda in 1, & 2, notabili.

12 Et quod iudicandi munus sit honor Abbas in c. vt debitus honor vbi etiam Glos. & Det. de appellat. per tex. in l. cui muneris in principio ff. de muneribus, & honoribus vbi quod concessa alicui muneris publici vacatione concessum ei non videtur vt fiat Iudex, seu Magistratus, quoniam potius ad honorem pertinet, quam ad publica munera Boer. decis. 222, in fine Rot. in nouis decis. 442.

13 Num. 6,] Iniuriam in Magistratibus atrociter puniri etiam finito magistratu, quia remanent reliquiæ dignitatis, & propter priuatam inimicitiam,) addas quia Regem ipsum offendere cẽsetur Andr. in tit. quæ sint regul. Boer. de auth. mag. consil. num. 4, Bouadill. lib. 1, polit. c. 16, nu. 25, & 33, qui multa circa magistratuum iniurias cumulat quinimo in crimine læsæ maiestatis incidisse dicitur, vt post infinitos relectos concludit Farinacc. de crimine læsæ maiestatis q. 112, num. 64, cum seq. & nu. 136, cum alijs pluribus sequentibus Fontan. de pact. claus. 3, glos. p. nu. 3, & seq. & hac de causa priuatus tene-

14 tur defendere magistratum si eo præsente offenderetur Capic. decis. 130, num. 69, & in hoc nota, quod quando

15 officialis est offensus tanquam priuatus non potest ipse procedere contra iniuriantem Clar. in sua practic. q. 31,

16 vers. solet etiam secus quando est offensus tanquam officialis intuitu officij, quã tunc procedere põt cũ Respublica sit offensa, & dignitas Afflict. in const. Regni eos tantum nu. 2, rub. de iniurijs de Franch. decis. 722, num. 27, vol. 4, Afflict. in constit. Regni, vt participatio numer. 7, rubrica de iniurijs curialibus Paris in verbo iniuria officialis c. 3, num. 3, fol. 199, vide Carab. in singul. sindicat. offic. 145, fol. 125, nec eo casu offendens incurrit in crimẽ læsę maiestatis licet vt dicit auth. & nos diximus grauiter puniatur, vt consuluit Roland. in cons. 15, vol. 4, quem sequitur, & refert Riminald. Iun. cons. 374, nu. 31. vol. 4, prout incurrit quando non ex particulari inimicitia, sed intuitu officij offenderit adhuc qđ offensus esset Capitaneus alicuius terræ Muscatel. in pract. rub. de crimine lęsę maiest. num. 52, vt refert Thor. in comp. decis. in verb. iniuria, nec gaudet indultu offendens Francisc. Marc. in decis. 292, p. p. vt citat Nouar. in coll. decis. 2, nu. 5, 6, & 7, vbi etiam quid quando est officialis Baronalis offensus, de quo per Viuium decis. 278, & quod adhuc finito magistratu atrociter puniatur iniuria in eum lata. vt auth. ait amplia.

17 & si staret in sindicatu ex doctrina Bald. in l. obseruare §. proficisci 7, 9, ff. de officio presidis cit. ab auth. meo, qa remanent reliquiæ dignitatis Frãc. decis. 405, num. 7, ibi sindicandus debet à subditis etiam durante sindicatu honorari, nota quia ampliant quæ supra dicta sunt non ommittas ad materiam iniuriæ illatæ magistratui D. Rouit. in pragm. 11, de abolitionibus nu. 28, & Menoch. de arbitr. cas. 261.

18 Num. 8, & 9.] Priscos imp. exercuisse of-

se officia, & Iurisconsultos habes plura exempla, sed tu addas hodie ipsos Imperatores, & Reges in eorum Regnis constituere officiales, & ad eos spectare potestatem constituendi c.1, quę sint regalia D. Rouit. in pragm. prima nu.1, de offic. prouis. faciend. Regnic. & exter. propter regalia ex quorum vi eos constituere restringere, & augere possunt Bouad. lib.1, polit. c.1. nu. 19, etiam contradicentibus populis Couarr. pract. 9. c.4. num.4, & Auend. de exeq. mandat. c.p. nu.7. in fine.

19 Num.10.] Circa ea quæ dicit Auct. quod fructus officiorum sunt carcer, calamitates, mors, & miseriæ) adde tu quia officia non beneficium afferunt, sed onus Menoch. de arbitr. q.41, nu. 3 Segur. in decret. iudic. p.p.c.14. nu. 36 vers. præterea, & non omittas Tacitum li.1. annalium, & Macthiens. in dialog. c.12. nu. 5, qui ait maximum afferre oneris, & laboris magistratum cum aliud non sit, nisi tempestas mentis, in qua cogitationum processus semper nauis cordis quatitur, huc, & illuc incessanter impellitur, vt per repentinos excessus oris, & operis, quasi per obuiantia saxa frangũtur, & quod hic eminet omne plus meroribus afficit, quam honoribus gaudet iusta c. nemi.13. dist.

21 161. Succedens in honore succedit etiã in onere c. aduersus de immunit. eccles. vnde legitur plures fuisse viros, qui delatos sibi honores, & magistratus despuerunt, vt refert Suet. in august. Plutarc. in eius vita Pontan. lib.2. de magnanimitate, & Valer. in tit. de verecund. & in tit. de animi moderatione, & per hæc sit impositus finis huic meo labori ad laudem, & honorem omnipotentis Dei, & Beatæ Mariæ Virginis meæ Aduocatæ sub die 25. Decembris 1631, quo tempore secunda vice Auditoratus officium in Prouincia Hydruntina præeram, & c. & sequar fragmenta

22 cum alijs meis nouis vt perbellè obseruabis.

FINIS LAVS DEO.



AD FRAGMENTA EIVSDEM D. FOLLERII.

SEQVVNTVR IPSIVS BALDAXARIS DE ANGELIS I. C. NEAPOLITANI ADDITIONES FERTILISSIMAE.

DE SVMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA.

NVm. 1.] Cariſſimè Lector de hac materia ſcripſimus in Prato noſtro ſuper Codice in l. 12. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in Auth. caſſa, & in l. ſi Eccleſiæ 13. & in Auth. item quæcumque C. de Epiſc. & Cler. vbi quaſi omnia cumulauimus præcipuæ quòd Reges debent ſeruare immunitates conceſſas Eccleſiaſticis, & Eccleſijs à Põtificibus, vt D. Cõſil. Theodor. alleg. 16. n. 4. & ſeq. D. R. Valenzuel. conſ. 96. nu. 18. vbi habetur Federicum II. ob perſequutionem factam Eccl. fuiſſe Imperio priuatum. Et Regno Siciliæ inde permictere non debent Rex, & Barones alijq; miniſtri turbari Eccleſiaſticos Capiblanc. de Baronib. pragm. 8. par. 3. num. 2. cum debet Rex Eccleſias, & Eccleſiaſticos tuere, vide c. ad abolendũ de Hæretic. nam regulariter Eccleſia eſt mater noſtra ſicut Pater eſt noſter Deus D. meus Gratian. diſcept. forenſ. 611. n. 11. qui in diſcept. 601. n. 35. 37. & 39. ſemper illeſam debere remanere ex quo venit illa quæſtio pro qua remicto lectorem ad Menoch. de arbitr. caſu 452. quod tenemur brachiũ impartire pro exequutione negotiorum iuriſdictionis, & Belluga rub. 11. §. tractandum Diaz in pract. canon. c. 154. ad Reges enim, & Imperatores pertinet Sanctam Romanam Eccleſiam defendere eiuſq; iuriſdictionem tuere neque eam à prauis hominibus conculcari permictere D. R. Tappia in princip. ſui Iuris Regni verſ. à Rege Regum fol. 3. & vide Ricc. in prax. Curiæ Archiep. tit. implorationis brachij ſecularis fol 173. & ſeq.

DE EPISCOPIS, & Clericis.

NVm. 2.] Clericos pro delictis conueniri coram Iudice Eccleſiaſtico amplia, ſiue in ſacris fuerint, ſiue in minoribus Bertazz. conſil. 78. & ibi addent. vol. 1. D. R. Tapp. in conſt. de perſonis nam Iudex laicus ſiue principaliter, ſiue incidenter nõ conuenit Clericum coram ipſo D. Gratian. diſcept. forenſ. 226. nu. 8. & 9. prout ſub amplia ſi poſt delictum Clerici effecti fuerint laici, vel duxerint vxorẽ, quia adhuc conueniuntur

coram iudice Ecclesiastico ob illud delictum, Gram. decis. x. Gratian. discept. 224. n. 20. & in Clerico relegato nam erat laicus, & postea effectus fuit Clericus infra tépus relegationis si non seruauit ex lium discedendo condemnari possit pœna non seruati exilij, idē Gratian. 224. nu. 35. & 36. & ibi secus in Clerico relegato effecto laico, vide decis. de Franch. 395. Valasc. lib. 1. consult. 48.

Et adhuc si in fraudem effectus fuerit, quis Clericus nullo modo potest cognosci, & puniri à iudice laico, de Franch. decis. 545. Afflict. & Isern. in constit. de personis, Ianuens. capit. sup. cit. n. 5.

Est verum quòd non gaudet Clericus priuilegio fori si sit in minoribus nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, vel alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi seruiat Concil. Trident. cap. 6. sess. 23. Ricc. coll. decis. 2606. & ibi si copulatiuè ambo requiratur, per eūd. Ricc. decis. Archiepiscopal. 154. par. 4. sed an requiratur, declaratoria ad finem ammittendi priuilegiū, Gratian. discept. forens. 440. per totam, vbi multa.

Et cum Author noster dicat, quod quando sūt inquisiti de proditione, & crimine lesæ Maiestatis tunc etiam Clerici côueniuntur coram Ecclesiastico Iudice addas Anton. Fabr. decis. 31. de iurisd. omn. iudicū, & in Clerico assassino, Giurba cons. crimin. 49. nu. 18. qui in cons. 10. nu. 17. proditoriè vero aliquem vulnerantem nō gaudere immunitate Ecclesiæ, & in cons. 20. nu. 13. & 60. n. 1. decidit ipsum proditorem, & de Clerico rebelle Farinacc. q. 8. n. 18.

Et quando successit laico in re hyphothecata si conueniatur coram Iudice laico, D. Gratian. discept. 241. n. 6. & cum portauerit arma in discept. 139. nu. 15. & pro feudalibus, quòd conueniatur coram iudice laico nō pro bonis emphitheoticis, quæ tenet à R. Curia Ianuens. in prax. Curiæ Archiep. Neapol. cap. 8. fol. 39. n. 5. & in depositario idem Grat. discept. 8. n. 28. sed an si commiserit falsum Clericus coram iudice laico conueniatur ab eo Afflict. decis. 230. Fab. dec. 26. & Ricc. coll. decis. 353. vbi plura alia.

Num. 3.] Amplia conclus. mei Authoris, vt immunitas hospitandi concessa Clericis extendatur ad fratres ipsorum Clericorum si habitant in cōmuni Arnon. singul. 83. Marsil. singul. 180. & dixi in Prato meo ad l. 8. n. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. vbi cum declaratione in l. 1. C. de Episc. & Cleric. & patet ratio pœnes, Scrader. de feud. p. 9. c. 4. num. 13. & vide Surd. cons. 301. nu. 8. p. 9. c. 4. n. 13. Et de ipsa conclusione quod Clerici nō possunt coggi ad Hospitandū officiales milites birruarios ceterasque personas laicas, Paris de syndicatu verbo clericus §. an apparitor in fine, Io. Aloys. de Leo in l. placet n. 29. & 30. C. de Sacrosanct. Eccles. vbi tamen declarat quando Hospitalitas esset Pia, quia tunc ad eam tenētur tam Clerici, quam laici, de qua hospitalitate, & quando Clerici ad eam tenētur, latè scribit Henric. Boycc. in rub. de empt. & vendit quem allegat Grass. de effectibus clericat. eff. 3. n. 127. & si teneantur hospitare milites Clerici qui defensioni Ciuitatis existunt, Visconte concl. fol. 17.

Et ad aliam conclusionem, quòd in domibus ipsarum personarum Ecclesiasticarum non debeant tractari iudicia criminalia vltra Capitulū Regni allegatum per Foller. Hic in punctualibus terminis, & alia iura adde tex. rotundum in cap. 1. de immunit. Eccles. ibi, vt in domibus Ecclesiarum, neque missus, neque Comes, vel Iudex publicus, vel minister quasi pro consuetudine placitum, vel hospitium vendicent, sed in publicis locis domos constituant, in quibus placitum teneant, & etiam hospitentur. & vide quid in Cimiterijs, Claustris,

Claustris,& in Ecclesia allegata in l. nemo v. de sum. Trinit. & Fid. Cathol. in nostro Prato.

Sed cum fuerint volentes ipsæ personæ Ecclesiasticæ, & examinari tunc permittant Judex, vel actuarius accedit ad eorum domus, & tenent eorum depositiones] latissimè in l. nec honore. Cum auth.seq. C. de Episc.& Clericis dixi, & vide si facit iudicem non debere habitare in domo priuata eum extat domus publica per Ricc. resol.116.per totam.

Inde Vniuersitas debet dare domum Officialibus, & iustitiam exercentibus pro iustitia ministranda de qua quęstione larga manù in l. vnica C. de palatijs per totam scripsit Regens Constantius.

Num. 4.] De Clericis coniugatis, quod non conueniantur coram iudice sęculari in criminalibus non autem in ciuilibus. Adde proinde in duobus priuilegiari Clericos coniugatos si vnicam,& virginem duxerint vxorem s. fori Ecclesiastici in causis criminũ, & canonis si quis suadente 17. quęst. 4. ag. c. vnico de Cleric. coniugat. & patet ex pragm. incip.nuper de Cleric.& Diacon. siluatic. Guid.Papa decis. 83. Natta cons. 319. n. 6. & cons. 306. vol. 6. dumodo deferant habitum, & tonsuram clericalem,Lap. alleg. 40. & 118. Carau. rit. 66. Borrell. 1.parte summæ decis. titul. de Clericis coniugatis nu. 2. & Ricc. decis. 169. n.2.par.3. qui 170. n. 1. ead.parte ponit gaudere etiã beneficio fori in ciuilibus actenta opinione, vt refert in coll. decis. 308. sed loquitur in delictis ciuiliter intẽtatis si pariter alicui Eccles. seruitio, vel ministerio de mandato Episcopi ministrarent, & proinde recõcilies,quod licet coniugati Clerici subsint in Ciuilibus iudici laico tamen eorum persona nõ tangitur, sed bona tantum, Abb. & alij in cap. ex parte extrà de Clericis coniugatis, & Bouadigl. lib. 2. c. 17. n. 146. vide pro veritate Couarr. practicarum cap. 31. post n. 7.& D. R. Rouit. in Pragm. 1. de Cleric. coniugatis, & Nouar. par. 1. quæst. forens. 79. per totam. Et sic facit decisio an Clericus coniugatus gaudeat priuilegio fori in causa liquidationis instrumenti ad ornatum tex. in cap. vnico de Cleric. coniugat. & vide omnia per D.R. Rouit. in pragm. de Cleric. seù Diacon. siluatic. & plura per eũd.Ricc.decis. 320.n.1. parte 4. & Nouar. q. forens. 79. prima par. & huiusmodi priuilegium fori cõpetens Clerico coniugato cõpetit etiam eius vxori ipso viuente Francisc. Milanens.decis. Siciliæ x. Franch. decis. 363.

Num. 5.] Pro obseru. Ritus, quòd Clericus citatus coram seculari auditur super fori declinatoria personaliter comparens cum Clericatus instrumentis firmauit id. Author meus in verbo audiantur excusatores nu. 39. supra vbi diximus omnia ex rit. M. C. 136. & 230. Carau. in ritu 269. nu. 2. vbi dicit ita seruari inde de Franch. decis. 329. disseruit, an & quando si citetur Clericus tanquam laicus per iudicem temporalem admittantur scripturæ concernentes exceptionem fori declinatoriam per procuratorem, vel alium ad impediendam contumaciam, & concludit in primis citationibus admitti secus autem in citationibus ad foriudicandum, quia tunc ob graue periculum, quia cõdemnaretur Clericus ad mortem recipiuntur, & ita seruatur quod eo magis admittitur, quia si primo casu accusata fuisset contumacia, & pœna, & multa non exequitur, sed docto de Clericatu nulla declarantur acta, & nõ exigitur multa ex contumacia Guid. Papa decis. 450. & repertis bullis quæ veritatem contineant suspenduntur acta, de Franch. in fine dictæ decis. vt tam de præfato ritu quam decis.meminit Petr. Barbosa Lusitaneus in l. titia in principio n. 31. ff. solut. matrimon.

De

De iure communi tñ patet citatum Clericum pro causa criminali per Iudicem laicum cōparere non teneri ad allegandā fori declinatoriam, Archidiacon. in c. placita 15. q. 4. Gram. conf. 1. nu. 44. & 45. post decis. Aufrer. ad Cappell. Tholos. decis. 65. item fuit quæsitum bannum, & ex hoc dicunt admitti procuratorem, vel alium loco citati Clerici absentis ad allegandam fori declinatoriam, & producēdas Bullas, vel scripturas Clericatus Innocent. in c. veniens extra de testibus, Guid. Papa decis. 338. nu. 1. Cassan. in cons. 1. vers. sed nec in totum.

Et dum spuit Author hoc eod. num. de remissione facienda Clerici absq; ignominia, adde Carabb. singul. 159. & Ricc. decis. 283. p. 4. n. 4. & quomodo sit facienda Clerici remissio, cuius expensis fiant remiss. per D. Capibl. in Pragm. 19. n. 38.

Num. 6. & 7.] Ex his Num. patet, qui veniant appellatione suorū.] Et religiosi quomodo accusent, & personæ Ecclesiasticæ, &c.] Et dicas breuiter per Couarr. in Clem. si furiosus n. 312. vers. 3. eod. de homicid. nisi Clericus protestatur, quod non intendit agere ad vindictam criminalem, & sic citra pœnam sanguinis, Tartaglia in margarita Fisci in pract. crim. fol. 8. n. 7. & Farinacc. q. 12. n. 12. & quando Clericus per viam exceptionis veniret tunc non dubitatur, quod crimen opponere possit, & si pro eo sanguinis pœna veniret imponenda, vt tenent omnes in c. super his de accusationibus.] Cōsului meo clienti de anno 1629. & habui in collegio cum doctissimo viro Flaminio Claps Iure Consulto summæ integritatis, & memoriæ intus Ecclesiam Diuæ Mariæ Gratiæ allegato, Baiard. ad Clar. q. 14. num. 17. prout potest Clericus accusare si ciuiliter ageret, quia cessat ratio pœnę sanguinis nam potest interesse suum prosequi ciuiliter quo casu licet videretur iudici imponere pœnam sanguinis tantum nil imputandū esset Clerico accusanti c. 2. de homicid. Decian. tract. crimin. tomo 1. c. x. lib. 3.

Et quando Clericum clericus accusaret c. ex parte c. licet c. veniens de accusation. Decian. ibi c. x. nu. 17. cum seq. lib 3. vbi ponit duas limitationes.

Et redeundo ad meam orationem adde amicū suorum appellatione contineri, Bald. in l. 1. nu. 33. C. qui accusare licet fateatur non ex proprietate sermonis, sed fictè, quòd amicus accusare possit, Decian. tom. 1. lib. 3. c. 5. n. 13. cū seq. quod forsan intelligendū est, quando non extant cōsanguinei.] vide Ferrett. cons. 183. n. 3.

Num. 8. de Clericis primæ tonsure quando fori priuilegio gaudeant, Ricc. decis. 111. n. 2. & 134. n. 1. & 154. num. 8. p. 4. per totam, ibi quod beneficium Ecclesiasticū habeant, aut clericalem habitum, & tonsuram deferant, & alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruiant, & ibi etiam si sufficiat seruitium in qualibet Ecclesia vel debeat esse destinata, &c.

Num. 9.] De examine clericorum vti testium faciendo coram Iudice laico, vt discurit Foll. noster, & si in criminalibus in delictis ingerentibus pœnam sanguinis possint recipi, & admitti in testes coram tali iudice, & contra laicum etiam cum licentia superiorum, Clar. in §. fin. q. 24. Mascard. de probat. concl. 963. vol. 2. & Farinacc. de testibus q. 61. oppos. 12.] Et vide quę portat D. R. Tappia in suo iure Regni 2. tom. fol. 159. & Ricc. decis. 204. p. 2. quid in Monacis, &c. Et latè Carauit. in rit. 144. quando esset examinandus aliquis Prior, vel Guardianus alicuis Monasterij in causa ciuili, an requiratur alia licentia, quia cum in loco non est alius superior videtur sibi illam impartire.] Et de Clerico de facto examinato in causa ciuili coram iudice

seculari

seculari absq; licentia sui Superioris, si eius depositio teneat, Anna singul. 128. vbi addidi Carauit. rit. cit. n. 3. sed Auth. noster in d. rit. fol. 82. à ter. nominatim ex multis rationibus quas refert tenet contra Carauitam, & dicit passim contra ipsum ponderando verba dicti ritus ibi non admittatur ad deponendum nisi prius iurauerit, & licẽtiam obtinuerint ego sequor opin. Auth. propter illam dictionem (nisi) & verba precedentia in d. ritu posita (161.) non admittantur quæ videtur importare conditionem secundum Grat. cons. 138. n. 7. vol. 1. Actus .n. requisitus per verba conditionalia importat formam, Carauit. pragm. per excellẽtem §. x. nu. 4. in fin. & §. seq. in fine ad Macedonian forma autem dat esse rei, & impleri debet in forma specifica l. meuia §. an hæredi ff. de condit. & demõstrat, nec sufficit per æquipollens, Alex. cons. 5. n. 3. vol. 7. cum alijs quæ allegat Surd. de alimentis tit. 5. q. 3. n. 15. & 16. alias corruit. & vitiatur Viuius, qui concordantes allegat in decis. 315. num. 1. & 3. Surd. in decis. 268. n. x. & sequen. 18. limitat tamen Anna in d. singul. opinionẽ, Abbat. in c. cum nuntius de testibus in monacho, qui fuit examinatus sine sui Superioris, eius depositio nõ valet. sequitur Magon. decis. Lucens. 9. n. 18. à qua limitatione discedit Carau. in loco supra allegato, quia licentia ita requiritur secularibus sicuti in Religiosis, & Monachis, vt profecto nulla ratio diuersitatis potest colligi, vnde sequior opinionem Carauitæ.] Vide plura per Ricc. resol. 459.

DE HAERETIC. PATARENIS *eorumque receptationibus.*

NVm. x. & xi.] De crimine heresis dixi late in meo Prato, vbi omnia in primo libro tit. de hæreticis ad coroborationem, quæ Foller. noster allegat, & hoc loco portat,

DE BLASFEMANTIBVS.

NVm. 12.] De pœna blasfsemantium Deum, ac Virginem gloriosam inspetto iure currenti. Adde pragm. 5. de blasphemantibus ibi pœnam remigationis cum alia pœna de qua in pragm. p. 5. mutilationis lingue, vt D. Rouit. in rub. aduertit de blasfemantibus num. 16. & de Iure Regni Francie, pro prima vice mulctantur, pro 2. 3. & 4. duplicatur multa, pro 5. vice maximo cum vituperio fustigantur, & impunè ab omnibus iniuriantur, & etiam mulctantur, pro sesta vice labrum superius cũ ferro ardenti scindendum venit, ita quod dentes appareant, pro 7. vice labrum inferius, pro octaua vice lingua erit scindenda secundum Cassan. in cons. Burgund. cart. 68. num. 59. vt est videre de pœnis blasphcman. Decian. in tractat. crimin. lib. 6. c. 6. to. 2.] Et ad hoc erit aduertendum vnica dici vice blasphemasse cũ quis in vno instanti blasphemauerit, Cepoll. cons. crim. 76. quẽ sequitur Menoch. presump. 27. lib. 5. id D. Rouit. loco cit. nu. 15.] Cui addo D. Cripell. decis. Sen. Dolan. 42. ibi Senatum Dolanum iudicasse pœnam blasphemantis, & multiplicari si pluries blasphematum sit cum temporis interuallo, quod secus si vno eodemq; impetu, Angel. cons. 12. vol. 1. Alciat. de presumpt. regul. 2. presumpt. 6. n. 4. & idem tenet Couar. resol. c. x. num. 7. lib. 2. Petrus Plax epitome delictorum c. 1. n. 18. Farinacc. in quæst. 22. num. 29.

Et ad id quod statim conuictus fuerit blasphemus condemnetur adde alia spetialia per Fab. Montel. in prax. arbitr. p. 4. n. 743.

Num. 13.] De blasphemantibus, quod non valeant repulsare testes nisi ex capite inimicitiæ,] Adde

Annam singul. 67. vbi addidi Imbrian. de repulsa consid. 3. n. 49. incipit blasphemanti D. Rouit. in rub. de blasphemantibus n. 1.] Vnde Mascard. de probat. conclus. 149. & Gramat. cons. 15. nu. 12. tenent, quod inimici in hoc crimine non admittuntur, neque etiā testes singulares. Alex. cons. 72 n. 7. vol. 1. est verumtamen, quod teste Simone de Petris cons. 51. non dicitur, quis conuictus in crimine blasphemiæ, vbi adsunt solū testes singulares fœminæ minores infames, & aliter suspecti.

Et excusari aliquando blasphemūm, vt dicit Foller. &c. vide Alexan. Rom. in prag. 1. sub tit. de blasphemantibus n. 118. dicentē calore iracundiæ à pœna blasphemiæ excusari ordinaria, cui addit D. Rouit. in rub. de blasphemantibus n. 14. quòd quacumque passionē aliquis blasphemauerit nō habēs animum blasphemandi si tanta fuerit rixa. vt quod diceret non aduerteret peccet venialiter non mortaliter, Grass. in decis. casuū conscientiæ p. 1. l. 1. cap. 6. nu. 17. quibus conueniunt tradita per Tiraquell. de pęnis temperand. caus. 1. n. 14. cum enim ex passione immaginata verba quis prærūpit in Deum Mariam, & Sanctos suos propriè blasphemiæ titulum non habet hinc quidam rusticus absolutus fuit qui computa cum suo domino faciendo dixit iratus, quòd Deus facere non potuisset quin tot operarum debitor extitisset, vide Afflit. in constit. blasphemantibus n. 26. Farinacc. de delictis, & pœnis q. 20. n. 48. vsq; ad n. 52. Clar. §. fin. q. 60. n. 6. Foller. in prax. censual. verbo Nicolaus Episcopus nu. 56. Marcell. Cala de modo articulandi, & probandi, glos. vnica §. 2. nu. 768.] Sed quando dicitur quis ex ira blasphemasse, Baiard. ad Clar. q. 60. vers. est causa ira breuis furor, Menoch de arbitr. casu 375. n. 33. & Fab. de Monteleon. in prax. sup. 4. liter. arbitr. p. 4. n. 72. vbi multa.] Et adde excusari si statim quis se corrigat dicendo: *Dio mel perdoni*. Percutiēdo os, vel pectū, vel aliquid simile agendo, ex subita correctione, Alex. cons. 15. vol. 3. ante finem, Felin. in c. auditus col. 18. de præscript. Gerard. sin. 38. Soccin. cons. 102. & Cepoll. cons. 79.

Num. 14.] Si dicatur: blasphemiæ *dicendo al dispetto di Dio*. Latè Gramat. decis. 50. in const. blasphematores nu. 4. Cala de modo articulandi, & probandi, glos. vnica §. 2. nu. 769. Fusc. singul. 25. littera B, Farinacc. de accusat. q. 20. n. 13. Muscatell. in pract. crim. tit. de blasphem. n. 9. Caball. resol. crimin. cas. 296. Farinacc. tit. de pœnis temper. q. 95. num. 39. Ricc. collect. 75. Mainard. decis. Tholosan. 76. lib. 4. vbi affirmatiuè & Thor. in 1. par. compend. verbo blasphemia, an censeatur.] Inde scias expressè cum statutum speciale non exprimit, per quæ verba blasphemia inducatur ad ius commune recurrendum est, vt puta si Deus contemnitur, inde contemni dicitur cum quis ad Dei despectum verba protulerit.

Et quotiescumque aliquid Deo, vel Sanctis attribuitur, quod eis non conuenit, aut eidem, quod cōuenit remouetur; blasphemia dicēda est, vt pariter si turpia, & scelerata verba in Deum, vel Beatam Virginem proferuntur, quando nominatur membrum in Deo, vel Virgine, quod turpe esset nominari in homine blasphemia est nam satis eisdem tribuitur, quod non est si verba obscena, & impudica proferantur. Blasphemia dicitur irreligiosa apprehensio, detractatio potentiæ, vituperatio, & maledictio omne igitur maledictū de Deo, vel contra Deum est Blasphemia pariter verbum iniuriosum, quòd contra bonos mores dicitur quamobrem statutum disponens, quòd si quis Deum, vel Beatam Virginem Mariam, aut

Crucem

Crucem Domini Nostri Iesu Christi blasphemauerit, vel aliquod verbum iniuriosum, siue turpe, aut inhonestum, vel alterum ipsorum protulerit in libris trecentis pro qualibet vice puniatur hinc comprehendere conclusum est, eum qui dixerit, *potta della Nostra Donna*.] Erit pariter blasphemia dicere Deum tedeat, Deo displiceat, & similia scilicet quando huiusmodi verba sunt prolata super facto illicito, secus si super facto licito, vt puta si dicatur displiceat Deo, quod fœnus exerceam, quòd adulterium comittam & similia; ita tradit Couarr. in c. quamuis §. 7. nu. 9. vers. quanto vbi de pract. & Menoch. de arbitrar in casu 375. n. 11. est etiam blasphemare dicere, *Dio pouerinazzo*. Vt per addẽtes ad Bertazz. cons. 553. vers. ex his constat vol. 3.] Et vide de exemplis blasphemiæ per Thesaur. decis. 241. vbi etiam an sit blasphemia *dicendo al corpo di Christo*. Et quid si dicat, *mal'anno habbia*, Borrell. cons. 43. quid si dixerit, *potta della Madonna*, Barz. decis. 135. idem si dixerit, *al dispetto di Dio*, vt supra, *ò al Corpo, ò al Sangue di Dio*. vt docet Caball. resol. crim. casu 96.] Et vide de speciebus blasphemiæ per Sebast. Medic. in sum peccatorum par. 1. tit. 4. qu. 31. vsque ad fin. Claud. addens ad Bertazz. patrem cons. crimin. 553. vol. 2. Barz. decis. 135. & Borrell. de Magistr. editt. lib. 3. c. 2.

Num. 15.] Ponit quomodo Ius Canon. puniat blasphemantes.] Tu addas eo inspecto esse pœnitentiam publicam in foribus Ecclesiæ per certos dies secundum decisionem Parlamenti Delfinalis apud Franc. Marc. decis. 508. par. 1. vbi etiam blasphemiam esse mixti fori, & ab vtroque puniri.] Vide quomodo in statu Ecclesiastico per Baiard. ad Clar. in ver. blasphemia n. 6.

DE APOSTATIS.

NVm. 21.] De pena Apostatantium late Ricc. decis. 162. n. 3. par. 3. vbi de Apostatarum speciebus, & in decis. 176. & 201. ead. parte, & decis. 86. par. 4. n. 2. & decis. 48. vbi omnia.

DE HIS, QVI AD ECCLES. confugiunt.

NVm. 17.] De fugientibus ad Ecclesiam quod inuiti non debeant extrahi latissimè posuimus in Prato nostro super tit. C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt (vbi omnia) & declarauimus nisi cum licentia Papæ, vt in c. vxor fœlicis 17. q. 4. Decian. tract. crim. lib. 6. c. 27. n. 4. Borrell. in summ. decis. tit. 3. 1. parte nu. 67.] inde in quibus casibus possint extrahi ab Ecclesia confugientes ad eam, Capibl. de Baronib. in pragm. 8. par. 3. n. 205. quia nemo propriè priuandus est ipsa immunitate nisi determinatè, & expressim fuerit exclusus, vt scripsit ipse Capibl. allegat loco, & ponit Giurba cons. 30. n. 5. ex Ricc. decis. 141. par. 1. n. 1. Cattul. 156. n. 15. vbi alios allegat D. D. prout in cons. x. n. 2. 6. & ibi abbundantissimè.] In tantum quod ad corroborationem eorum, quæ ponit Authorr si de facto fuerit extractus potest petere, vt reponatur ampiia etiam si cum eius consensu fuerit extractus, quia adhuc immunitati Ecclesiæ præiudicare nõ potest, Pecch. de arrest. iur. sistẽd. c. 9. nu. 3. Bouadigl. lib. 2. polit. c. 14. nu. 79. Mastrill. decis. 169. n. x. & Giurba cons. 100. nu. 36. latissimè ibi reprobata quadam opinione, & etiam quod fuerit extractus in delictis pro quibus posset extrahi, sed non seruato ordine seruando adhuc debet reponi, vt puta si confugerit quis ad Ecclesiam, & non seruata forma legis fuerit extract', & ex subsequentibus

tibus

tibus probationibus appareat delinquentem comisisse delictum à lege exceptũ per confessionem nempè extracti : tunc facienda est adhuc restitutio Ecclesiæ vti spoliatæ, Remig. de immunitat. Eccles. q. final. Guazz. reorum defens. 1. c. 29. à n. 9.] Inde scias in hac pũtualitate extrahere quẽlibet cuiusq; criminis reum ad Ecclesiam confugientem requirente Curia seculari ad solum Episcopũ pertinere, vel de eius licentia cũ Ecclesiasticæ personæ interuentu ad id deputatæ, Gomez. var. tom. 3. c. 2. n. 1. Gratian. discept. 596. n. 17. Bellug. de Principe rub. 11. §. sed quia nu. 18. in casibus in quibus certum est non gaudere immunitate; Episcopo autem recusante licentiam dare, ac persona Ecclesiastica nolente eius capture, & carcerationi interuenire licitum est ministris, ac satellibus Curiæ secularis per se extrahere, & carceri Curiæ Ecclesiasticæ mancipare, Ambros. c. 11. n. 1. Gratian. discept. 596. n. 5. Adeò vt cognoscendum ab Episcopo in primis sit, an confugiens delictum exceptum commiserit mox illum seculari curiæ consignare, Ambros. d. c. 11. n. 7. Giurba d. cons. 102. n. 19. & sequentibus.

Num. 18.] De fure exponente rem furatam prope Ecclesiam, & postea ad eam cõfugiente, quòd possit extrahi, nec gaudeat immunitate, &c.] De iure communi loquendo.] Posset dici ratione contrectationis, iudicem esse competentem ipsum Ecclesiasticum, vt est quæstio de delicto commisso in Ecclesia quis debeat cognoscere, & diximus in Prato nostro Ecclesiasticum, in tit. de his quæ ad Ecclesiam confugiunt cum verum sit incompetentem fieri iudicem rationem contrectationis, Ricc. resolut. 85. per totam attenta opinione Bartoli.

Num. 20. & 21.] De Ecclesia interdicta si habeat priuilegium, &c. Latissimè Ricc. decis. 255. per totam par. 2. ibi de Ecclesia profanata ad vsum histrionum.

DE LEGIBVS, ET Constitutionibus.

NVm. 23. & 24.] De legibus correctis, &c. Adde quæ dixi in Prato meo in principio primi libri Codicis, &c.] In l. cordi vnica sub tit. de emendatione Iustin. Codicis.

DE PRECIBVS IMP. offerendis.

NVm. 25.] Post pragmaticam, quam citat D. Auth. quæ est prima sub tit. de relationibus causarum adest. Alia 2. eod. tit. in c. 3. & 4. per quam post quindecim dies relationes non impediũt causæ cursum, licet in ea erat post octo, & in ipsis patet in Collaterali Consilio non ordinari relationes, nisi pro causis arduis.] Et addas in hac puntualitate aliam pragm. 7. eodem tit. quòd elapsis 20. diebus post supplicationem obtentam, quod S. C. verbum faciat in causis super tenore instrumenti, & similibus per M. C. potest procedi ad vlteriora non obstante dicta supplicatione.] Et pondera prag. 4. eod. tit. vt non obstantibus 20. nec quindecim, nec octo diebus relatione in Collaterali Consilio pendente procedatur in causis contra inquisitos preter quam ad actum irretractabile.

DE OFFICIO EIVS, QVI vicem alterius gerit.

NVm. 26.] Officia non posse geri per substitutũ sub pœna.] Vide quæ larga manu cumulaui in l. 2. C. de officio eius, qui vicem, &c. Vbi casus pro tempore euetos retuli, & addas D. R. Rouito cons. 87. vbi plura pro prædicta materia.

DE IVRISDICTIONE omnium Iudicum.

NVm. 27.] Author meus scribit in hoc numero quibus fuit cōcessum merum, & mixtum imperiū; de puntuali tractatione multa,& quasi omnia cumulauit,Borrell. par. 1. summæ decision. tit. 41. de consuetudine, & imperio, & adde Barones vti non posse mero,vel mixto imperio nisi quatenus virtute priuilegiorum, vt in pragm. 8. de Baronibus sed,an in generali inuestitura censeatur cōcessum merum, & mixtum imperium, Luc. de Penn. in l. si quando C. de bon. vacantibus lib. 11. Bart. Alex. & alij in l. 1. ff. de iurisd. omn. iudic. Andr. in c. 1. quæ sit inuestitura affirmatiuè concludentes, sed in contrarium est,& ea ratione, quia merum imperium est de regalibus, vide proinde Capibl. in cit. pragm. par. 1. n. 61. qui n. 65. latè quo tempore fuerit communicatum tale imperium,

Num. 28.] Concludit Vniuersitates non habere iurisdictioné creandi 1 Officiales tu vide Constit. Regni (cū satis) sed in multis Prouincijs. vbi fui Auditor, vidi aliquas terras habere has prerogatiuas creandi aliquos officiales,vt Afflict. etiā testatur ibi,& D. meus R.Tappia, & cauetur, ex Crauett. cons. 117. vol. 4. Ciuitates Lombardiæ habere multa Regalia Montan. in pragm. 2. de admin. Vniuersit. n. 180. cum seq. Auendan. de exequend. mandatis c. 1.] Et addas Ciuitates quæ vti Republicę Gubernantur habere regalia omnia, Bart. in l. 1. §. de qua re ff. de postul. Gall. obser. 57. n. 7. lib. 2. Roland. cons. 29. vol. 1. qui loquuntur de Ciuitatibus Ianuę, Senarum, Venetiæ, Lucanæ, Florentiæ, Peregrin. de Iure Fisci tit. 2. c. 2. num. 44.

Num. 29.] Barones non habere iurisdictionem in eorum terris; dixi nudius tertius cuidam Aduocato istius Hydruntinæ Prouinciæ proinde nō posse Barones interuenire, neque torturis, & in capiendis informationibus nam tenentur demandare iurisditionē cū ipsi non possint exercere, de Franch. decis. 511. Freccia de subfeudis fol. 209. ita,vt nec rescripta expedire possint dicendo facias, vel non facias; ita, sed iustitiam tm̄ possint excitare, Petra de potestate Princip. c. 1. n. 55. fol. 45. solus .n. Princeps potest mandando decernere, Bart. cons. 23. patet ex Constit. Regni (ea quæ) ad speciale,] vbi omnes notant, vid. D. Regent. Tapp. meliorē omniū, vnde ad propositum, quod non interuenire debeant, & possint in informationibus,& torturis, adde quia de facili præsentia eorum animos subuertere posset, & in quadam causa obtinui 6. Baronē vti Aduocatus prout quod nesine sua licentia excarcerentur Vasalli Baro ordinare potest.

VT OMNES OFFICIALES deposita administratione stent Syndicatui.

NVm. 30.] Dixi abunde in fine huius practicæ in tit. & taliter segerat, vt in fine Officij num. 2. vbi omnia.

DE EXIBENDIS DONATIONIBUS in personam Iudicum.

NVm. 31.] Est pro nobis Officialibus si possumus recipere munera, & à quibus. Tu videas quæ larga serie in ll. Regni sub tit. de muneribus Officialium statuitur,& benè cum ex gratitudine munerum experientia docet infigi passiones in animo gratificandi,& animi passiones faciunt videre iniustū iustum, & falsū verū, & ob munera,& pecunias hominū intellectus fuisse obscuratos,& infinita mala patrata legimus in Genesi 23. quod pecunia Ioseph

à fratribus fuit venditus, & pecunia Christus traditus; tot bella, tot langores quotidiane seditiones oriuntur, & de his tractatus edi possent hinc dixit Crauett. consil. 7. n. 3. mortales naturaliter pecuniam appetere, & propter eam seipsos illaqueare, inde si vis videre Iudices munera accipientes quibus pœnis puniantur leggas Mathiensem cap. 25. 26. & 33. in dialogorũ relat. & aduoc. par. 3. & ex hoc dixit D. R. Rouitus in pragm. 1. de muneribus Officialium num. 13. facillime incurrere Officiales in crimen barattariæ ob munera quæ capiunt.

Sed à quibus accipi munera possunt, Mascard. conclus. 164. n. 13. & 14. & de iure communi, nec exculentum, & poculentum recipere potest Officialis, quando habet salarium sufficiens, glos. in auth. ius iurand. quod præstatur ab his in verb. annonis.

Ac pariter ex causa remunerationis prohibentur recipere munera Officiales, Bart. in l. principalibus 6. limitatione ff. si cert. petatur, & ibi Decius, Paris de syndic. in verbo contrahere §. Officiales.] Et si contrarium voluerit, Alciat. lib. 4. Parerg. c. 49. & Tiraquell. in repet. l. si vnquam verbo donatione largitus n. 57. C. de reuocand. donation. cum appellatione donationis non venit donatio remuneratoria quæ est quędam species permutationis, & debiti solutio, de Franch. decis. 428.

Sed hodie nonnulli Officiales dicunt habere tenuę salarium, & proinde se excusant, allegando aliàs officium esset eis damnosum, vt Mascard. concl. incip. baratteria, sed eorum rapacitas non saluatur ex hoc licet salarium debeat esse Officialibus bonũ ne daretur materia furandi secũdum Viu. decis. 113. cum respondetur, quòd ipsis imputetur, quia debent esse contenti emolumentis, quibus satisfacti apparuerunt, l. 4. ff. ad l. iul. repetundarum, vnde dicebam & ex hoc tex. osculatus fui ab eximio viro, & meo collega in Audientia Barensi, quod competens salarium statuendum est Officialibus, vt honestè viuant cum familia, & posteritati, ac senectuti consulant de suis laboribus per l. hanc §. sexcenti C. de administrat. diuers. offic. quam nota tu iuuenis.] Vide plura per Ozasc. in proemio suarum decis. pro hac curiosa materia, & quod in transitu itineris potest Officialis recipere aliquod commestibile moderatè tantum etiam ab Vniuersitate, Bouadill. lib. 5. c. 4. n. 48. quam doctrinam pariter obserua, & fecit mihi magnum honorem dum allegaui Illustrissimo Marchioni Orioli Presidi Prouinciæ Terræ Bari in itinere quem faciebat per Prouinciam occasione cuiusdam pacis ordine Excellentissimi Proregis Ducis de Alcalà.

DE OFFICIO MAGISTRI Iustitiarij.

NVm. 32.] Pro cognitione Magistri Iustitiarij addas quæ dixi infra in nu. sequẽti, & pro distinctione iudicũ M.C.V. addas prag. 2. §. nunc verò infra de officio S. C. & R. Rouitum in pragm. 1. de officio Magistr. Iustitiar.

Num. 33.] Neapoli M. C. successisse in locum Magistri Iustitiarij, Mari ad Gramat. decis. 34. n. 24.

Num. 34.] Pro primis causis neminem extrahi extra incolatum pater, ex prag. 2. vbi de delicto, & c. ne vexentur grauioribus expensis, & vt facilius possint defendi, & maiori comodo viuant. Vnde Vassalli pro obseruantia huius legis semper possunt petere remissionem pro dictis causis, etiam Barone non comparente, de Franch. decis. 529. Marc. decil. 360. Afflict. 155.

Solet tamen Prorex ordinare, vt citra præiudicium priuilegiorũ terminetur causa apud suum Tribunal, vt Audientiæ Hydruntinæ mandauit

mandauit hoc tempore Excellentissimus Comes Montis Regum Prorex iustissimus respectu causæ Baronis, & aliorum de Cicala, de qua ego eram commissarius, & est videre Marcum Anton. Surgent. de Neap. Illustr. c. 15. nu. 1. vide Couarr. c. 9. de Franchis decis. 541. &c.

Num. 35.] De cognitione officij Magistri Iustitiarij adde cum vt supra diximus M. C. successisse in eius locum esse iudicem competentẽ omnium personarum cuiuscumque status, gradus, vt per Muscatell. in prax. lib. 1. par. 2. glos. competentes n. 11. & habere iurisdictionẽ in toto Regno in ciuilibus, & in criminalibus, etiam cõtra omnes Barones in genere, Carauit. rit. 46. n. 16. & antiquitus nu. 6. exercebat iurisdictionẽ super omnia Castra, Franc. de Amicis in c. 1. §. sumus modo n. 7. fol. 47. de his quod feud. dare possunt quæ deinde fuit pessumdata tempore Regis Alfonsi, qui cepit communicare Baronibus menum imperium, Capiblanc. in pragm. 8. n. 43. de Baronibus, sed hodie in appellationibus remansit suprema.

Num. 36.] De intelligentia pragm. quam allegat Auth. meus vide.] D. Regentem Rouitum qui latissime.

DE IVSTITIARII eorumque Officio.

NVm. 37.] Enuntiauit Regens eximius Rouitus in prag. 3. de officio iustitiar. n. 1. Presides Prouinciarum esse iustitiarios, & addas ad conclusionẽ Authoris Præsides Prouinciarum de iure communi Officiales in sua Prouincia delinquentes punire debere, Carauit. rit. 49. n. 1.] Est verum tamen, quod Preses Prouinciæ non potest votare in Tribunali, Capiblanc. de Baronibus in rub. n. 31. & hæc faciunt vsque ad n. 41.

Num. 41. & sequentibus.] Adde quod faciles sunt, & quod debeant perquirere loca suæ Prouinciæ patet, quia Principis onus est bannitos, & rebelles extirpare suis sumptibus, Luc. in l. susceptorem C. vt rusticani ad vlum obsequium lib. 12. &c.

DE SACRILEGIO.

NVm. 47. & 48.] Vide pro ornatu istorum numerorum Visconte concl. vsura vera, vbi melior omnium materiam enucleat per plures columnas, &c.

VNDE VI.

NVm. 57.] Tractat materiam defensionis quam si scire debes quando sit licita Duenam addas regul. 191. & 192. Honded. cons. 99. vol. 1. Farinacc. q. 123. & Ricc. decis. 16. & 164. par. 2. & de ipso modo defendendi Grass. decis. 98. n. 1. & Farinacc. loco cit. n. 330.

Num. 58.] Moderamen inculpatæ tutelæ tunc dicitur gestum quando non potuit quis euadere periculũ personę famę, seu honoris, vel rerũ Gram. cons. 56. nu. 16. & in proprio particulari mei Authoris quando insultatus furore accẽsus excesserit nõ cõsideratur talẽ moderamen, quia primimotus nõ sũt in potestate hominis, Afflict. cõst. asperitatem 7. notabili subdit tamen totum residere in pectore Iudicis, & idem tenuit Menoch. de arbitr. cas. 277. & 278. vbi plenè in hac materia scripsit, & Gramat. cons. 56. n. 17. & 18. dicens, quod excedens modum inculpatę tutelæ non tamen ex propria, sed in rixa non dicitur incurisse aliquam pœnam, & ad pœnam conuentionalem aggressus qui se defendendo modum excessit non debet puniri, Afflict. decis. 206. n. 3. & 4.

Num. 58.] Pro hoc numero facit decisio huius nostræ Audientiæ Hydruntinæ sub mẽse pręterito Octobris sub die 9. anni 2631. ad mei rela-

lationem in causa Andreæ Violæ, qui vti agressus, seù prouocatus modũ excesserat in se defendẽdo fuit dictum teneri non pro toto, sed pro tanto, Afflict. in constit. si ciuiliter nu. 6. Arnon. folio 22. & sequenti, Vrsill. ad Afflict. decis. 206. nu. 6. addentes ad Rom. singul. 3. Marant. cons. 62. n. 6. Rota Luc. decis. 14. & 42. in nouis, Farinacc. sup. cit. loco, Thor. 1. part. Compend. fol. 259.

Et vide quis dicitur aggressor per Amicis cons. 23. Gramat. cons. 29. & si agressus occisit agredientẽ fugientem, Afflict. in const. terminum vitæ nu. 18. fallẽt. ij Farinacc. d. loco n. 385. & seq.

DE CRIMINE LAESAE *Maiestatis.*

NVm. 59.] De mouẽtibus Guerram quomodo puniantur patet ex allegatis per Isern. in c. 1. hic finitur lex, quem allegat Borrellus de Magistr. ædictis lib. 1. cap. 8. n. 56. quia authoritas indicẽdi bellum in Principe, & eius consilio consistit.

Num. 60.] Copia reo inquisito non datur in crimine læsæ Maiestatis absq; consultatione Regia.] Addas ad propositum in arduis causis fisco reluctante esse denegandam copiam repertorũ inquisito ante litem contestatam, sed capitula tantũ dari debent, de Franch. decis. 619. vbi secus in alijs causis ordinarijs, Thor. 1. par. Compẽd. verbo copia repertorum.

Num. 61. 62. & 63.] Inquisitus de crimine lęsæ Maiestatis, quod habilitetur sub fideiussoribus dixi supra in tit. item quod comisit crimen lęsæ Maiestat. nu. 101. licet arbitraria sit habilitatio secundũ Capibl. in tract. de Baronibus in pragm. 19. n. 27. vt Carauit. rit. 41. & Gramat. cons. criminali 45. sed si vis videre omnia in hac puntualitate addas quæ scripsi in Prato in l. 3. C. de Episcopali audientia, &c.

Num. 64. 65. 66. & sequẽtibus.] Pro perfecta cognitione criminis lęsæ Maiestatis, & quot sint eius capita per Capic. decis. 130. n. 1. ad 27. Anna consil. 12. de Aponte cons. 1. n. 27. & 29. vol. 2. & Thor. in 1. par. Compend. verbo criminis lęsæ Maiestatis capita, &c. Baiard. ad Clar. in §. lęsæ Maiestatis per totum.

DE PROHIBITA *deportatione armarum.*

NVm. 76.] continet materiam pecuniariam, & ad corroborationem nota Armorum vsum prohibitum esse secundum Viscontẽ in conclusione Arma portans, &c. Et proinde dominos feudorum cogere subditos, vt arma non deferant, Roland. à Valle cons. 3. vol. 2. Caball. cas. 228. Menoch. de arbitr. casu 394. nu. 26. & Farinacc. q. 108. n. 3. & ex hoc officiales grauiter peccant, seù delinquunt, qui permictunt indifferenter arma portare, Afflict. in tub. const. intentionis, & de alijs ipse Visconte cit. loco latissimè.

Num. 77.] Arma etiam cum licentia in propria patria deferri non possunt, vt in Capit. Regni, vt inter subiectos per quod testatur R. Rouit. in rub. de armis n. 6.

Numer. 78.] De pœna deferentiam arma addas prag. Regni sub tit. de armis.

Sed quia in nonnullis ipsis pragmaticis pœna est alternatiua, an iudex debeat dare mitiorem, & vide Carauit. de Senat. consult. Macedon. in §. 3. n. 5. 6. & 7. & Menoch. de arbit. q. 94. & Tiraquell. de pœn. temperand. caus. 32. & puntualiter Andream in c. si verò violator vers. si miles nu. 24. de pac. tenend. & eius violatione quando vna pœna est pecuniaria, & alia corporalis, quod electio sit Iudicis.

Num. 79.] Spuit tortura in quibus casibus irrogetur.] Tu addas Intriglíolam decis. 19. D. R. Rouit. in prag.

in pragm. 11. in fine de custod. reorum n.11. & in pragm. 1. n. 16. de immun. Neapolit. D. Capibl. in pragm. 8. par. 2. n. 258. & Visconte in fine in conclus. tortura.

Num. 80. & sequentibus dic pro ornatu complementi ipsius materiæ plures posse deferre arma, vt primo artistæ ratione proprij exercitij deferunt ferramenta quędam quæ arma dicuntur D. Rouit in pragm. 1. de armis ibi rustico arma ruralia Et iter facientibus per loca periculosa conceditur ensis delatio l. 1. ff. ad l. iul. de vi publica, vt heri conclusimus in hac Audientia respectu cuiusdam capti à capitanio huius Ciuitatis, D. R. Rouit. in rub. de armis nu. 9. & etiam nota itinerantibus per subburbia permicti deferre arma non prohibita secundum Bertazz. consil. criminal. 46. prout nobiles Sedilium asportant ensem nulla propria licẽtia, vt videmus actu obseruari Neapoli, & in hoc Regno, & in Gallia patet, ex Rebuff. in l. armorum vers. 7. ff. de verbor. significat. vide omnia per doctissimum Hispanum, Bouadill. semper leggendum in sua polit. lib. 1. c. 13. à nu. 65. ad 86. & vsque ad num. 138.

DE EXTRAHENTIBVS contra aliquem arma.

NVm. 83.] Tractat de pœna extrahentiũ arma.] Concordat cũ prag. 2. de armis, vt per eã.

DE VVLNERANTIBVS contra aliquem.

NVm. 84.] Ponit pœnam vulnerantis aliquem tu addas Baiard. ad Clar. in q. 69. nu. 14. vbi vulnerans cum armis prohibitis quomodo puniatur, & in q. 31. n. 15. an possit vulnerans puniri antequam mors vulnerati sequatur, &c.

Num. 85.] ita practicatur in informationibus in dies.

Num. 86. & seq.] Faciunt scripta per D. auth. supra tit. de forma capitulorum in vulnere per omnes num. 5.

DE HOMICIDIIS.

NVm. 88.] Scribit penam, ex excusationẽ homicidij) sed queras, an pœna homicidij teneatur, D. Reg. Rouit. de composit. prag. 8. nu. 21. vbi punire homicidium pœna legis cornelię. Volens occidere vnũ dum occisit alium euenit in citatione Gallipoli.] Casus & triturato negotio in R. A. Ego qui eram commissarius allegaui opinionẽ negatiuam esse equiorem ex terminis communibus de quibus tu criminalista recordare potes Fiscus allegabat, quod dabat operam rei illicitè, &c. Et quod proinde Vasqu. controuers. illustr. cap. 96. num. 32. vers. sed quid si post Bartol. in l. respiciẽdum §. delinquunt pœnam mortis irrogandam, prout Couarr. p. 1. select. §. x. n. 14. Gomez. c. 3. de delictis.

Inde audito negotio, ac visa decis. Thesaur. 243. consulto Principe, minorẽ pęnam irrogauimus quam allegat, & sequitur Baiard. ad Clar. §. homicidium num. 12. per totam, &c.

Et de pœna commictentis homicidium in rixa, Roland. à Valle cõs. 63. nu. 3. & seq. lib. 2. Raudens. conf. 27. n. 32. Pascal. par. 3. c. 6. n. 22. & quod commissum casualiter, & si de dolo puniatur pœna mitiori mortis, Thesaur. q. forẽs. 13 lib. 3. Intrighol. singul. 9. lib. 1. & cons. 15. nu. 45. sed quando dicitur homicidium commissum consulto, & animo deliberato, Mastrill. decis. 297. par. 3. Castill. decis. 172. & quando dicitur cõmissum homicidium ad sui defensionem idẽ Castill. decis. 174. par. 2. & quando est cõmissum ex iracundia pariter punitur mitius Thes. decis. 178. & Farinacc. q. 91. à n. 1. de causis excusandi, &

Et minorādi adde etiā homicidam verum qua pœna puniri per de Franch. decis. 592. n. 1. Visconte in conclus. homicidium.

DE DEFENSIS.

NVm. 90.] Ad ornatum Const. Regni fidelium nostrorū quam allegat Auth. meus, vide Afflictū nostrum, & quod de causa sprete defense non cognoscat nisi magister Iustitiarius, vel Regni iustitiarius, & de defensis absque Regia concessione non instituendis D. R. Rouit. in pragm. 1. n. 18. de salar. eorum qui mictuntur pro seruitio Regio ibi quomodo contra Ecclesias personasque Ecclesiasticas.

DE RAPTV, ET VIOLENTIA *Monialibus illata.*

NVm. 91.] In Prato meo omnia cumulaui in l. raptores C. de Episcopis, & Clericis proinde ibi recurras, & vide Visconte conclus. raptus satis abundè.

DE VIOLENTIA *Meretricibus illata.*

NVm. 92.] Habuimus in R. A. & vigore ipsius constitutionis omnes ita votauimus sub die 29. Aprelis 631. & ex decis. de Franch. 70.

Et de ipso tempore quod datur ipsi meretrici late Andreas in Const. in quęstionibus, & quod in meretrice est probanda violentia præsidens mormilis in constit. ad capitalem num. 3. Nos in Prato ad l. raptores n. x. & xi. C. de Episcopis, & Clericis, quia tales mulieres non præsumuntur violentate. Aduerte tamen, quòd violentia differt à vi secundū Baiard. ad Clar. q. 83. nu. 21. & in hoc proposito applica Capibl. de Baronibus pragm. 8. par. 1. nu. 331. quod mulier cognita differēs conqueri, & accusare pręsumitur, ex voluntate, & non vi cognita, &c.

DE PROBATIONIBVS.

NVm. 93.] Legitur iste num. de per se, & adde violentiam non probari si titius per vim mulierem cognouisse probetur Baiard. in §. stuprum num. 39. qui in q. 89. n. 25. vim publicam dici deductam, notat si in processu probatur de armis licet in libello simplici sit facta mentio de vi.

DE TESTIBVS.

NVm. 95. & 100.] Si audientia testium commictatur in criminalibus omnia videas in additione mea ad decis. Gizzarelli 27. n. 2. & 1. & 3. & 4. Cauens. rit. 151. n. 1. vol. 1. & quomodo commictatur.

Num. 96.] Causarum expeditio non retardanda; addas proinde dilationes amputandas Carau. rit. 80. n. 8. & 219. num. 1. & 60. nu. 1. & 3.

Num. 97.] De nominatione testiū extra Regnum adde quot, & quæ requirat per D. R. Rouit. in prag. 7. de ordine iudiciorum n. 23. qui in nu. 24. tam intra quam extra Regnū infra quinque dies post terminū fieri debere alijs illis elapsis non admictitur; & patet in prag. Lemensiū Comitis 28. capit. & propriè in 9. cap. sub tit. de caus. decidendis, & n. 30. in omnibus, & quibuscumque causis fieri, sed simpliciter fieri debet nominatio, verum non conditionaliter, prag. 63. de Officio S. R. C. & postquam sit facta debet vti alias nominans incidit in pœnam, vt in pragm. 1. de procuratoribus, quod nō est verū si eadem, vel sequenti die renunciauerit, vt in pragm. 60. de offic. S. R. C. vide Galluppum collegam meum ornatissimum in praxi S. C. cap. 23. de nominatione, & audientia testiū, qui larga manu cumulat, & ipsum D. R. vbi omnia.

DE

DE NON SVCCVRRENTIBVS *mulieri damnati violentiam patienti.*

NVm. 103.] Dat pœnam non succurrentibus mulieres clamantes ob violentias,& dicit nouo iure esse impositam.] Tu addas teneri quem succurrere isto casu etiam cum armis, vt additio ad Afflict. in const. quicumque benè ponderauit,& talem succursum deberi etiam per seruum domino iure cautum reperitur, vt perbelle Paschalis de patria potestate p. 3. c. 6. per plures numeros, vbi etiam eis succurrere deberi Officiales offensos,Cacher. decis. Pedem. 138. n. 7. de Franch. decis. 210. n. 10. & Capic. decis. 130. num. 67. & sequentibus.

DE CALVMNIATORIBVS.

NVm. 104.] Sumas iniustè accusantẽ puniri; tũ ornes hãc conclusionem secundum Carauit. rit. 68. & Clar. in q. 7. n. 11. quod accusans aliquem de iure cõmuni se inscribere debet ad pœnam talionis si nõ probauerit id propter quod illum accusauerit toto tit. de accusationis, Menoch. de arbitrar. cas. 322. Scacc. de iudic. c. 51. Sed de iure nostro Regni recessit ab aula, Borrell. de Magistr. edict. c. 8. lib. 2. Suarez in recept. sentent. verbo talionis, Duena regul. 27. & loco talionis fuit imposita pęna vnciæ viginti 2. rit. M. C. quæ pœna adhuc desijt in abusum, vt habetur per Gramat. decis. 39.

Est verùm tamẽ quod calumniosè,& falso aliquem accusans tenetur ad expensas l. scienter C. de excusat. tutorum, Cornazz. decis. Lucens. 197. Ricc. coll. 1218. & 1219. Mangrella ad Bart. in l. accusatorem ff. ad l. flauiam de plagiarijs, & si quis aliquẽ accusauerit, & nõ probauerit actione iniuriarum tenetur Campagn. in c. Regni accusatorum temeritas n. 19. sed hodie raro, aut nunquam ad expensas accusatores tenentur, ne terreantur quærulantes, & ab accusando desistant,& ita seruatur in pragm. dicat tamen quid quid velit Gramat. in fine præcitate decis. & vide Carauitam rit. 297. num. 4.

Num. 105.] De muliere pregnante (quando condemnetur,&c.) addas non sumi supplicium de muliere pregnante in quacumque pœna corporali, sed nec in pœna relegationis si verisimiliter causetur aliquod periculum in partu, quia mulier sit debilis non solita iter facere, etiam quod esset prægnans ex adulterio, & in carcere cõcepisset malitiosè, vt euitaret pœnam, Gomez. de delictis to. 3. c. 13. n. 38. Io. de Anania in c. intelleximus nũ. 7. de his qui filios occidunt, & per Gomez. loco citato habetur, quod exequutio sententiæ statim post partum debet fieri si fuerit condemnata ad mortem naturalem, si verò ad aliam pœnam corporalem debet differri, donec sit fortis, vt possit eam sine periculo mortis pati, & si filius natus habet vnde possit alimentari debet quæri nutrix quæ ipsum alat suis expensis si verò non habeat bona, & non reperiatur nutrix debet solui de publico, & si non reperiretur nutrix prętio, nec gratis, illa mater condemnata debet seruari,& exequutio sententiæ debet differri.

Benè tamen cum muliere pręgnante potest agitari processus, & iurare, & deponere tanquam testis, vel pars nisi sit periculum partus, quia ducatur de longè, & feratur sententia condemnatoria licet differatur exequutio,& quomodo probetur pregnantia, Mascard. de probationibus concl. 1208. vol. 3.

Num. 106. dixi in num. 104.

Num. 107. & 108.] Quandò quis dicitur calumniator propriè.] Addas, quia calumnia delictum de per se est, secundum D. R. Rouit. in

in prag. 1. de sydic. Officialium nu. 68. Et tunc propriè quem dici calũniasse quando apparet quod sit in euidenti calumnia, vt in cõst. Regni pœnam calumniæ, & latè Farinacc. q. 16.

E de non puniente calumniatorem adde c. Regni Regis Roberti, quod incipit accusatorum temeritas, Afflict. n. 6. in const. pęnam calumniæ, vide Baiard. ad Clar. q. 62. n. 21. & sequentibus quomodo id intelligatur.

Et de pœna calumniatoris ipse Farinacc. q. 16. & addentes ad Bertazzol. cons. 212. vol. 1.

Num. 109.] Quod accusator debet se obligare de probando.] vide seruari in Curia Archiep. Neapol. per ritum sextũ, & allegat Baiard. ad Clar. q. 81. n. 6.

DE VIOLENTIIS circa possessionem.

NVm. 110.] Obserua pro hac tractatione violentiarum in possessionibus.] Et respondeas violentiam commissam in rebus stabilibus aliter puniri quam eam quam in instabilibus cõmittitur, Afflict. in const. Regni violentias num. 70.

Et ex Thesaur. decis. Pedem. 35. scias vim publicam commicti quando quis coadunatis hominibus alicui violentiam infert, & hæc coadunatio debet cum armis fieri; ita vt sola armorum præsentia publicũ nomen faciat, & ideò vbi nulla hominum concio probatur, neque vim in loco publico fuisse commissam dici potest, neque de priuata accusari posse visum esse quoniam ista nisi conuocatis hominibus, vt quis verberetur non infertur, Mart. decis. Pisan. 105.

Aduertendo quod depopulatores, & aggressores alienarũ domorum, quia vim publicam commisisse dicũtur cuius criminis deportatio est, & eius loco præsertim à tota patria succeffit quando tria delicta commisisse dicuntur pęnam capitalẽ meritò luunt, Guid. Papa decis. Gratian. 423.

Et nota esfractores foriom cum turba, & armis, & cum aliquid rapuerunt capitis pęna puniri, Boer. decis. 173. prout etiam notes vim dici illatam quoties propria auctoritate quis sibi ius dicit, vel occupat propria auctoritate rem ad alium spectantem l. extat ff quod met. causa, Corn. cons. 83. n. 25. vol. 4. & si vis scire violẽtia quot modis infertur per Gaill. obseru. lib. 1. c. 3. nu. 4] Datur namque differẽtia inter vim, & violẽtiam, & actũ per vim, seũ violenter factum, vt docet Castrens. cons. 27. vol. 1. Bois. tit. de pluribus violentijs, Menoch. de recuper. possess. in præludio n. 38. & Gomez. tit. de delictis c. 4. prout de pęnam Clericorũ violentiam inferentium, Diaz in pract. crim. can. cap. 95.

Num. 113.] Obserua hunc num. & memini me abunde scripsisse in addit. ad decis. Gizzarelli. 84. circa paupertatẽ eiusque effectus.] Et cum decernere debeat iudicẽ quem paupere demonstrabis cum Azued. cons. 16. & 24. nu. 60. vbi quis dicatur inops, mendicus, ac miserabilis secundum Mascard. de probat. conclus. 1003. n. 69. & in conclus. 737. quando probatur facultates nõ esse sufficiẽtes proære alieno, de Franch. decis. 410.

Ideò scias pauperem in dubio non præsumi, sed quemlibet industriosum, & contrarium dicentem debere probare Ias. in §. qui pro eo n. 16. & in repet. l. si constante nu. 114 ff sol. matrim. Dec. cons. 120. Caualc. decis. 3. n. 34. 1. parte, Carocc. de oblat. 2. parte q. x. nu. 7. Valalc. consult. 1. nu. 1. Petr. Roiz. decis. Lusit. 4. nisi esse soluendo allegetur ad suam intentionẽ fundandam ipse tunc probare debet, & Afflict. in const. intentionis nu. x. & decis. 372. cum add. quæ videtur pũtualis ex regula eum probare debere id

redi quod est fundamentum suæ intentionis. l.ei qui ff. de probat. l. si quis pro C. de donat. Negus. de pignor. 5. membro 5. par. nu. 12. Mascard. conclus. 824. nu. 14. cum sequent. Thor. par. 1. comp. verbo moratoria, qui se fundat super diuitijs debet illas probare, & in dubio præsumi idoneum dicit ibi Afflict. procedere quo ad mores non quo ad facultates cũ quilibet nudus nascatur nu. 4. & 5. & Ias. in d. l. si constante à nu. 124. iusta illud Plinij lib. 7. (hominẽ nudum in nuda humo proiecit) & Benincas. de paupertate 6. q. in primo n. 2. Surd. decis. 295. nu. x. Azued. cons. 16. n. 18. nisi concurreret aliqua præsumptio pro allegatione paupertatis, quæ à probatione releuaret tunc illa probata dicetur probata paupertas, vt puta probando decottionẽ, vel quod cessit bonis, quæ propter inopiam accidunt Ias. in d. l. si constante nu. 147. vel quando vadit hostiatim mendicando, vel si ob delictum omnia fuerunt cõfiscata, ex quibus eum iudicatur notoriè non soluendo Negusant. de pignoribus primo membro 8. par. & probat Iason. vbi ponitur modus probande paupertatis, & per Menoch. cas. 65. cognitio paupertatis, vt Apicella allegat. 6. latissimè.

DE COMMITTENTIBVS violentiam in personis.

NVm. 114.] concordat pragm. Regni sub tit. de capientibus homines per vim quam allegamus in materia committentium recatta, vt in prag. 12. de exulibus, & in rub. D. R. Rouitus, & adde esse peioris conditionis tales homines latronibus, nam à capiente possunt cognosci D. Capiblan. 2. parte in verbo recattum committentes in Indice.] Ibi recattũ committentes cum sequestratione personæ cognoscũtur à Iudice capiente, ipse idem Capibl. in prag. 8. par. 2. de Baronib. n. 128. & 129.

Et nota pro augmento istius tituli Petrum Caball. resol. crim. cas. 93. concludentem violentiam cõmissam ad domum portam, aut fenestram alicuius si persona non tangatur non puniri pœna statuti sequitur D. R. Rouit. in prag. 11. de abolitionibus n. 53.

Num. 116.] Sequitur quando liceat propria authoritate sibi ius dicere, & quem capere, & vide Bald. in cons. post decis. 68. Pedem. n. fin. cum Officiales sunt negligentes in iustitiæ administratione facit Bartol. in l. 13. C. de Iudæis cum de Superioris authoritate cõsultum esse non potest, & alibi liceat propria auctoritate eicere clandestinum possessorẽ sicut, & violentum, Boer in suis singularibus tit. auctoritas, &c. n. 6. & ita in l. 56. §. furem ff. de furtis licitum est capere furem, & illum ad iudicẽ ducere, & respectu animalium damnum dantium in terris meis possũ retinere, donec sciam damnum cui possum restituere data cautione de soluendo damnum. Illud tamen fallit in fida, & diffida, nam tunc non debeo restituere, nisi prius soluta diffida, Capic. decis. 45. Papon. lib. 18. tit. 9. arrest. 1. & Bar. in l. ratis ff. de incẽd. Ruina, & naufrag. Et quãdo licet alicui capere propria auctoritate suum debitorem, dicit Henric. Boer. in suis singular. tit. auctoritas n. 15. qui negat eam existente pacto.

Et dum author spuit dari casum in quem quis valet capere aliquem propria authoritate, quomodo practicetur ad euitandum priuatum carcerem, adde Alberic. de statutis lib. 4. q. 95. & quid si fuerit captus bannitus colleratus per quod dies possit detineri, Laderch. consil. 205. D. R. Rouit. in rub. de exulibus num. 3.

DE MALEFICIIS clandestinis.

CVriosus est titulus discurrens si Vniuersitates teneantur de delictis, & depredationibus dum authores ipsorum ignorantur, & adde hodie nullã Vniuersitatem molestari pro damnis clandestinis ex eo, quia curia in singulis Prouincijs constituit Barricellos Campaneæ cum quinquaginta hominibus pro vnoquaque ad custodiam territoriorum quibus Vniuersitates stipendia soluunt, ex noua conuentione, vt ex prag. vnica de damnis clandestinis meminit Carauit. rit. vltimo n. 6. & vide D. R. Rouit. ibi qui allegat videndum consil. Marsil. 42. & 145. respectu furtorũ quę committuntur per bannitos pro quibus propriè dicebam teneri consanguineos ipsorum, & exfrattare debet, Ioan. Grand. de Bello exulum in prædic. pati q. 2. adest prag. Comitis Oliuares per quam consanguinei tenẽtur soluere robarias, Idcircò const. & capitula allegata per D. authcrem hodie non sunt in vsu ipsi enim cõsanguinei conscij, & occultatores præsumuntur Petra de potest. Principis fol. 196. n. 37. Hinc ex prag. 1. tit. de persequutione malefactorũ, vbi adest suspictio malefactorum vniuersitates debent sonari facere campanam ad arma conuocando ciues per territorium ad eorum persequutionem, Capibl. in pragm. x. n. 34. de Baronibus, & debet accedêre ad talem sonum sufficiens pars, Franch. decis. 211. n. x. D. R. Rouit. in prag. 1. de recept. malefactorũ n. 16. nisi intelligeretur, maxima turba latronum, Thor. in addit. ad tract. de Pont. de potestat. Proregis tit. 4. nu. 59. vide Nouar. collegam meum qq forens. 112. 1. parte.

DE HOMICIDIIS clandestinis.

NVm. 119.] Faciunt cumulate in præcedenti tit. & vide addentes ad decis. Gramatici 47. Capiblanc. de Baron. in prag. 19. n. 50. & sequentibus, & addas Paschal. de Patria potestate par. 1. c. x. nu. 31. si Vniuersitas puniatur quando ciues delinquunt, siue maior pars illorum, &c.

DE RAPIENTIBVS aliqua de incendijs, & naufragijs.

DE hac tractatione supra dixi in n. 13. & 14. in tit. pœnis debitis ferientur, & infra de incendijs dixi abbundè in n. 200.

DE RAPINIS, ET RAPTORIbus, aliarum rerum.

D'At pœnam rapinam committentibus.] Tu breuiter discurrendo materiam rapinæ, quæ est furtum rei alienæ mobilis per vim ablatiuam, Bald. in tit. de pace tenenda §. si duo, & dicitur etiam robaria, vt Campan. in Cap. Regni ad hoc num. 31. & dicas quod pro ea potest agi dupliciter ciuiliter ad quadruplum, & criminaliter ad pœnam criminalem, nec tamen potest semel, & simul intentari, sed vna tantũ ipsorum, Bart. in l. prætor §. hoc edicto ff. vi bonorum raptorum, sed benè potest intentari criminalis principaliter, & in consequentiam ciuilis petendo simpliciter scilicet rem raptam per officium iudicis non autem econtra potest intentari ciuilis principaliter, & in consequentiam criminalis, Bart. in d. §. hoc edicto, & si agatur ciuiliter absolutoria lata in ciuili parit exceptionẽ in criminali, & sic ecõtra, Bart. ibi.] Inde si agatur pro rapina criminaliter, & fuit commissa cum armis punitur l. iul. de vi publica

publica hodie tamen punitur remigatione, si sine armis de vi priuata priuatione tertiæ partis bonorum, Bart. d. loco hinc dixit Isern. in §. si quis quinque solidos de pace tenenda omnes pęnæ quæ habent locum in fure habent locum in raptore, & Camp. in d. c. ad hoc, sed per c. Regni placuit pro prima vice, si sit nobilis ad sex vncias auri puri Fisco applicandas, si verò ignobilis fustigatur, & soluit damnũ simplum passo, & triplũ Curiæ Regiæ pro secunda vice nobilis amictit gagia, & si quod sibi à curia debetur, & si nõ debet sibi Curia soluit Curiæ vncias viginti, ignobilis verò si est ali negena à Regno amictit manum, si de regno amictit pedem, pro tertia verò vice nobilis decapitatur, ignobilis furca suspenditur, Isern. & Campan. locus citato insuper in raptore habet locũ pœna dicti capitul. ad hoc, vt per Isern. d. loco, vt si rapuit infra augustale fustigetur, & signetur in fronte si ab augustali infra vnciam ammictat manum vltra verò si nobilis decapitetur, si ignobilis furca suspenditur.] Si verò agitur ciuiliter habet locũ tit. de vi bonorũ raptorũ.

Sed in aliquibus casibus exceptuatis quando quis rapit de incẽdio, naufragio, & ruina de iure antiquo si criminaliter agebatur erat pœna publicationis bonorum, & alia pœna arbitrio iudicis auth. nauigia C. de furtis quæ incorporata est in vsibus feudorum in tit. de statu 6. libert. Ecclesiæ si agatur ciuiliter si infra annum est pœna quadrupli in qua continetur simpliciter si post annum restituebat simpliciter, l. in eam C. de furtis, hodie per const. rapinas in dictis casibus est pęna mortis naturalis, & hæredes tenentur restituere dominis rerũ res raptarũ id quod ad eos peruenit vna cum quadruplo, & hoc siue ruina, & incendiũ fuerit casuale, siue per vim scilicet ab inimico, Afflict. ibid.

DE FVRTIS.

NVm. 125.] dixi in proximo præcedenti tit. & vide Galiard. in tit. de rapinis, & robbarijs in quodam suo tractatu criminali nouiter impresso.

Num. 126.] Sed ad materiam quam spuit author si nobilis propter furtũ ammictit nobilitatẽ, &c. Dic casus debere esse atrociores, vt nobiles suspendi valeant teste Gramat. decis. 36. nu. 6. ibi in crimine proditionis in vers. prodest etiam in fine, & in crimine falsi, Afflict. decis. vltima n. 23. Ricc. decis. 132. par. 2. nu. 8. in crimine lęsæ Maiestatis, Villadiega in foro Iudic. lib. 2. tit. 1. l. 6. n. 6. D. Rouit. in prag. 1. nu. 16. de pœnis in delictis hæresis, apostasiæ, & suspitionis in fide, Simanc. de Cathol. instit. cap. 45. n. 23. Zanchin. de hæret. cap. 18. nu. 3. Ghirland. tract. de hæret. q. 3. nu. 2. & seq. Farinacc. de hæres. quæst. 189. §. 4. nu. 40. D. R. Valenzuel. cons. 91. num. 22.

Num. 127.] Dixi abunde in Pratomeo in l. si is cui C. de furtis, vbi allegaui Auth. Galiardus de furtis, & alijs extorsionibus sine violentia cõmissis in tractat. criminali n. 89.

Num. 128.] Si mulieres sint idonei testes Francis. Marc. decis. 900. & 890. par. 1. Nouar. coll. decis. 219. num. 30.

Num. 129.] Dixit D. Foller. hanc quæstionem habuisse dum erat Auditor, & ego pariter habui in Audientia Hydruntina, & cum allegassẽ Viscontẽ in conclusione furtum an sit vers. item etiam remansit sopita quæstio. Qui lanam ab aliquo recepit, vt pannos faceret, & Domino restitueret, & postea aufugit.

Num. 130.] Inueniens rem alienam dominoque non restituens an furtũ cõmictat, adde ꝑ Authore c. si quid inuenisti 14. q. 5. & ibi glos. & quomodo intelligitur in foro pœnitentiali,

tentiali, & in foro contẽtioso, scilicet, vt agatur ciuiliter ad rei restitutionẽ, non autẽ vt agatur criminaliter, vbi requiritur dolus animus, & actus furandi.

Num. 131.] De capientibus aliena animalia si furtũ faciãt, Gagliard. tract. criminali tit. de furtis, vers. item capiens animalia obherrantia.] Facit in capiente colũbos ab alieno colũbario, Guid. Papa decis. 218. n. 1. etiam in suo existẽtes, aut illos occidẽs Baiard. ad Clar. in §. furtum n. 91. Farinacc. de furtis q. 175. n. 9. & amplia respectu. Venantium in nemoribus, aut forestis muro, vel sępè ei circumdatis, & clausis. vbi sunt ferę inclusæ, Natta consil. 175. num. 9.

Num. 132.] Pro ornatu istius numeri, vide additionem meam ad decis. Gizzarell. 81.

Num. 133.] Concordat, quia relaxandus non est fur, nisi restituta re furatã, Muta in c. Regni 471. n. 25. tom. 5. Hinc absolutus à pœna furti non censetur absolutus à restitutione ablatorũ, Rota Lucensi diuers. decis. 62. Mari ad Gram. decis. 38. n. 12. 13. & 14.

DE INIVRIIS.

NVm. 134.] Scribit pęnam iniuriantis Officialem pro eius ornatu tũ addas, Marc. decis. 34. par. 2. vbi nedum ictus fustium, sed mortis pęna irrogatur, &c. Et adde tunc dici atrocem iniuriam respectu personę.] Puteus decis. 303. par. 1. & proinde esse locum carcerationi, Francis. Marc. decis. 34. par. 2. & adeò est atrox iniuria illata officiali quod ipsę idem cognoscit de ea Gaill. obseruat. 39. par. 1. Nouar. collect. super prag. 117. nu. 9. & x.] Non ommictas pro larga trattatione, Menoch. de arbitr. casu 263. vbi plenè materiam tractauit, & quę dicatur iniuria atrox. Et vide quando iniuria fit Magistratui quomodo debeat emẽdari, P Marc. dicta decis. 34. n. 6

Nota ad huc propositum dici iniuriam factam Magistratui, dicendo: *Al sindicato te aspetto*, Bart. in l. si tutor. ff. de auct. tutorum.

Proinde aduertant subditi in loquendo cũ illo, quia etiam quod appellando dixerint verba iniuriosa puniuntur pœna extraordinaria, Baiard. ad Clar. in §. iniuria n. 23.

Et cũ quis fecerit ficas Iudici, Thes. decis. 229.

Num 135.] Quod qualitas iniuriati sit consideranda iniuriantis in quo loco, &c. sunt termini §. atrox, sed vide Menoch. de arbitr. cas. 263. à num. 1. cum sequentibus, qui ad cognoscendum quando iniuria dicatur atrox plures considerat casus Thes. decis. 229. Farinacc. q. 105. 4. inspettione, & ex hoc iniuria facta Clerico, aut Sacerdoti dicitur atrox l. atrocem C. de iniurijs, & sic vltra excommunicationẽ c. si quis suadente grauius punitur. Menoch. cas. 389. n. 15. cas. 11. Viu. decis. 46. n. 1. & patet pro iniuria facta Clerico Ecclesiasticęque personæ posse procedi ex officio cõtra offendẽtes ex qua atrox reputatur per Cap. Regni 149. Carrab. sing. 107.

Et inferas pariter cum sit doctori iniuria quod atrox consideretur, Guid. Papa decis. 88. nu. 5. Grauett. consi. 168. n. x. Menoch. cas. 263. n. 17. Rota Auenionensis decis. 58. & D. Rouit. in pragm. 1. de custodia reorum.

Et respecti loci cum fuerit facta in Ecclesia atrox dicitur iniuria tempore celebrationis diuinorum officiorum illisque turbatis quatuor tamen concurrentibus de quibus per Baiard. ad Clar. in §. iniuria num. 49.

Num. 136.] De hac trattatione, quod iniuria illata officiali pretextu officij, vel aliter, &c.] Adde Gizzar. decis. 24. n. 5. quod tunc Baro nõ cognoscat, sed M.C. vt n. 5. diximus in additione abbunde.

Num. 138.] De extimatione iniuriæ, Rota Roman. decis. 1. in nouiis. sub. tit. de iniurijs, & Bellam. decis.

decis. 722. & de emenda iniuriæ verbalis qualis esse debeat Papon. lib. 82. tit. 3. arrest. 18. & addas omnino D.D. de Rota decis. 4. de iniur. aliàs 486. in n. 2. Crescēt. decis. 1. aliàs 183. de iniurijs, vbi propriè qualiter per Iudicem fit extimatio si per querelam tamen agatur Marant. aur. specul. par. 4. tit. an tit. sit iudic. ciuil. vel crimin. dist. 1. nu. 11. Et quod intentans actionem iniuriarum debeat iurare, quod potius voluisset de suis proprijs bonis tantū perdere, quod talem iniuriam substinere, adde tū quod quando aliquis afficitur iniuria non est necesse dicere in libello, vel alio loco, quod proponēs iniuriatus iniuriam ad animum teneat, quia hoc potest colligi ex signis, & verbis Hartam. cap. 3. tit. de iniurijs lib. 1.

Num. 139.] Cum libello procedi in crimine iniuriarum, Carauit. rit. vltimo num. 7.

Sed libellus in tali actione iniuriatum qualis esse debeat, Rota Roman. in antiquis decis. 1. de iniurijs, & nota libellum, & articulos in actione iniuriarū, tales debere esse, quòd pars per illos certificetur, vt testes super illis deponere possint D. D. de rota decis. 1. aliàs 30. de libelli oblatione in nouis, & decis. 1. aliàs 36. de accusat. Ias. de actionibus in §. superest n. 30.

Num. 140.] De parte desistente in crimine iniuriarum, quòd iudex procedat, prout in crimine adulterij l. constante matrimonio in fine ff. de adulterijs Afflict. in cōst. legum asperitate num. 12. Gram. decis. 31. Carauit. rit. 21. Baiard. ad Clar. in §. adulterium n. 7.

Num. 141.] Pro iniurijs personis Ecclesiasticis, ac Ecclesijs, &c. procedi ex officio, adest c. Regñi 149. vbi Campan. Visconte conclus. iniuria sit in fine.

Et adde competere Clerico electionē variationemque fori, Anna alleg. 146. vbi addidi Viu. decis. 37. de Franch. decis. 597.

Num 142.] Faciunt quę diximus super hoc eod. tit. quòd iniuria cōsideratur atrox respectu iniuriantis, & iniuriati. Et circa facientes matinatas ante domos puellarū, &c. Si teneantur actione iniuriarum, adde quod ideo prohibitum fuit, vt istæ fieri non possint absq; licentia, vt in prag. 21. §. 4. de armis, &c. Applica aliam pragm. 1. sub rub. de iniurijs quæ dat pœnam facientibus cianbellarias, & de iure communi eas faciētes ad infamiam alterius prout cantilenas, & cantationes puniri pœna famosi libelli, sed ego in quodam collegio dixi verū esse talem pœnam quando in scriptis fuerunt factæ cantationes, quæ ad manus alienas possunt peruenire, quia tunc puniuntur pœna famosi libelli, & sic capitali, sed cum solū cantauerint ad infamiam in tali casu puniantur pęna iniuriarum iuxta Authorē meū argumēto §. summa institutionibus de iniurijs, & vt dixit eximius D. Reg. Rouit. in d. prag. 1. neque consuetudine excusatur pœna in ea statuta secundum Gregor. Syntagm. Iuris vniuersi lib. 38. c. 4. Vnde intellige dominū Authorē meū cū ad alterius iniuriam infamiamque fuerint factæ matinatæ nō autem fuerint factę iocose, vel animo iocandi, & ita liberauimus quendam in R. A. Hydruntina ad relationē quondam Auditoris Sanfelicij, cuius anima in cęlis quiescat, nam actus attenditur in delictis, perbelle portat Nouarius collect. super dicta pragmatica.

DE CRIMINE PECVLATVS.

NVm. 143.] De Officiali surripiente pecuniam tempore suæ administrationis, qua pœna puniatur, amplia, vt neque pecuniam ad vnū visum destinatam potest conuertere in alium sine superioris licentia, l. hac l. C. de aquęductibus lib. 11. etiā si opus esset

equæ vtile,& ex prag. sub tit. de Commissarijs fuit data norma administrationibus vniuersitatuũ, vt in principio anni introitus repartiant, & assignent particulariter creditoribus, qua assignatione facta non debent Sindici se intromittere vtendo pecunijs assignatis sub pœna triremium.

Sed quando magna necessitas fuerit euẽta tunc possunt illi de regimine vniuersitatis, vti pecunia destinata, Auendan. c. 24. p. 2. n. 1. de exeq. mandat. Caball. cas. 200. vt refert Cabibl. in singul. 3. quod quidam Sindicus dum ad quærelam fuisset inquisitus, quod propter necessitatem militum hospitantium in ea terra exigisset pecuniam assignatam creditoribus defendit eum, & fuit dictum quod nõ molestetur, & respectu retinẽtiũ pecunias Fiscales, vide quæ portat D. R. Rouit. in prag. 47. de offic. procurat. Cæsar.

DE INQVISITIONIBVS *faciendis*.

NVm. 145.] Inquisitionem generalem permissam pro purganda Prouincia.] Practicaui in Audiẽtia Hydrũtina cõtra homines vagantes per Ciuitatem, Prouinciam, ac Mundum, firmum domicilium, ac mantionem non habentes, vt definit Mascard. de probat. conclus. 1402. n. 2. Visconte in conclus. Vagabundi, & patet in pragmat. sub tit. de Vagabundis, hinc dixit D. Rouit. ibi huiusmodi vagabundos, & otiosos esse venenum Ciuitatis, & esse pronos ad libidinem, seditionem, & turbas. Et ideò Athenienses diligentissimè inuestigabant qua quisque ratione victum sibi pararẽt, ac se, suosque alerent, ex Melchiorre Iun. polit. par. 3. q. 87.] Et de ipsa materia abunde Borrell. de Magistr. ædictis lib. 3. c. 16. n. 19. quæ autem dicitur inquisitio generalis, & quomodo, & qualiter fiat, & ad quem effectum, Marant. tit. an sit Iud. ciuil. num. 6. 7. & 11. parte 4. distin. 1. iudic. & num. 93.

DE ACCVSATIONIBVS.

NVm. 147.] Non admicti quem ad accusandum nisi se obligauerit ad certam pœnam, &c.] Adde de iure communi non admicti quem ad accusandũ nisi se inscripserit ad pœnam talionis si non probauerit id propter quod illum accusauerat, Menoch. de arbitr. cas. 322. Scacc. de Iudic. c. 15.

Sed de iure Regni hoc recessit ab aula, Borrell. de Magistr. ædictis c. 8. lib. 2. Suarez in recept. sentent. vers. talionis, Duen. regul. 27. & loco talionis fuit subrogata pœna vnciar. per rit. M. C. V. quæ pœna adhuc abijt in desuetudinem secundum Gramat. decis. 39.

Est verũ tamen, & nota, quod si quis aliquem accusauerit, & non probauerit ad expensas condemnatur, Cornazz. decis. Lucensis 197. Ricc. collect. decis. 1218. & 1219. & qui testem etiam singularẽ produxit non excusatur ab expensis, Barz. decis. 146. num. 1. Honded. cons. 99. nu. 30. vol. 1. Giurba cons. 47. n. 26. Triuis. decis. Venet. 45. lib. 2.

Et si quis aliquem accusauerit de delicto, quòd non probauerit actione iniuriarum tenetur, c. Regni accusatorum temeritas n. 19. Sed hodie rarè, aut nunquam accusatores ad expensas condemnantur ne terreantur quærulantes, & ab accusando desistant, & ita practicaui semper tempore mei Auditoratus, licet Gramat. in allegat. decis. teneat contrarium, vide Carauit. super rit. 297. nu. 4. & quid in desistente an ad expensas condemnetur, Baiard. ad Clar. q. 58. n. 15.] Et qualiter denuntians, & non probans puniatur, Farinacc. de accusation. q. 16.

Sed in Curia Archiepisc. Neapolit. non admictitur ad accusandum quis nisi se obliget per rit. 6. vt

Baiard.

Baiard. ad Clar. q. 81. num. 6.

Num. 147.] De accusatione filij familias, &c. Troys. rit. 201. &c. Per totum vbi satis abundè, & Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 3. c. 9. vbi & quando patris consensus requiratur, Farinacc. q. 12. nu. 10. vbi vna cum Claro attestatur se nunquam vidisse in practica dubitari in causis criminalibus, an filius famil. siue agendo, siue se defendendo possit stare in iudicio sine patris consensu, sed quod semper vidit sine dicto consensu procedi, siue de publico, siue de priuato crimine ageretur, & ego ita quoque vidi practicari.] Vide rit. M. C. 201. & ibi Carauitam.

DE ACCVSATIONIBVS.

Num. 148.] De desistente ab accusatione, Carauit. rit. 205. num. 1. & 2. & ideò dum Auth. meus ponit pœnam, &c. Credo non vidisse Carauit. dicto loco testantem recessisse ab aula pœnam prædictam, & sic videmus ad eorum libitũ accusatores desistere absq; nullius pœnæ solutione.

Num. 152.] Accusatione pendente accusatorem accusari non posse.] Adest pragm. 1. sub tit. tit. de accusationibus ad effectum procedendi, vt in ea declaratur, & benè exornarunt D. Regens Rouit. & alij moderni cũ cõcordantibus Iuribus Regni, & declarationibus.

Num. 158. cum reliqui cęteri numeri existentes in hoc tit. sint plani orna solummodo istum concludendo, quòd maritus videtur reconciliasse vxorem adulteram si eam receperat Baiard. ad Clar. in §. adulterium num. 15.

NE FILIVS PRO PATRE, vel è diuerso.

Num. 160.] Curiosus est iste titulus continens quando filius teneatur pro delicto patris, & è contra, & vxor pro marito, & è contra.] Et vide D. Regentẽ Rouit. cons. 1. prima par. n. 46. vbi Patris delictum non nocet filio in his quæ aliunde quam à patria hæreditate obueniunt.

Et quod delictum patris noceat filio in baracteria sicuti in crimine lesæ Maiestatis, Petr. de Rauenna singul. 156. & non ommictas decis. Surdi 101. filius an priuari possit ob factum patris.

Ad propositum in filijs rebellium, quod excludatur ne dum à paterna hęreditate, sed ab auita successione quantũuis auus erat fidelis D. R. Rouit. in pragm. 1. de bonis prædictorum num. 32. prout ipsi filij commictentes crimen prædictum ne dum ascendentinm ex vtraque linea, sed omnium proximiorum successione priuentur, etiam ex testamento cuiuscumque relicti sunt incapaces, ac perpetuò infames, & quibuscũquè honoribus dignitatibus, & publicorũ officiorum munere priuati ipso iure sint l. quis quis §. filij verò C. ad l. Iul. Maiestatis. Sed ea pœna non adeò rigorosè exercetur contra filias fęminas eas .n. falcidiande bonis maternis tantum habere permictitur d. l. quis quis vers. ad filias imò de bonis paternis dotandas esse, Baiard. ad Clar. in §. lesæ Maiestatis n. 18. Becc. cons. 8. per totum, Caball. resol. crimin. casu 276. nu. 3. & seq. Idque benè seruasse Regem Ferdinandum quem filias Principis Rossani notorij rebellis honorificè maritasse tradit Afflict. in tract. quæ sint regalia §. bona committentiũ nu. 2. Sed per Cap. Regni 128. incipient: Item statuimus, quòd filiæ proditorum cautum est filias rebellium dotari de bonis non feudalibus, quę ad eas aliunde quam ex paterna successione peruenerũt dictæ autem legis pœnam non solum afficere filios commictentium crimen lesæ Maiestatis, sed etiã eorũ nepotes, Couarr. c. 8. vers. primũ an ob crimen sub n. 2. lib. 2. var. resolut. Gomez. c. 2. num. 15. Sed quando

quando propriè dicitur commissum crimen lesę Maiestatis, Capic. decis. 130. à n. 1. vsque ad 18.

Prædicta pœna l. quis quis quatenus filios respicit non est in vsu Angel. in l. fallaciter C. de abolitionibus, Roland. à Valle cons. 74. n. 20. vol. 3. vide quasi omnia per Paschalem de viribus patriæ potestatis par. 4. c. 5. n. 1. vsque ad finę, & præcise nu. 15. & quando pater teneatur, pro debito filij, & è contra Afflict. decis. 308. Ludouic. decis. Lucens. 55. cum permiserit negotiari, & administrare bona sua, & Maranta in speculo par. 6. c. & post omnia nu. 34. & 35. in filio, quòd nō teneatur, &c. Sed quando per Ias. in §. actiones autem tit. de actionibus, Guid. Papa q. 57. non teneri cum pater exercuerit munus, vide coll. Ricc. 944. & nos latè diximus in Prato hoc eod. tit. & id. Ricc. coll. 1071. prout in eod. Prato in alio tit. ne vxor pro marito, Gaill. obseruat. 90. lib. 2. nisi statutum, vel consuetudo alias dictaret, Cass. in consuetud. tit. des droites rub. 4. § x. glos. 2. & §. 11. glos. 3. & ibi n 7. cum fuerit tutrix mulier filiorum primi matrimonij, & nō redierit computa, prout in d. obseruat. Gaill. de alijs abbundantissimis casibus.

DE FORO COMPETENTI.

NVm. 161] Declara conclus. mei Auth., vt trahens aliquem ad forum vetitum poterit pœnam euitare si penituerit antè litis contestationem, glos. in c. si diligenti verbo perdant, vbi Innocēt. & Ioann. Andr. de foro competent. specul. tit. de compet. iudicis addit. §. 1. vers. sed quomodo potest Iacob. de Arena, Petr. & Bald. in l. criminali C. de iurisd. omniū iudic. Iaffred. Balb. decis. 229. incip. trahens. Et vide quomodo intelligit Borrell. in sūma decis. tit. de foro competent. 1. par. tit. 43. Applica an barones possint prohibere suos vassallos, ne adeant Regia Tribunalia, & sic sint in pœna dum traxerint aliquem, & possit dici forum vetitum, & vide Capic. decis. 9. Gaill. de pace publ. lib. 1. c. 12. n. 15. Affirmātes, & Mastrill. de Magistrat. lib. 4. c. 16. nu. 61. sed in contrarium alij adsunt, vt Abbas in c. significasti de foro competenti, Alex. in l. 1. §. post operis ff. noui oper. nuntiatione, Bald. in c. imperialem §. propterea inter duos nu. 19. & ibi Pręposi. de prohib. feud. alien. per Federic impugnātes, Afflict. & Vrsill. contrarium tenentes in decis. 155. vt Franch. decis. 417.

Sed concorda per Capibl. de Baronibus in pragm. 8. par. 1. n. 119. & sequentibus.

DE REORVM CVSTODIA.

NVm. 162.] De carceratis quid soluere debeant pro portello, &c. Respondeas cum prag. 33. §. Item, che li custodi, quæ prag. fuit confirmata per pragm. 1. de carceratis, vbi carcererij nō esigant à carceratis vltra granos tresdecim & duos denarios etiam à pernoctantibus, & concordant cum ritu 43. M. C. V.

Nec pro forasterijs alterari potest exactio, vt solet fieri pètendo duplicatum, vt refert prouisum Capiblan. in pragm. 18. de Baronibus nu. 40. vbi docet neque deberi ius portelli si carceratus non pernoctauerit, prout pro debitoribus pro functionibus Fiscalibus, ac pro debitis infra duos augustales.] Non ommictas Bouadill. lib. 3 c. 15. n. 64. in fin. & n. 69. 70. docentem in quibus casibus nō potest exigi, & vide custos carcerum qualis esse debet, per Boer. decis. 217.

Et aduerte carceratum non posse detineri per carcererium, nec pro exigēdo iure portelli, nec pro expensis, Rouit. in pragm. de Baronibus n. 8. Carrabb. singul. 80.

Num. 163.] In nostro Prato ad l. ad

commentarienſe omnia C. de cuſtodia reorum, circa negligentiã carceratorum.

Num. 164.] Adde circa hanc materiam, quod habilitationes ſunt arbitrariæ, Capiblanc. pragm. 19 de Baron. nu. 27. & dum eſt infirmus carceratus tenetur Iudex habilitare, idem n. 12.

Num. 166.] Tractat captura quando ſit permiſsa, de quo alibi ego dixi, & quod Iudicis ſit arbitrium, Menoch. de arbitr. q. 88. & de materia ſi cũ voto aſsesſoris debet fieri in Prato meo in l. 2. C. de aſsesſorib'; ideò excitatur quęſtio ſi barones tenentur conſtituere aſsesſores officialibus, vt Capiblanc. ſingul. 13.

Num. 167.] Subditos non grauandos pro cuſtodia carceratorum.] Patet deciſum inter Vniuerſitatẽ Terræ Lauri, & Marchionem actuar. Cioffo, prout idem ſeruatur, quando carcerati ſunt mitten di, ad Superiores Iudices appellationum, ex c. Regni incip. prouentum n. 58.

DE CASTELLANIS.

NVm. 168.] Adde circa officiũ Caſtellani, &c. de Franch. deciſ. 458. vbi de iuriſdictione priuatiuè ad M. C. & quomodo.] etiam de delicto extra Caſtrũ D. R. Tapp. in c. Regni 20. incip. Caſtellanos, Riccius coll. 392. Thor. in comp. deciſ. verbo Caſtellanus, &c. Et quod Caſtellani vllo modo in eorum Caſtro in iuriſdictionalibus intromitti poſsunt, de Franch. deciſ. 458. nu. 2. vide omnia per D. R. Tappiam deciſ. Italiæ 13.

DE CONTVMACIBVS, & pœna contumacium.

NVm. 170.] Ponitur pœna, & excuſatio contumaciorum.] De qua materia cum omnia cumulauerit, Borrell. in 1. par. ſummæ deciſ. tit. de contumacia ad eum me remicto, &c.

DE CITATIS AD informandum.

NVm. 175. de Vniuerſitate citata, quòd poſſit comparere per Sindicum, & quæ aliæ perſonæ poſſint comparere per procuratorem enunciat. Baiard. ad Clar. q. 32. nu. 46. & ſequentibus. Et ibi cum fuerint citati decem ciues.

DE FORIVDICATIS, & bonis Foriudicatorum.

VLtra quæ pariter ſcripſi in locis allegatis per Authorem adde pro punctuali tractato, ex modernis deciſ. D. R. Tappiæ 53. nu. 1. Vbi foriudicatis captis, & recognitis nullus datur terminus ad defendendum, ſed ſententia exequitur, & in deciſ. 54. S. C. num. 2. Nullitates tamen proponere poteſt, & deciſ. 3. Regentis Salernitani cũ additione Thori, vbi n. 5. allegat nos in addit. ad deciſ. Gizzarelli 13. quæ pariter eſt copioſa pro huiuſmodi tractatu.] Et Viſcõte concluſ. foriudicatus, &c.

DE CITATIS CORAM maiori Iudice.

NVm. 176.] Facit litis pendentia, cuius talis eſt effectus, inde citatus coram vno Iudice ſi poſt modum citetur coram alio, cauſa erit remittenda ad primum Iudicem, l. tam collatores ℱ. quoniam verò C. de re militari lib. 12. Guid. Papa deciſ. Grationopolit. 421. n. 1. Viu. deciſ. 390. n. 7. & pondera pro particulari concluſ. d. Author. in tantum attendi maiorem Iudicem, quòd ſi eadem die citatur, quis coram Epiſcopo, & coram Rege tenetur comparere coram Rege, Guid. Papa deciſ. 443 n. 2. argumẽto c. parati extra de appellationibus, &c.

DE POENA IVDICIS, qui malè iudicauit.

NVm. 177.] Pro nobis facit dum malè iudicamus, inde cũ non ex imperitia iudex, sed ex dolo nõ solũ ad interesse, sed insolidum ad totius litis extimationem Cataldin. de syndic. nu. 68. q. 122. Anchar. Regiens 99. famil. 4. n. 16. vers. aut dolo malo par. 2. Contar. de moment. possess. lim. 11. n. 3. & 18. vbi hæc limitat non procedere in causis beneficialibus, Farin. q. 111. nu. 365. Et tenemur pariter criminaliter ad pœnam Iudici arbitrariam, Farinacc. nu. 368.] Sed quid seruetur in Regno, Carabb. in pract. syndic. par. 2. n. 22. Aduertendo, quod huiusmodi dolus debet probari in Iudice; Cum non præsumatur, Claud. addit. ad Bertazz. cons. 81. littera B.] Vide tamẽ omnino Farinacc. cons. 210. vol. 3. quando præsumatur, &c.

Interrogatus tamen fui, quid sit (facere litem suam) & Respondidi cum Farinacc. in q. 111. nu. 438. vsque ad 441. qui n. 479. an faciat litem suam si ex lata culpa iudicat Iudex, & si contra communẽ opinionem, Coras. in tract. de communi opinione tit. 12. Lambertengh. de contractibus eorum, glos. 1. n. 147. & 180.

DE CRIMINE corruptela.

NVm. 179.] Pro hac tractatione memini me legisse Verall. decis. 214. quẽ allegat Nouar. coll. super pragm. 139 n. 15. non dici quem corrumpisse iudicem solo conatu. Et pro alijs incidentibus quæ tangit Auth. Farinacc. addendus in q. 111. per plures numeros.

DE NON OPPRIMENDIS Vassallis à Dominis.

NVm. 183.] Est curiosus, & vtilis iste titulus, sed cum pragmaticas legesque quas allegat Auth meus habes cõmentatas per modernos breuiter.] Dic Vassallis licitum erat olim ob oppressionẽ occidere Baronem Dominumque tyrannum Viu. com. opin. 316. prima par. Gram. cons ciuili 162. prout aduersus Regem tyrannum licet Vassallis se rebellare, Capyc. decis. 19. n. 32. Sed per Consilium Constantiense fuit derogatum, ex eo, quia nõ est dandum iudicium, & iustitia in manibus partium, Capyc. de prohib. feud. Alciat. coll. 39. id. decis. 69. nu. 32. Luc. de Penna in l. 1. C. vt armorum vsus resisti, tamẽ potest, sed non licet offendere Superiorẽ iniustè exequentẽ, Paris de Syndicatu verbo resistere.

Inde non licet Baronibus aliquid nouum onus Vassallis indicere prag. 1. de Baronibus; imò neque Principi, sed ex causa vrgenti facit Andreas in cap. Imperialem §. illud, & §. formet de prohib. feud. alienat. Iacob. tit. de homag.] Corroboratur vassallos nõ posse prohiberi per Baronem, ne vendant sua victualia, Affl. ct. cõst. Regni Magistris c. Regni 49. Petr. de potestate Principis c. 5. n. 122. & c. 6. n. 28. quia saperet tyrannide, prout non possunt prohiberi per Baronem ne exerceant mercaturas, Anna singul. 14. Iacob. de Sancto Georgio fol. 4. ideò non possunt facere, vt aliqui tantũ sint macellatores, vel exerceant artẽ, Anna idem singul. 54. Capibl. de Baronibus in totis suis tractatibus, qui omnia expleuit pro ornatu illius tituli, & casuum quos allegat Author.

DE

DE SERVIS FVGITIVIS.

NVm. 184.] Diximus ad corroborationem allegatorum per D. Auth. meum in Prato, hoc eod. tit. de seruis fugit. vbi & in l. 1. illum allegauimus.] Nota tu vltra dicta ibi quod serui fugitiui alienatio licet sit nulla eius tamen promissa euictio debetur D. meus R. Tapp. decis. S.C. nu. 3. &c. Et vide de alia q. pœnes, Farinacc. de furtis q. 175. nu. 115. fol. 89.

DE FALSIS.

NVm. 185.] Latè sup. in tit. itē quod commisit falsitatem, & vide Farinacc. omnia portantem in tract. de falsitate nunc visum, & D. R. Rouit. in pragm. sub tit de falsis.

DE FALSA MONETA.

NVm. 183.] Pariter, & allegati moderni in præcedēti tit. scripserunt pro ornatu illius, vide tū pragm. 1. de monetis à qua omnes habuerunt circa pœnam falsificantium monetas, sed an intelligantur cōprehensi paucam monetam falsam cudentes, negat Bertazz. cons. crim. 552. vol. 2. Peguer. decis. 86. prout cudens monetam alterius Principis, Franch. decis. 440. Caball. casu 27. prout monetam in hoc Regno non expendibilem, Peguer. decis. 46. & vide alia per Caball. cas. 91. Garziam decis. 70. Nouar. collect. 136. vbi omnes quasi modernos allegat.

DE VENEFICIIS.

NVm. 195.] Supra scripsimus omnia in hac eadem practica in titulo pœnis debitis ferientur à n. 82. & sequentibus, & in tantū priuilegiatur hoc crimen, quod appellationem non admictit, Farinacc. quæst. 101. n. 56.

Et vide quod mulier dans medicamentum, ex quo generare, aut cōcipere non possit tanquam homicida reputetur, Ozasc. decis. 60.

Et de pœna dantis poculum amatorium, & propter eum mors sequuta est, vide Menoch. de arbitr. casu 358.

DE ADVLTERIIS.

NVm. 197.] Clar. & Baiard. in §. adulterium omnia scripsit. & Pascalis de patria potestate par. 1. c. 5. vbi pater occidere potest filiam in adulteriò deprehensam, & marito pariter permicti, & de pœnis adulterorum satis abbunde non ommisso, Borrell. 3. par. Summæ decis. tit. de adulterijs nunc viso vbi plura.

DE LENONIBVS.

SVpra in titulo, item quod fuit leno, &c. omnia scripsimus.] Pro ornatu istius tituli cum legibus Regni omnibus. Et vide Nouarium collect. super pragm. 125. totam, &c.

DE VENDENTE LIBERVM *hominem*.

NVm. 199.] Planus est iste titulus à cōstitutione allegata recipiens decisionem, & patet, quia nemo etiam seipsum vendere potest, Giurba consil. criminali 30. num. 24.

DE INCENDIIS.

NVm. 200. omnia diximus supra in tit. pœnis debitis ferientur, &c. n. 13. & 14. Et faciunt in eisdem fragmentis fol. 381. n. 122.

DE LVDENTIBVS *ad dados*.

NVm. 201.] In Prato meo in Auth. Alearum vsus in tit. de Reli-

Religiosis, & sumptibus funerum omnia, &c.

DE BLASPHEMANTIBVS.

NVm. 201.] Supra scripsimus in præsentibus fragmentis in tit. de blasphemantibus, & vide Clarum cum Baiardo in §. blasphemia, &c.

DE PERIVRIIS.

NVm. 203.] Omnia posuit Borrell. in prima parte Summæ decisionum tit. de periurijs, &c.

DE SEPVLCHRO VIOLATO.

NVm. 204.] Omnia cumulaui in Prato meo in l. 1. C. de Religiosis, & sumptibus funerum, vbi cum pluribus modernis, &c.

DE OCCVPANTIBVS rem ad Fiscum pertinentibus.

NVm. 205.] Secundum scripta per Campagniā in c. Regni citatū per Auth. meum reditur clara maxima per eum adducta.

VT NVLLVS RETINEAT commendatos in terris demanij.

NVm. 207.] Possunt applicari, quòd non debent Barones receptare prauos homines, vt in Prouincijs, vbi ego fui Auditor processiui nonnullos, & facit quod scripsit Giurba consil. crimin. 25. n. 1. 2. & 3. quæ possunt applicari huic tit.

DE PRODITORIBVS. eorumque pœna.

NVm. 209.] Vide prag. 1. de bonis proditorum circa pœnam proditorū cum manifesti fuerint proditores, Gram. decis. 105. n. 15. vt ibi D. Rouit. qui nu. 2. quales sint docet.] Nos scripsimus sup. in tit. item, quòd commisit crimen lesæ Maiestatis, & quod occultus rebellis potest impunè occidi sufficitq; constare de rebellione in processu formato contra occisorem, Farinacc. cons. 101. num. 8. & sequen.

Et quod puniŭtur pęna demolitionis bonorum, Gratian. discept. 179. n. 1. Et sunt infames rebelles discept. 54. n. 3.

Num. 212. Pro hac quæstione satis abbunde si possit contrahi matrimonium cum filijs talium, Borrel. 3. par. sum. decis. tit. 4. numer. 255.

Num. 213.] Bona proditorum publicari, & ipso iure in §. lesæ Maiestatis, Baiard. n. 32. Et adde bona committentis crimen lesæ Maiestatis eaque sita sub diuersis dominis vtrum confiscentur, & cui applicentur, & quid de bonis feudalibus in hoc crimine, Guid. Papa q. 341. & quid si committens erat subditus mediatus Principi, ibidem.

Non alienantur bona rebellis à die cogitati criminis, Gratian discep. 54. n. 14. vsque ad 15. vbi & qui dicatur rebellis n. 1. vsque ad 22.

DE QVAESTIONIBVS, & tormentis.

NVm. 214.] Vide quæ portaui abunde in tit. & demum repetantur testes supra pro ornatu istius materiæ, & amplia pro ijs, quę portat Auth. quòd decreta torture debent fieri cum voto duorum Iudicū ad minus §. mandamus pragm. 5. de offic. magistr. iustitiarij.

Sed non per hoc, quod reperiatur illata tortura absq; interuentu duorum iudicum actus erit inualidus, & cōfessio inlicita dummodo aliàs sit legitimè facta quęstio, ex Andrea D. R. Rouit. in cit. pragm. n. 4.

Num. 215.] In quibus delictis habet locum tortura, habemus c. Regni tormenta, vbi niger Gramat. voto 15.

voto 15. nu. 12. ibi in criminalibus vltra relegationem infligentibus.

Sed an habeat locum tortura, vbi est pecuniaria pœna, Baiard. ad Clar. q. 64. nu. 6. Ricc. coll. decis. 2069.

Et pro alijs numeris dic in delictis grauibus non seruari, id quod dicit. Auth. meus, sed torqueri eos, ex processu informatiuo, de Franch. decis. 143. Thor. comp. decis. Regni verbo tortura, Ricc. coll. decis. 641. quod hodie omnes Audientiæ pariter faciunt, vt ego practicaui in omnibus prouincijs, vbi fui Auditor, & ita Cabiplanc. in prag. 8. par. 1. de Baronibus n. 76. & sequen. Inde dixit D. R. Rouit. in pragm. 1. de immun. Neap. n. 16. torturæ non esse locum, vbi pœna est arbitraria, & quod quando non proceditur, ex processu informatiuo datur copia, &c. Idem D. R. Rouit. n. 46. in pragm. 1. de bonis proditorum, sed quod non repetatur tortura, quando ex processu informatiuo proceditur, Gramat. consil. 64. nu. 9. cum sequen. & Niger in c. si cum sceleratis n. x.

Et de materia torturæ Auth. meus supra in tit. rei indurati torqueantur, Farinacc. q. 36. nu. 52. Petr. Gregor. in syntag. iur. vniuers. lib. 38. c. 12. & pro ijs quæ dicit Auth. dandam torturam in loco publico, &c. vide scripta Pascalis de patr. potestate par. 3. c. 1. n. 41. & sequent. Quod torturæ metus magis propriè incussus dicitur quando reus in loco torturæ examinatur cum minis de torquendo, &c. Et adde breuiter pro alijs quæ cumulat Auth. quod neque in atrocioribus delictis absque indicijs detur tortura, id D. R. Rouit. cit. prag. 8. de bonis proditorum n. 23. & 36. Gratian. discept. 192. num. 14.

DE APPELLATIONIBVS *recipiendis.*

NVm. 223.] Planus est iste numerus, & vide ad eius ornatum Borrell. par. 1. summæ decis. tit. de appellationibus.

Num. 224.] Fiscum non appellare, sed habere recursum, rit. M. C. 258. Capic. decis. 114. in absolutorijs, & si de iure communi Fiscus appellet Iaffred. decis. 29. Thoming. decis. 21. Ricc. decis. 81. Curiæ Archiepisc. par. 2.

DE INVENTORE *Thesauri.*

TRactat de thesauro inuento pro quo tu vide Tepatum in compend. var. sent. tit. de Thesauris, &c. Et Peregrin. de Iure Fisci lib. 4. tit. 2. vbi omnia, & Ricc. coll. decis. 1080. & 331. & si acquiratur in totum thesaurum emphitheutę, Grat. discept. forens. 453. n. 5.

DE EXCOMMVNICATIS.

NVm. 226.] Effectus excommunicationis enũtiantur, pro quibus tù addas Visconte conclus. fol. 76.

VBI DE CRIMINE *agi oporteat.*

NVm. 230.] Circa Vassallos Ecclesiarum coram quo conueniantur, &c.] Dic in actione personali à Iudice laico, Guttierez practic. quæst. lib. 3. q. 27. Thes. decis. 22. in fine, Capiblanc. par. 1. de Baronibus in pragm. 8. par. 3. n. 67.

DE CONFESSIS.

ENuntiat cõfessiones nullas, tù addas Farinacc. q. 81. de reo cõfesso, & conuicto omnia scribentem, & quæ diximus sup. in tit. & si cõfitebuntur.

DE PROCVRATORIBVS.

Dixi supra, quod decem citati possunt per Procuratorē comparere in tit. de citatis ad informandum.

DE POENIS.

NVm. 237.] Reassumas quando in pœnis detur commutatio.] Et adde cum erit pœcuniaria in corporalē transmutari in eadē sententia Francis. Marc. decis. 183. par. 1. licet residuum pœnæ pecuniariæ non commutetur in corporalem, Peguer. decis. 6. Caball. resol. 77. qui etiam tradunt ad cuius instantiam pœna hæc sit commutanda, de Franch. decis. 358. & in materia videatur quoq; Peguera decis. 91. vbi quod pęnam pecuniariam conuersam in corporalem nequit Iudex exequi, & adde Thesaur. decis. 76. ob temporis antiquitatem minorari pęnam, vt Farinacc. quæstione 92. n. 1. & minorē ętatem per totam quæstionem.

DE RECEPTATORIBVS.

NVm. 246.] De pęna receptantium malefactores, Menoch. de Arbitr. Iudic. cas. 348. nu. 3. Gomez. de delictis tom. 3. c. 3. n. 50. Grande de bello exulū fol. 134. post n. x. & vide in receptante reum criminis lesæ Maiestatis, quod eadem pœna, &c. De Ponte de potestate Proregis tit. de prouis. fieri solitis §. 3. n. x. & generali indultu non gaudet, id. decis. 22. & de receptante bannitum, Mastrill. decis. 216. par. 3. & adest pragm. 1. de recept. pro cuius ornatu facit id. Mastrill. decis. 219. par. 3. & in quibus casibus excusantur ipsi Nouar. collect. super pragm. 198. & quod receptationis prohibitio non comprehendit coniunctos, Laurent. decis. Auenionens. p.

Et adde quod receptator malefactorum conuictus per depositiones duorum malefactorum in tortura factas, & si deposuissent de diuersis actibus plena probatio ex hoc resultaret iuxta formam R. pragm. qua propter eadem pœna in ea contenta plecti debet an citra repetitionem ipsorum testium pęna ordinaria plecti debeat resolutum fuit per M. C. V. in causa Cæsaris beluedere ad extraordinariam leuem pœnam condēnandum, tradit D. Theodor. alleg. 97. & D. R. Rouit. in prag. 1. de persequut. malefact. n. 12. Thor. 2. par. compend. verbo receptatio. Sed quid erit probandum, vt pœna statuta receptantes nō puniantur, Cala de modo articul. glos. vnica §. 2. num. 868. & 870. & sequentibus. Et quando propriè dicitur quis receptare, Visconte in conclus. verbo receptare.

DE FIDEIVSSORIBVS.

NVm. 248. 249. & 250.] De iuramento, quod dant fideiussores, vide Carauit. rit. 165. n. 2. vbi omnia inde est, quod etiam si non fuerit dictum, quod teneantur insolidum cum principali adhuc tenentur Auth. noster hic in nu. 268. & 269. Baiard. ad Clar. quæst. 46. nu. 86. & ad id quod subsequitur si fideiussor teneatur præsentare reum in termino promisso si non requiratur, Herculan. in tract. de caut. de non offenden do c. 23. n. 26. Det. cons. 2. per totum, Vrsill. decis. 130. n. x. Carauit. rit. 44. num. 13. Cacherar. decis. 48. per totum, Paschal. de patr. potestate num. 188. cap. 8. fol. 124.

In qua materia nolo omittere id quod nudius tertius habuimus in R.A. si fideiussor citatus, & requisitus ad præsentandum principalem si post paucos dies præsentauerit, possit exigi pœna, & an sit excarcerandus ipse fideiussor, & supersedendum in exequutione

pœnæ

221
FINE

pœnæ, vt scripsit Gramat. decis. 95. & Carauit. rit. 163. n. 3. & 4. Muscatell. in prax. fideiussor. par. 2. q. 1. Ianuens. in Prax. Curiæ Archiepisc. c. 33. n. 11. Carabba singul. 76. Guazz. de tregua, & pace tit. de caution. §. 3. q. 66. n. 4. par. 2. Marescott. lib. 2. resolut. c. 124. nu. 33. & D. R. Tapp. in c. Regni 230. legem veterem annuens, quod tam in M. C. quam in S. C. semper vidit seruari contrariũ, quod quotiescumque aliquis relaxatur sub fideiussoribus de tenendo palatium loco carceris tũc si post paucos dies se præsentaret non fit exequutio contra eum, nec contra fideiussores quando vocatus non fuerit repertus sin autem post longum temporis interuallũ fuerit præsentatus tunc seruatur, quod dicit Gramat. Scilicet quod expectetur exitus causæ in qua si fuerit pro delicto absolutus non condemnabitur pro pœna, si verò condemnatio sequatur, tũc etiam quo ad pœnam ob non præsentationẽ tenetur Vrsill. ad Afflict. 130 n. 6. Auth. hic n. 273. Viu. decis. 442. n. 15. Thor. in compend. verbo pęna fideiussionis, & Paschal. d. p. 1. c. 8. nu. 189. 190. & 191. Caball. resol. crim. casu 190. & Caluacc. decis. Fiuizz. 14. par. 5. & non omictas Martam decis. Rotæ Pisanæ 135. quod fideiussor de præsẽtando debitorem in carceribus post octauum Paschatis, sub pęna tenetur die nona prȩsentare, &c.

Num 251. & sequentibus] Fideiussores quomodo teneantur quando superuenerũt noua inditia, vide Muscatell. in prax. fideiussoria 1. par. n. 15. & 16. vbi omnia more suo solito, & de differentia habilitationis nouis superuenientibus habilitationis in forma.

Num. 252. vsque ad 256.] Habilitatus sub fideiussoribus si ex alia causa fuerit bannitus, vel primo fuerit malè captus, an fideiussores teneantur, idem Muscatell. modo 19. n. 16. & sequentibus.

Num. 257.] Pro ornatu Farinacc. de carcer. & carcerat. q. 34. n. 94. & seq. Cæsar Bar. 3. decis. Bonon. 16. n. 53. Peguer. decis. Catalon. 47. in fine. Et ita pluries refert iudicatum, & Petr. Caball. resol. crimin. cent. 1. cas. 47. Ricc. coll. 486. & Thor. par. 1. Comp. verbo fideiussores de stando, & præsentando principalem toties quoties fuerint requisiti an liberati sint per carcerationem principalis factam à curia si à carceribus principalis aufugerit, & affirmant.

DE SODOMIA.

NVm. 276.] Vide omnia per Mastrill. de indultu post tract. de Magistr. c. 31. per totum qui scripsit omnia.

DE SCOPPICTIS, & Balistis.

NVm. 277.] Mastrill. addas decis. 155. Sic practicari in Regno Siciliæ testantem; & D. R. Rouit. in prag. prędicta sub tit. de ictũ scoppetti, qui testatur de alia prag. non dum in volumine redacta, & sic prouisum Lusit. secundũ Gammam decis. 170. Ricc. coll. 1367. Et nota non procedere quando in actu defendendi fuit ictus emissus, Caball. casu 88. Sed an talis animus ad nocendum præsumatur vltra Mastrill. dicto loco, Muscatell. in pragm. tit. de ictu scopicti, & balistæ.

FINIS.



V.F.



